image
not
available



ANATOME
Corporis Humani,
AVCTORE
IOANNE VALVERDO:
Nunc primum a Michaele Colū,
bo latine reddita,
et Additis nouis aliquot tabulis exornata.
VENETIIS, studio, et industria IVNT
M.D.LXXXIX
Cum Licentia
Et Priuilegiis.



SERENIS.^MO SABAVDIAE DVCI ETC.

MICHAEL COLVMBVS CENTALLENSIS, Medicus, & Philosophus.



NTER *præclara, Dux Inuictißime, maximorum Heroum facinora illud laude minimè vulgari dignum semper extitit, quòd imbelles placidasq; musas in castra etiam adducerent, & in medio armorum strepitu aliquam dubij otij partem illis impertirent. Hanc magnus Alexander, hanc C. Cæsar hanc Octauius Augustus, aliiq; complures priscæ virtutis proceres, laudem tulere, qui vel paludati & canente classico, litterarum studia nunquam intermiserunt, sed veluti musis suauiter fausteq; occinentibus, alacri intrepidoq; animo manus cum hoste conseruerunt. Eos te cum eximio paternæ virtutis exemplo, tum verò immortali tua cum gloria studiosè æmulantem dum intuerer, facile mihi persuasi, quæ supplices offerimus musarum munuscula aliquem apud te dura Martis munia ingentibus ausis obeuntem, vel in ipso armorum fulgore, gratiæ locum habitura. Sunt hæc Ioannis Valuerdi de humani corporis anatome monumenta Hyspanico primùm, deinde Italico idiomate vnà cum elegantißimis iconibus iampridem edita, quæ cum Iuntæ primarij apud Venetos Typographi è re sua, & communi fore ducerent, vt in exterarum potißimum gentium gratiam latinè redderentur, hanc mihi prouinciam, dum Patauij duobus ferè ab hinc annis agerem, detulerunt, quam etsi detrectare, tenuitatis meæ conscius, omnino decreueram, multorum tamen, præsertimq; Mercurialis medicorum hac nostra ætate facile principis, suasione atque impulsu suscipere sum coactus. Susceptam paucis sanè mensibus absolui, de pigmentis nimirum eloquentiæ, deq; calamistrato sermonis cultu minimè sollicitus, sed vnum hoc agens, vt integra in primis fide omnia transferrem, mutas artes*

agitantibus satis superq́ id futurum arbitratus. Hoc vero quantulumcunque est laboris industriæq́ nostræ monumentum nomini tuo dicandum duximus, eo quidem consilio, vt quem ipse omnium maximè & suspicio, & pietate prosequor singulari, eius mihi beneuolentiam leui hoc saltem (dum grauiore liceat) officij genere, hacq́ animi significatione promerer, ratus muneris tenuitatem ab incomparabili humanitatis tuæ magnitudine subleuatum, & aliqua etiam ex parte acceptum iri. Accipe igitur, Heros inclyte, exiguum hoc maxime in te meæ obseruantiæ ac pietatis argumentum ea frontis animiq́ serenitate, qua omnium tibi animos arctissimè deuincis. Nos Deum Opt. Max. obnixè precabimur vt vota tua felicissimis auspicijs religiosè nuncupata benignus audiat, faxitq́ vt diu sospes & incolumis impurissimos, ac scelestissimos veræ religionis, & catholici nominis hostes armipotenti dextera conterere, ac debellare penitus queas; quo sane nihil ista tua hæreditaria ex maioribus animi magnitudine dignius, nihil Christianæ reipublicæ vtilius, nihil denique ad posteritatis memoriam illustrius, aut dici, aut excogitari vnquam poterit.

CAPITVM TOTIVS OPERIS INDEX.

Primus liber continet Capita 39.

Secundus liber habet Cap.42.

INDEX RERVM OMNIVM PRÆSENTI OPERE CONTENTARVM COPIOSISSIMVS.

A

Arteriæ

B

C

D

E

FAV-

F

G

L

MAM-

M

N

Oßicula

P

V

Υ

Z

FINIS.

PRAEFATIO.



NATOMES Historiam literis consignaturus, in qua grauis est inter artis proceres dissensio, de ipsius primùm origine dicendum mihi esse, & causas propter quas ea primùm inuenta, deinde intermissa est, in medium afferendas duxi, vt qui humanorum corporum dissectioni coràm adesse nequeunt, quibusnam ex huiusce artis scriptoribus maior sit habenda fides, intelligant. Quoniam verò historia hæc ad medicam potius facultatem, quàm ad aliud vllum disciplinæ genus pertinet, & medicos habuit primos inuentores, ab huius origine auspicabor. Medicinæ igitur inuentum vsqueadeo vetus est, vt nulla totius orbis terrarum gens, quantumuis barbara & fera non aliquando genus aliquod remediorum habuerit. Veruntamen in Græcos duntaxat artis inuentio refertur, tum quod ab ipsis magis quàm à cæteris nationibus exculta fuerit, cogente forsan necessitate, ob gesta semper cum exteris nationibus bella, in quibus generis omnis vulnera infligi necesse erat; tum etiam quia fine bellis imposito, ipsisque rerum dominis factis, qui natura ad malum propensi erant, vitam in otio, & luxu degentes, totos sese voluptatibus, ac libidinibus dediderunt; qui autem mentis erant sanioris, omnem virtutibus operam nauantes, in studia se ac rerum naturæ contemplationem penitus abdiderunt. Itaque ij nimijs laboribus, illi vero inordinato vitæ genere, suorum corporum constitutionem ita labefactarunt, vt innumeris ea ægritudinum formis obnoxia reddiderint; pro quibus debellandis nouas etiam auxiliorum species adinuenire oportuit. Ex Græcis igitur omnium primus medici nomen adeptus est Æsculapius Apollinis filius, Mercurij, qui cognomine dictus est Trimegistus, nepos. Vixit is non multo ante bellum Troianum, tantæ apud Græcos auctoritatis vir, vt in Deorum numero ab ipsis fuerit collocatus. Successores habuit filios duo Podalyrium, & Machaonem, viros pariter in arte præclaros, ab Homero non sine admiratione in bello Troiano celebratos, quanuis nihil eos præter vulnera persanasse, nullamque eorum, quæ ad victus rationem, quæ ad purgationes, & serapia hodie nobis vsitatissima pertinent, curam gessisse referat. Quod sane chirurgicam medicinæ partem omnium vetustissimam, & in maxima apud ipsos existimatione habitam fuisse testatur. Cum enim omnem illi ægritudinum causam in sua, vt ipse Homerus asserit, peccata referrent, iure optimo nullam ad eas propellendas opem, præterquam diuinam poscebant. Neque verò alienum à ratione est, quemadmodum illorum temporum homines temperantius victitabant, victuque vtentes parciori, laboris multo plus exantlabant, sic eos quoque vitam degisse salubriorem. Quum primùm verò, vti diximus, alij desidia torpescere, atque in voluptatum fluctus, potissimam morborum originem, demergi;

alij se totos in literarum, & philosophiæ studia (res haud minus corpori perniciosa, quàm animo salutaris) recipere cœperunt, intemperans illorum vitæ ratio, horum autem oppidò laboriosa effecit, vt Medicinam, cuius antea nullus, aut exiguus sanè apud ipsos vsus erat, omnes postmodum exiguo emolumento perquirerent. Quandoquidem vti antea, dum sobriè viuerent, absque vlla medici, & medicinæ ope vitam magna ex parte valentes, vegetique quàm longissimè prorogabant, ita nunc deside hoc & intemperanti victus genere, ægrè admodum ex temperantioribus aliqui, instar infirmæ basis muri assiduo se suffulcientes ad senectutis principia perduci queunt. Hanc ob causam excellentes viri complures à bello Troiano medicinam fecerunt, donec ex philosophis nonnulli, ob indefessas vigilias, & rerum naturalium contemplationem in morbos incidentes, philosophiæ medicinam coniungere cœperunt, vnius ferè, ac eiusdem facultatis vtranque esse existimantes. Ea tempestate magni Philosophi complures, ijdemque pro summis habiti medicis extitere, clarissimi verò ex his Pythagoras, Empedocles, & Democritus, qui ex quorundam sententia præceptor fuit Hippocratis Coi, viri non minus arte quàm facundia insignis. vnde inter tot præstantissimos viros solus æterna memoria dignus extitit. Is omnium primus Medicinam â sapientiæ studio seiunxit. Huic Diocles Carystius successit, Diocli Praxagoras, & Chrysippus, quos postmodum subsequuti sunt Erophylus, & Erasistratus, qui omnes in diuersas curandi vias processerunt. Ijsdemque temporibus in tres partes medicina diducta est, vt vna esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ ferro duntaxat mederetur. Primam διαιτητικὴν, secundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν, ab opere vnamquamque denominantes appellarunt. Ex his qui diætam duntaxat in curatione adhibebant, rerum quoque naturæ cognitionem minimè interim neglexerunt, tanquam sine ea trunca, & debilis medicina esset. Post hos Serapion theoricen â praxi primus omnium seiunxit, vsum duntaxat, & experimentorum in dies occurrentium notitiam, medicinæ necessariam esse contendens. Hunc sequutus est Apollonius Glaucius, atque alij non pauci, â professione Empirici nuncupati. Cum ergo qui victu solo medebantur in duas diuisi essent sectas, altera rationalem artem, altera vsum tantum sibi vendicante, qui rationalem medicinam profitebantur, cùm ad rectè curandum necessariam esse contenderent, tam euidentium, quàm abditarum causarum morbos efficientium notitiam, simulq; constitutionem, officium, positum, figuram, magnitudinem, colorem, duriciem, molliciem, asperitatem, ordinem, compositionem conspirationemq; internarum corporis nostri partium, cadauera quædam humana incidere cœperunt, in quibus situm, figuram, ordinem, consortium, interioris ventris, & aliarum corporis partium obseruabant. Hisce temporibus floruere Lycus Marinus, alijq; dissectionis proceres. Post quos Herophylus, & Erasistratus humanæ structuræ recessus


(vtinam

(vtinam id nunquam tentassent) altiùs indagare cupientes, nonnullos supplicio damnatos habere studuerunt, eosque viuos dissecari iubentes, quædam in corpore notatu digna occurrentia obseruabant. Id etsi æqui bonique fieret, ansam tamen populo non leuem porrigebat, diram crudelitatem in miseros illos exercitam detestandi. Quò accesserant, quòd qui experientiam solam sequebantur, de nullorum præterea remediorum inuentione solliciti, quàm eorum, de quibus in morbi alicuius curatione periculum prius fecissent, rei summam non in causæ morbi notitia, sed in auxilij ad ipsius sublationem idonei inuentione positam esse asserebant; illud insuper addentes, non infrequenter euenisse, vt abiecta quæpiam muliercula simplicissimi auxilij ope, tot absque dissectionibus, quasi miraculo quodam, homines quamplurimos à grauissimis vendicasset morbis, quos multi præclarissimi medici, suis tantum freti ratiocinationibus, post contentiones multas deploratos deseruerant. Adeo vt odium populi vniuersi & rationes ab empiricis medicis in ipsos adductæ, & immanitas nulla vrgente necessitate in quosdam exercita, effecerint, vt non solum viuentium hominum, verum etiam mortuorum dissectio vetita fuerit. Sicque dum nimium diligentes medici illi esse studebant, effecerunt vt quod sedulitatis necessitas ipsa postulabat, id postmodum ab ipsis adhiberi fuerit interdictum. Quam quidem ob rem posteriores, cùm humani corporis Anatomen in patria sua obseruare non possent, aut Alexandriam, vbi ea nonnunquam exercebatur, petere, aut in alijs eam animantibus administrare coacti sunt, quanuis illa interim eligerent, quæ ad hominis imaginem propiùs accederent, quòd scilicet vti hæc extimam faciem gerebant non omnino dissimilem, idem quoque in corporis penitioribus fore iudicarent. Vixit hisce temporibus Galenus ex Pergamo Asiæ ciuitate, omnium quotquot hactenus in arte sua maximè excelluerunt, longè sapientissimus, ac eloquentissimus. Is docendi cupiditate flagrans, ac inter hominis, & simiæ structuram parum omnino discriminis adesse ratus, humanæ fabricæ historiam, simia, vti ex eius scriptis videre est, ob oculos posita, descripsit. Quoniam verò ea tempestate, pauci omnino, ijq; non multæ auctoritatis viri, literarum monumentis hæc ipsa consignauerant, ipse autem in alijs medicinæ partibus summè excellebat, plenam apud omnes fidem ipsius historia facilè adinuenit, neminem scilicet, ob vetitam humani corporis dissectionem, qui repugnaret offendens. Hanc nominis existimationem, ad nostra hæc vsque tempora Galenus obtinuit, nemine ab ipsius placitis, vel latum quidem vnguem discedente; donec Andreas Vesalius multorum oculos diducere cœpit, in quæuis aliorum scripta iurandum nulli esse ostendens, vt multorum mos est, qui videri, quàm verè scientes esse malunt; qui cùm laboriosum nimis ducant, singula diligenti trutina examinare, videantque, cùm hac ratione pleraque constanter affirmare non possint, se minus scientes à vulgo habitos iri, auctoritatis tantum scriptoribus qui-

busdam

busdam tribuerunt, vt nullo pacto adduci queant, vt falli eos potuisse fateantur, minimè interim cogitantes, eos, quibus tantum fidei exhibent, homines vti & nos fuisse, & facile in aliquo cęcutire, facilè hallucinari potuisse, quemadmodum vel doctioribus in dies in multis contingere obseruamus. Atque eo magis quòd cùm antiquitus libri omnes manuscripti essent, præterquam quòd multa in transcribendo minus accuratè scripta excidebant, plerunque etiam fiebat, vt quis in libri alicuius lectione aliqua in margine adnotaret, ac dein qui transcribebant, notas eas esse nescij, inter auctoris seriem insererent. Hoc & alijs modis quamplurimis, quos secum vnusquisque excogitare potest, credibile est veterum libros ita mendosos esse, vt tantam ipsis fidem nemo sani iudicij, ni prius veritatem sedulò indagauerit, habere nec possit, nec debeat, quantam inertes isti adhibent. Qui si tantum laboris subire recusant, suam saltem inscitiam huius vel illius scriptoris auctoritate ne tueantur, præsertimque ijs in rebus, in quibus contrarium licet manu deprehendere. Siquidem si Anatomen, de qua nunc agimus, sedulo considerauerimus, multa nobis in ea facilè occurrent ex quibus perspectissimum fiet, eos qui Galenum tueri conantur, humanam ipsum Anatomen descripsisse asserentes, præterquam quod iniuriam auctori faciunt, dum ipsum passim mentiri ostendunt, sibi ipsis quoque humani corporis resectionē visam fuisse nunquam attestantur. Et quo hæc me veritate potius quàm alia re compulsum dicere vnusquisque intelligat, nonnulla huc ex Galeno afferam, in simia cæterisque brutis omnibus, in homine vero nullatenus occurrentia. Ac primùm quidem de ossibus verba faciam, in quibus error nullus subesse potest, adeo scilicet duris, vt formam suam amittere facile nequeant, neque enim verisimile est, eam post Galeni tempora exuisse. Ait igitur Galenus in superiori maxilla duas haberi suturas, proximè ad caninos dentes deorsum exporrectas. Hæ in simijs omnibus occurrunt, hominum verò vix, ac ne vix quidem vnus inter centenos eas obtinet. Ait insuper posteriores ceruicis vertebrarum processus acuminatos esse, in simia sic se habent, in homine autem bifidi sunt. Decimam thoracis vertebram cum editiori, humilioriq; sibi proximis coarticulari prodidit, id in simia verissimum est, in homine de duodecima vertebra accipiendum. Sacrum & Coccygis os ex ternis extrui ossibus asserit, sanè quidem in simia, in homine autem sacrum os ex quinis, vt plurimum, interdum ex senis conflatur, coccyx vero ex quaternis. Inquit præterea humeri os extrorsum obliquari; verum quidem in simia, in homine autem rectum perstat. Vlnæ ait exiguum quendam adesse processum stylo similem qui carpo articulatur, cùm tamen in homine nullum connexus vestigium sese offerat. Pulmonem quinque lobis distinctum esse prodidit, quod neutiquam sanè posset asserere, si hominis dissectionem semel saltem esset intuitus. Sed quid his diutius immoror? quandoquidem si hominis Anatomen toties Galenus conspexisset, idipsum proculdubio minimè reticuisset,

ſet, vti ſanè de oſſibus bis ſibi viſis meminit, illius nimirum cadaueris quod ex ingenti fluminis cauea extraxerat, & illius hominis, quem ſuſpendio necatum, corui iam ferè vniuerſum laniauerant. Quòd ſi quando is ephebus adhuc Alexandriam conceſſerat, forſan vt euenit, ad ipſius aduentum iam diſſectioni finis erat impoſitus; aut verò ipſi, cùm hiſtoria hæc vim potius memoriæ quam iudicij expoſtulet, temporis progreſsu excidit, vt ex his, quæ nobis ſcripta reliquit, colligere eſt. Quemadmodum verò ex adductis exemplis perſpectum euadit, Galenum ſimiæ potiùs quàm hominis hiſtoriam deſcripſiſse, alia pariter quædam in medium afferri poſsent, oſcitantiæ ipſius argumenta, vt capitis ſuper primam, & ſecundam ceruicis vertebram motus, manus motus ad exteriora; venæ coniugij expertis exortus, & alia deprauati contextus indicia, vt quod inquit detecto cerebro, aut ipſius ventriculis compreſſis, ſenſum motumque protinus deperdi, vbi neceſsario legendum eſt, & compreſsis. Verùm hic haud in quenquam inuehi, ſed inſcios potius monere inſtitui, his me atque alijs, quæ breuitatis gratia prætermitto, in eam ſententiam firmiter adduci, vt aut Galeno, vel perquam rarò, vel nunquam hominis Anatomen viſam fuiſse, aut ipſius ſcripta inſigniter deprauata eſse exiſtimem. Qui verò ipſum mordicus tuentur, eò ignauiæ deuenerunt, vt ſuam potius ignorantiam Galeni auctoritate contegere, quàm perquirendæ veritatis laborem ſubire velint. Quare vnicuique conſulo, vt ſe aut in Italiam conferat, vbi reſectionis conſpiciendæ facilè poteſtas dabitur, aut ſi ei auctorum dictis ſtandum eſt, ijs potius fidem adhibeat, qui omne vitæ ſuæ tempus huic ſtudio impenderunt, maiori humanorum cadauerum copia, quàm Galenus vnquam ſimiarum habuerit, quam ijs qui tubicinum more ex cathedris non viſa canunt, ſed quæ puerulus quiuis libro ante oculos poſito legere ſeorſum poſsit.





Ioannes Valuerdus Lectori.



TSI *amici quidam mei, in ea erant sententia, ut Vesalij figuris posthabitis, nouæ mihi essent parandæ; nolui tamen idipsum efficere, tum confusionis vitandæ gratia, quæ hinc suboriri posset, propterea quòd non ita perspectum sit, in quibus cum eo conueniam, in quibus item ab eo dissentiam; tum quia ipsius icones affabrè adeò exculptæ sunt, ut non sine inuidiæ, aut malignitatis crimine reijci eas potuisse duxerim; eoq́ magis quod præstantiores eas reddere tam facilè mihi fuit, quàm arduum vnicuique futurum est, ijs atque illis reiectis æquè præstantes parare. Quoniam verò nostræ in ære ductæ sunt, neque historiæ citra magnam confusionem interijci queunt, singulas cuiusque libri iconas, ad ipsius calcem apposuimus. Proinde sciendum est, notas in interiore margine toto opere occurrentes, in omni figura exprimere, quid in eo paginæ loco, cui idem numeri character ac notæ præpositus est, contineatur. In nota verò prior character alijs editior, eum designat, qui talis in paginæ facie occurrit. Secundus character t. scilicet tabulam figurarum significat; postremus literam siue signum denotat in figura comperiendum. Et quia nonnunquam euenit plures in eadem tabula figuras contineri, ideo in notis quibus post tabulæ numerum apposita est litera f. aut figura, huiusmodi signa figuram designant, sequens autem ipsius numerum, postremum verò signum in tali figura conquirendum. Fit etiam interdum ut in vno libro figuræ siue tabulæ alterius requirantur, & tunc aut dictio in paginæ facie iuxta numeri characterem occurrens, te docet quo eam in libro reperire queas, aut in nota primùm liber, deinde cætera quæ diximus omnia designantur.*

Primus itaque Liber ossa, & cartilagines, humanæ fabricæ veluti basim continet.

Secundus ossium vincula atque indumenta complectitur, cuticulam nempe, cutem, adipem, membranam carnosam, musculos, ac membranam denique ossa conuestientem περιόστεον dictam.

Tertius organa enarrat, ad corporis nostri conseruationem, tam in indiuiduo quam in specie requisita.

Quartus vitales partes edocet, cor scilicet, cæteraq́ in thorace contenta organa.

Quintus de instrumentis sensui motuiq́ famulantibus, cerebro nimirum agit, sensus etiam quosdam exteriores continens.

Sextus duo meatuum genera, venas nempe atque arterias prosequitur, quarum ope fabrica hæc enutritur, & vita fruitur.

Septimus & postremus instrumentis dicatus est, quarum ministerio sensu pollemus motuq́ ciemur, & sensibus item exterioribus nonnullis.


IOANNES VALVERDVS
HISPANVS.
NB

IOANNIS VALVERDI de Historia Anatomica.

LIBER PRIMVS IN QVO DE OSSIBVS AGITVR.

Corporis nostri partes aut ita simplices sunt, vt quęlibet particula eandem cum tota parte appellationem seruet, quæ ideo similares fuerunt appellatæ: cuiusmodi sunt, caro, pinguedo, ossa, sanguis, pituita & bilis: aut ita compositæ, vt si diuidas, vnaquęq; particula proprium nomen obtineat, dictæ propterea dissimilares, quales sunt nerui, venæ musculi, digiti, manus, facies, brachia, &reliqua omnia corporis nostri membra. Similares partes aut molles sunt, & humidæ, aut duræ & siccæ, atque earum aliæ semper tales existunt, vt caro, semen, lac, bilis, pituita melancholia, stercus & vrina; aliæ tales sunt tantummodo vbi naturali suo in loco seruantur; huius generis sunt, sanguis, pinguedo, adeps, medulla, siccæ & duræ sunt, cutis, nerui, venæ, arteriæ, cartilagines, & ossa, atq; hæ, non secus ac molles & humidæ, aut ea ratione sunt corporis partes, vt si quid ex ipsis deperditur, nulla ratione restitui possit, quales sunt cutis, nerui, venæ, ossa, arteriæ; aut ita, vt aliqua etiam ex earum partibus deperdita (nisi tamen ex toto deficiat) facilè reparetur, cuiusmodi sunt caro, pinguedo, quatuor humores, & spiritus tam vitales quàm animales. Quæ restitui partes nequeunt, ex semine hominis ortum duxerunt, dictæ idcirco spermaticæ: Quæ restituuntur, in vtero ex materno sanguine, extra vterum ex quotidiano nutrimento principium traxere: Quæ tamen omnes, tam spermaticæ, quàm non spermaticæ, tam similares, quàm dissimilares, diuersos habent in corpore vsus: Aliæ namq; pro integumento aut veste sunt, vt cutis, pinguedo, membrana carnosa, & caro; Aliæ ossa inuicem continent, vt ligamenta: Aliæ ciborum coctioni inseruiunt, vt ventriculus tenuuia intestina, & venæ aliquot Mesenterij: Quædam sanguinis sunt opifices vt iecur. Quædam eum ad singula membra deferunt vt venæ: Aliæ spiritus vitales efficiunt vt cor: Aliæ per vniuersum corpus, eosdem deferunt, vt arteriæ: Alię spiritus animales fabricant, vt Cerebrum: Per alias facultas hæc vniuerso corpori impertitur, vt per neruos: Aliæ motui voluntario inseruiunt, vt musculi: Quędam corporis superfluitates excipiunt, vt lien, cystis fellis, renes, vesica, intestina, glandulæ: Quædam aditum præbent aeri, quo Cerebrum & cor recretäur, vt nares, larynx, pulmones, arteria venalis: Aliæ sensibus exterioribus famulantur, aures auditui, visioni oculi, gustatui, lingua, palatus; loquelæ pulmones, larynx, & duo potissimum nerui, à recurrendo, vt suo loco dicemus, recurrentes dicti, Aliæ instar basis sunt & propugnaculi, quibus reliquę omnes fulciuntur, firmanturque, vt ossa & cartilagines: de quibus tum hac ratione, tum quia in harum notitia, maxima pars huius historiæ posita est, primum agere incipiam.

Corporis partium diuisio.

Similares partes.

Similarium partium in duras & molles diuisio.

Ambarum diuisio.

Partium omnium corporis munus

De Ossibus. Cap. I.

Ossium corporis nostri natura, situs, & figura quantopere cognitu necessaria sint, nemo melius intelligit, quam qui in dies ea fracta, aut luxata reponunt. Cùm enim omne medici studium in eo positum sit, vt ea in suum naturalem locum restituat, solidetur, dubio procul verum ipsorum situm, figuram, naturamq; prius

perspecta habeat oportet. Sunt autem ossa ex corporis nostri partibus durissima, & postea cartilagines. Quę vnà cum ossibus vniuersum corpus sustinent, in hisque reliquæ omnes partes adnascuntur atque firmantur: Ex hisce ossibus quædam grandia sunt, concaua, & medulla intus referta; Alia parua & intus spongiosa, atque etiam medullosa, licet in aliquorum cauo medulla non facilè conspiciatur. Grandia vt plurimum ab vtroque, aut saltem ab altero extremo aliud os adiunctum habent, quod latini Appendicem hoc est rem ab alia pendentem (licet impropriè quodammodo) appellant. Græcis propriè magis ἐπίφυσις dicitur, hoc est, quod ad aliud secundum naturam ad nascitur. Huiusmodi Appendice donantur Humerus [a] supera, & in puerulis etiam [b] infera sede: [c] vlna infera iuxta brachiale, & in pueris etiam supera, iuxta cubiti os: [d] Radius [e] femur: & Tibia ab vtroque extremo. Præstant accessus hi tum vt ex eis ligamenta prodeant, quibus ossa inuicem committuntur; tum etiam vt ex eisdem quorundam musculorum tendines principium desumant. Habent insuper ossa processus quosdam, quos græci ἀπόφυσεις appellant, qualibus scapula, femur, omnesque dorsi vertebræ donatur. Horum alij suam appendicem ex altero habent osse, vt duo [f] processus femoris & interior scapulæ processus anchoræ similis: Alijs vero processibus nullæ sunt appendices, vt maxillæ inferioris (licet in eo in recens natis vestigia aliqua conspiciantur) calcis, tali, humeri iuxta cubitum, nec non omnium fungosorum ossium processibus: Rursus verò multę appendices suos processus obtinent, sic vlnæ appendici processus inest [g] iuxta brachiale mucroni similis; & Tibiæ appendici, qui interiorem malleolum efficit: Sic & pedij ossis minimum digitum sustinentis appendix processum habet, cui octauus, vt dicemus, pedem mouentium musculus, inseritur: femoris præterea atque humeri appendices, illius quidem inferior, huius vero superior, processus habent adeo insignes, vt capitis potius quàm processus nomen vterq; mereatur. Hæ, atque huiusmodi aliæ, quas breuitatis gratia in suum locum reijcio, sunt omnes Appendices atq; processus ossium propriè dicti: Verùm in operis progressu vnamquanq; partem communi appellatione vocabimus, haud vsque adeo seueré agentes. Nam appendices processibus donatas, qualis femoris est, processus simpliciter appellare sufficiet. Neque etiam omnes processus hoc nomine donabimus, quia humeri & femoris processus potius capita vt diximus dicenda sunt. Eos pariter qui alijs ossibus inseruntur omnes capita appellabimus. Cæterum ossa hæc omnia tam magna quàm parua, (eo excepto quod linguæ radici impositum est. [h] Hyoides dictum) varijs inuicem modis committuntur, quorum singuli sua nomina à veteribus Anatomicis acceperunt, quibus & nos in operis progressu vti cogemur, tum quod à nemine fuerint nostro sermone reddita, tum quòd apud posteriores omnes Anatomicos in vsu fuerint, foretque potius quædam doctrinæ confusio quam explicatio, noua ad ferre vocabula. Quare cùm has ob causas illis mihi vtendum sit, ne illorum de in explicatio me diutius detineat, vel doctrinæ cursum interrumpat, satius erit ea prius explicare. Illud igitur in primis scire oportet: vniuersam inuicem cohærentium ossium compagem Grecis Σκέλετον dici, quasi aridum siue assicatum dicas. Modus quo hæc committuntur duplex genere est; Vel enim, coniunctione quam latini Articulationem, vel vnione quam Σύμφυσιν Græci appellant, inuicem copulantur. Articulatio est naturalis duorum ossium copulatio, medio vinculo quod vtraque semper amplectitur; nonnunquam verò in vtriusq; medium inseritur. Symphysis, naturalis duorum ossium vnio est: addo dictionem hanc/ naturalis/ ob ea ossa quæ prius rupta, arte cohærent, superinducta carne dura, alba & neruosa, quæ inter vtrunque os adnascitur, illi similis, quam in vulnerum cicatricibus conspicimus, quæ idcirco chirurgis Porus Sarcoides, idest caro in callum obdurata dicitur. Coniunctio tribus fit modis, aut enim ossa manifestè mouentur, quòd arctè admodum non sint colligata, & hanc græci Διάρθρωσιν Latini Articulationem vocarunt; aut motu admodum obscuro mouentur quòd arctissimè inuicem cohæreant, & hanc Græci συνάρθρωσιν Latini Coarticulationem appellarunt, aut nullo pacto mouentur, indissolubili vinculo coherentia, cui congressui veteres nullũ, quod quidem ego sciam nomen imposuere, idcirco eum nos, innominatum appellabimus

Margin notes: *Ossiũ diuisio.* — *Appendix.* — *processus.* — *Cõmissura.* — Σκέλετον — *Articulatio.* — *Coniunctio trifariam fit.* — *Secunda coniũctionis species.* — *Tertia.*

a tab.i.ii.iii.x
b tab.ii. y.
c tab. ii. z.
d tab.ii.i.
e ta.ii.iii.22. φ.x.
f.ta.i.ii.iii.Γ
g tab.i.4.
h tab.ii. H.t. v.fig.vii.

appellabimus. Diarthrosis & synarthrosis vno ex tribus modis fiunt, Aut rotundo capite in profundum sinum inserto, cuius exemplum in Diarthrosi est, Articulatio femoris cum coxendice, humeri cum scapula, priorum ossium digitorum cum ossibus postbrachialis; in synarthrosi copulatio Tali cum osse nauiculari, septimi ossis brachialis cum primo & secundo eiusdem: Aut fit plano capite, in paruum sinum inserto, sicque copulantur in Diarthrosi, prima colli vertebra cum secunda atque omnes dorsi vertebrarum processus superiores & inferiores, radius cum vlna; In synarthrosi Sura cum tibia; costæ cum vertebris thoracis, & cum osse pectoris, ossaq; tarsi inuicem: Aut ita committuntur vt alterum leuiter extuberans caput lateribus habeat, medio depressum; alterum contra sinum habeat medio extuberantem, lateribus cauum, quem in modum connectuntur in Diarthrosi Tibia cum femore, radius cum humero, In synarthrosi talus cũ calce, & nonnulla brachialis ossa ĩter sese. Primum articulationis modũ tam in Diarthrosi, quã in synarthrosi appellarũt veteres Arthrodiam, secũdum Enartrosim, Tertium Ginglimon, nullo præterea quã manifesti & obscuri motus facto discrimine. Innominata copulatio vno & ipsa ex trib⁹ modis fit; Aut enim ossa, medijs veluti serræ dẽtibus pectinatim cõgrediuntur, vt in capitis ossibus videre est, quę coniunctio veteribus Sutura dicta est; aut per simplicem lineam committuntur, vt fit in ossibus nasi & maxillæ superioris, & hanc Græci Harmoniam appellarunt, nos illi nullum seorsum nomen imponimus: Aut instar claui cuneiuè os ossi infigitur, vt dentes in maxillis, cuneiforme in alijs capitis ossibus multæq; maxillæ superioris appendices, quam connexionem græci Gomphosim appellant, nostri hactenus nullum illi nomen imposuerunt. Symphysis siue vnio bifariam fit, medio scilicet neruo aut ligamento vt fit in plerisq; appendicibus ac dorsi vertebris, diciturque sineurosis; aut media cartilagine, vt fit in aliquibus partibus ossis pectoris, occipitis, coxendicis, Synchondrosis dicta. Atque hæ sunt omnes ossium copulationes earumq; nomina vnicuique à veteribus indita: Qua in re inter omnes, qui hęc in hanc vsque diem tractarunt, ad Galeni mentem proximè accedere mihi videor, etsi is initio libri de ossibus vsque adeo confusè agit, vt fateri cogamur, aut deprauatum esse contextum, aut illi, quæ prius dixerat, memoria excidisse. Nam cùm prius asseruisset in synarthrosi motum aliquem fieri, posterius exempla coniunctionum adfert, in quibus motus non reperitur. Quare aut in synarthrosi nullum vult reperiri motum, & sub Diarthrosi omnem motus speciem complexus est, aut tertij membri fuit obbitus, quod ipsi nunc addidimus, cuius illę species sunt quas ipse Synarthrosi aut motui obscuro adscribit. Ait pręterea Symphysim seu vnionem fieri quandoque media carne, quod si in ossibus verum est, id fit in dentibus quos idem refert Symphysi minimè copulari, ideoque ipse eam diuisioni nostrę minimè addo, vt neque vnionem ossium adijcio nullo intermedio cohęrentium: cum mihi hactenus ea visa non fuerit. Sed vt sese res habeat, satis sit harum coniunctionum appellationes veteribus vsurpatas innotuisse, ne nobis eorum scripta legentibus, tenebras offundant: Ideoq; illud adijcere lubet, Collum ipsis dictum fuisse processum quendam acutum ad cuius extremum tuberculum enascitur, quod caput appellabant; Quod si processus capite destituebatur non Collum sed Coronon, quod processum acutum significat, vocabant. Sic & nerui apud eos dicebantur tam musculorum capita, ossiumque ligamenta, quàm qui ex Cerebro & spinali medulla exoriuntur. His hunc in modum vniuersim positis, operæpræcium est vt ad singulorum ossium tractationem aggrediamur, à capite membrorum omnium principe, ducto exordio.

Diuisio prima & secunda speciei cõiunctiõis.

Coniunctionũ nomina.

Tertię coniunctionis speciei diuisio.

Collum.

Caput.

Coronon.

Neruis.

De Ossibus Capitis. *Cap. 2.*

at.iiii.fig.i.

OMnem quæ capillis obtegitur partem, Caput Medici appellant, cuius naturalis figura [a] est, globi oualis instar, aut leuiter vtrinque compressi, posteriore parte latioris, quam anteriore, ex vtraque verò eminentis (licet posterior pars paulo magis extuberet) in medio plani sunt & præter hanc, capitis figuræ quatuor mon-

Naturalis capitis figura.

Quatuor nõ naturalis capiti figura.

struosæ potius quàm naturales; quarum prima est quæ anteriore parte [b] depressa est, posteriore eminentior; secunda ex [c] opposito se habet, antè protuberans, ponè demissa; Tertia vtrinque [d] depressa in summo acuminata, qualem Genuenses mulieres puerulis suis effingunt, quali etiam Thersitem fuisse Homerus tradidit: Quarta ea [e] est, in qua caput in latera magis quam in anteriorem posteriorem ve partem prominet, qualia Indorum Peru regionis capita sunt, rarò apud nostrates visa. Sunt & præter has pleræque aliæ capitis figuræ, quibus referendis non immorabor cum rarissimè conspiciantur. Quod naturalem figuram sortitum est osse vniuersum integitur, quod Græci κράνιον Latini Caluariam vocant. Id octo ossibus constat; quorum primum [f] ferè frontem occupat, & bregma superat frontis os, à sede quam obtinet dictum. Secundum & tertium verticem totum [g] constituunt, ac verticis ossa dicuntur. Quartum & quintum vtraque [h] occupant tempora, in quibus sunt aurium foramina. Sextum. [i] totum occiput amplectitur & medium basis cranij, os occipitis dictum. Septimum [k] in medio basis cranij, instar cunei inseritur, vnde Cuneiformis nomen adeptum est, & centrum siue radicem cauitatis oculorum alteramque exterioris lateris sedem constituit. Hoc quidam inter capitis ossa referunt, alij inter ossa maxillæ superioris, quòd inter vtraque medium sit, sed veriùs inter capitis ossa recensetur, cùm magnam basis ipsius partem occupet. Octauum basis ossis frontis vniuersum foramen [l] implet, quod nasi foramina respicit: Id plerisque ἠθμοειδὴς idest Colatorium dictum est, quod, instar cribri peruium sit; Alijs vero σπογγοειδὴς quòd spongiæ modo foraminulentum existat. Ossa hæc in cunctis hominibus semper aut medijs quibusdam suturis committuntur, vt Cranij ossa, aut medijs lineis siue harmonijs vt reliqua omnia, licet in nonnullis senibus suturæ inconspicuæ sint. Cranij naturalem figuram seruantis tres sunt vt plurimũ suturæ, quarum duæ illud transuersim dirimunt, altera per medium secat. Priorum altera iuxta bregma [m] fertur, & tempora vtraq; pertingit, quam latini suturam carnalem appellarunt siue arcuatam, quòd arcus imaginem referat? Hæc in alijs magis in summo est, in alijs minus, semper tamen apice medij digiti pertingitur; si brachialis principium superciliorum medio in nasi cauo accomodes & medium digitum ad capitis verticem rectà deprimas; Altera [n] per occiput fertur Λ literæ græcorum imaginem formans, dicta ob id Lambdoys. Tertia [o] à medio posterioris per cranij longitudinem in coronalem vsque porrigitur; hæc raro (multoque rarius in mulieribus quàm viris) per frontis medium ad nasi vsque summum inter supercilia tendit; sagittæ perquam similis est, ideoque sagittalis dicta fuit. Atque hæ omnes relatæ suturæ literam H maiusculi exprimunt vt optimè ab Hippocrate adnotatum est, lib. de vuln: cap: Quæ autem capita à naturali hac structura euariant, etsi cranio vt prædicta integuntur, haud tamen eisdem suturis donantur. Nam cui anterior capitis eminentia deest, id sagittalem tantummodo & Lambdoydem, habet imaginẽ T maiusculi constituentes: [p] Vbi posteriori eminentia de perditur, solæ sagittalis & coronalis seruantur, eiusdem ⊥ [q] inuersi formam exprimentes. Vbi verò sola in vertice eminentia seruatur, coronalis & Lambdoys deperduntur sed harum loco adest altera, quæ per capitis medium porrigitur, crucem ✠ [r] cum sutura coronali repræsentans. Insunt præterea Caluarijs omnibus suturæ duæ, præter relatas, in temporibus supra aures [s] circulari ductu ab extremo Lambdoidyjs ad extremum coronalis progredientes; Hæ autem fiunt ossium connexus interuentu, non vt prædictæ; imò verticis os vtrinq; desinit instar squamæ attenuatum, atque in ossa temporum ascendentia ad suum latus subingreditur: proptereaque eas nonnulli non suturas simpliciter, sed squamosas suturas appellarunt. Donantur insuper caluariæ omnes exigua linea, siue, vt latius loquamur, sutura quadam communi octauo & frontis ossi, quæ interius cranij partem anteriorem ambit, & eam [t] quæ ad latera est foraminis ossis frontis, nares respicientis. Huic nullum à veteribus nomen est inditum, nos semper hyoidem appellabimus, tum quod υ græcorum perquam similis sit, tum vt circunlocutionem in ea referenda euitemus. Hisce omnibus proprijs suturis, accedunt duæ præterea lineæ, [u] siue harmoniæ, quarum vtraq; ab extremo suturæ Lambdoidis oritur, atque interius occiput exporrigitur

(licet

Marginal notes (left): *Caluaria & ipsius partes.* — *Caluariæ ossa bifariam committuntur.* — *Caluariæ naturalis cõmissura.* — *Sutura Coronalis.* — *Lambdoys* — *Sagitalis.* — *Capitum non naturalium sutura.* — *Suturæ squamosæ.* — *Sutura hyoidis* — *duæ lineæ seu harmoniæ.*

Marginal notes (right): b t. iiii. fig. ii. — c. t. iiii. fig. iii. — d. t. iiii. fi. iiii. — e ta. iiii. fig. v. — f. t. i. B. t. iiii. fig. i. L. — g t. ii. a t. iiii. fig. i. i R. — h ta. ii. D t. iiii. fi. i D. — i t. iii.. B. t. iiii. fi. i. E — K t. iiii. fig. vi. OOO t. v. fig. iii. — l t. v. fi. vi. Z — m ta. ii. A ta. iiii. A. I. A. B. — n ta. ii. iij. — o ta. iii. c. ta. iiii. fi. i. m. — p ta. iiii. fi. ii. — q t. iiii. fi. iii. — r t. iiii. fi. iiii. — s t. ii. D. ta iiii. fig. i. F G H. — t. t. v. fig. i. — u. t. iiii fi. vi. cc.

(licet paulo obscuriùs) & per occipitis vertebram fertur, quæ primæ colli vertebræ, & auris ossi rupem referenti committitur, sensimq; ac sensim progreditur sese sociæ adiungẽs donec ad occipitis extremũ pertingat, vbi [x] exigua linea inter illud & os cuneiforme transuersim inserta iuxta nasi foramina palatum spectantia congressus ipsarum perficitur. Ex harum vtraque, altera, posteriora versus, [y] per temporum caua obliquis ductibus sursum tendit versus anteriorem suturarum squamosarum sedem, [z] vnde in priora parumper, ad coronalis extrema deorsum fertur: Hinc rursus modicè deorsum repit [a] ad vsque externum ferè oculi angulum, vbi ramum edit [b] qui in oculum ingressus per superiorem laterum totius spacij partem pertransit, donec alteri alterius lateris inter supercilia committatur: Facto hoc ramo linea suo ductu vlterius progreditur [c] & eodem modo rursus descendens quo per tempora ascenderat, ad extremam vsque postremorum dentium maxillarium sedem pertingit, atque inde obliquè parumper per omnem eam cauitatẽ rursus fertur quæ nares respicit, donec intra [d] octauum & cuneiforme os in eam desinat, quæ eodem met modo per omne alterum latus ascẽdit. Sutura hęc in interiore cranij parte cerebrum respiciente apertè visitur, qua etiam in parte alter vtrobique spectatur ramusculus ab ea exortus, ossi frontis & cuneiformi [e] communis. Hi ramuli in oculorum etiam cauo cõspiciuntur, paulò supra eorum centrum siue radicem; linea tamen sine harmonia in feriori parte iuxta nasi foramina, quæ palatum spectant, ferè inconspicua est. Hæ sunt naturæ, hæ lineæ, siue harmoniæ ossis capitis, quorum aliæ magis, aliæ minus conspicuæ sunt, vt facilè in quouis cranio videre est, multoque magis in grandioribus, quàm in paruulis spectanti occurrunt; & quemadmodum in vtrisque si coquantur, facili negotio abscedunt, sic in senibus nulla ratione seiunguntur, quin potius vnica ossa videntur. Medijs hisce suturis, lineis atque harmonijs ossa omnia capitis hunc in modum seiunguntur. Frontis os editiori sede ab ossibus verticis diuiditur, medio suturæ coronalis; inferius ab ossibus maxillæ superioris medio illius, quæ nares pertransit, iuxta supercilia ab exteriore oculorũ angulo per latera incipiens: ab ossibus temporum medio alterius partis secturarum squamosarum; inferiùs in cranij spatio, ab osse cuneiformi media linea, quæ intra radices oculi est, ita vt hoc frontis os quodam modo orbiculare sit. Verticis ossa inuicem dirimit sagittalis: in anteriore sede eadem ab osse frontis seiungit Coronalis: posteriore autem ab osse occipitis lambdois: inferiùs ab osse temporum squamosæ suturæ dirimũt: à cuneiformi pars lineæ ossibus capitis, & maxillæ superioris cõmunis, quam in priora ab interiore squamosarum sede ad fines vsque coronalis ferri dicebamus; quo fit vt verticis ossa quadrilatera videantur, præterquam vbi instar squamarum attenuantur, temporumque ossa subeunt qua in parte solida sunt, in reliquis vacua, aut cauernosa, atque omnia paulo magis in longitudinem quam in latitudinem protensa. Temporum ossa superiore sede, qua ossibus verticis committuntur, squamosæ conglutinationes seiungunt; posteriore verò & inferiore sede eadem ab occipitis osse dirimit linea ex finibus lambdoidis exorta: sede anteriore à cuneiformi ea linea, seu harmonia, quæ per temporum caua repens, coit cum anteriore squamosarum suturarum parte: à priore maxillæ superioris osse ea sutura, quæ literam S exprimit: Ita vt si eorum processus (quemadmodum inferiùs dicemus) adimas circularia euadant hæc temporum ossa. Occipitis os à verticis osse sutura Λ referens dirimit: ab ossibus temporum lineæ à Lambdoide exortæ: & à cuneiformi transuersa linea, in quam duæ illæ à Lambdoide exortæ coëunt; Id quinque lateribus constat, quorum duo ad infimam sedem suturæ Lambdoidis, duo ad extremas harmonias tendunt, alterum lineam constituit, qua ipsum cuneiformi committitur. Cuneiforme os ab occipite dirimit prædicta linea, ab ossibus temporum altera, quæ vtrinque ab ea enascitur, &, vti diximus, per media tempora ad suturas squamosas pertingit: ab osse frontis, ac verticis ea linea dirimitur, quæ ab extremo prædictæ oritur, & ramo, qui ab ea exortus, & oculum per externum angulum peruadens, transuersim repit, vti diximus, donec ramo alterius lateris committatur: ab octauo osse dirimitur earum extremis, quæ per fines postremorum dentium maxillarium prorepentes, in eum quem diximus modum inter oculorum radices coeunt: haud secus quoque à superiore maxilla reliquo dictarum linearum disiungitur. Octauum os ab osse frontis dirimitur per suturam Hyoidem, quæ illud vni-

x ta.iiii. fi. vi. nn.
y ta.iiii. fi.vi. o p.
z t.iiii.fi.i. G.
a ta iiii.fi.i.F.
b ta.iiii.fi.i.g.
c t.iiii.fi.vi. d.
d tab.v.fi.i.L.
e tab.v.fi.j.Ψ.

Duæ aliæ lineæ siue harmoniæ.

Ossium capitis diuisio.

uersum superius ambit, præterquam ea in parte, quã diximus à cuneiformi dirimi me-
dijs earum extremis, quæ nasi spacium in palatum deriuans transuersim amplectũtur:
à duobus vero maxillæ superioris ossibus, quibus dentes continentur, per lineam quæ
ab vno latere in aliud per narium foramina decliuis fertur: ab osse cuneiformi, huiusce
lineæ parte quæ inferius proxima est foraminibus à naso in palatum deriuantibus, iux-
Suturarum & linearum capitis munus. ta postremos dentes maxillares. Hæ omnes suturæ, lineæ, atque harmoniæ, capitis ossa
eo quem diximus modo circunscribẽtes, minimè quidẽ aduersum ictus caput tuentur,
vt nonnulli arbitrantur, multo enim magis iniurijs obsisteret vnicũ os, præterquam ꝙ
longè periculosiores sunt suturarum percussiones; sed illud potissimũ præstant, vt du-
ra menynx inter ossa sese insinuãs firmiùs cranio hæreat, nec super cerebrũ collabatur,
simulq; vt pericranio ex dura menynge, vt suo loco dicemus, exorto, per eas aditus pa-
teat. Conferunt insuper, vt per eas capitis humiditates transmittantur, euaporentque;
Atq; hanc ob causã pueri, quibus cerebrũ humidius est, hasce suturas obtinent longe
patẽtiores, magisq; diductas, præsertim verò in bregmate, vbi plurima scatent humidi-
Comparatio ossium capitis inter se. tate. Sed, vt ad rẽ redeamus, Ex hisce omnibus ossibus verticis ossa tenuissima sunt, &
maximè mollia, intus cauernosa, præterquã vbi temporũ ossibus cõmittũtur, interiore
Verticis ossa. æquè ac exteriore sede læuia, licet interiùs paruas quasdã foueas, veluti [f] surculos edãr, f tab.v.fi.ij.
Occipitis os. in quos venæ arteriæq; duræ menyngis firmiùs inserũtur. Occipitis os validiùs multo
est, & durius, licet nõ æquè omni ex parte, nã qua excarne est, vnde nullus exoritur mu
sculus, tanto durius est osse frontis, quãto illud verticis ossiũ duritiẽ superat: sed neque
tota hac sede parem adipiscitur crassitiẽ: ad sui enim radicẽ longè crassissimũ est, [g] quæ g ta v. fi.i.ii. k i.
crassissima occipitis sedes, totaq; pariter ipsius excarnis pars intus cauernulis cõstat, va-
lida eiusdem ossis squama seiunctis, [h] quales habent verticis & frontis ossa, vbi pariter h eadem.
excarnia sũt; Reliqua istius ossis sedes tenuis & valida est, nec non cauernularũ expers;
interiore verò eius parte [i] linea instar tuberculi eminet, quæ per ipsius mediũ ab initio i eadem.
partis excarnis ad dorsi vsque foramẽ exporrecta, ossis robur non parũ adauget: vtrinq;
ab hoc tuberculo interna sede duo veluti sinus, siue anguli efformant̃ [k] quos cerebellũ k lib.v.t.ii.fi. ix.R.
implet: Postrema pars vltra dorsi foramẽ sensim, ac sensim crassescit, donec cuneiformi
ossi cõmittatur, vbi euidenter crassior est. Hoc itidẽ os externa sede ad eiusdẽ foraminis
latera modicè in priora, [l] duo proponit capitula, siue tubercula, lõga magis quàm lata, l t.iiii.fi.vi.ll.
quæ primæ colli vertebrę cõmittunt̃, quibus tãquã fulcris caput attollimus, & declina
mus. Capitula hæc duæ appẽdices sũt, vt liquido in pueris cernitur, licet in senioribus
earũ coalitus adeo delitescat, vt eiusdemmet ossis partes videãtur. Illud aduertere opor-
tet, puerulis id os tres in partes esse distinctum, medijs tribus lineis cartilagine oppletis,
quarũ vna à sagittalis suturæ extremo ad dorsi vsque foramina perreptat, istiusq; ossis
Occipitis os ex tribus constat. partes, quod occiput appellamus, in duo mẽbra dirimit: Aliæ duæ vtrinq; e medio dicti
foraminis iuxta extrema duo capita cũ priore dorsi vertebra coëuntia, in lineas, quæ cũ
lambdoyde coëunt, è regione mamillariũ procesuũ pertinẽt: os tamen vniuersũ intus
omni ex parte lęue est, perinde atq; exteriùs sede ipsius excarni: reliquũ qđ basis capitis
portionẽ cõstituit, insigniter asperũ atq; inæquale sese offert, [m] quò musculi firmius illi m t.iiii.fi.vi.s
Frontis os. insererẽtur. [n] Frõtis os inter durũ ac molle medio modo se habet, & licet iuxta supcilia n t.iiii.fi.i.L
leuiter cõcauũ sit, paulò tñ superiùs solidũ, ac durũ rursus euadit, ꝑ totã frontẽ ad capil
los, vsq; vbi tenuius, ac mollius fieri incipir, quoad occipitis ossi proprius accedat, quæ
sedes, ꝙ in nuꝑ natis tenera sit, à mollitie bregma dicta est. Os id nulla in parte tenuius
est [o] quã quæ oculorũ caua spectat, & in ea quæ octauo [p] capitis ossi cõmittit̃: hac enim o t.v.fi.i.t.
sede duabus admodũ tenuibus squamis cõstitutũ est, cauis, aëreq; refertis, nõ secus, ac p ead.fi.I.
caua supercilijs proxima. Illud autẽ aduertere oportet, hasce cauitates quas supercilijs
ꝓximas esse diximus, illis communicari, quas in cuneiformi osse adesse dicemus, medijs
quibusdã spiraculis ꝑ os octauũ trãsuersim perreptãtibus. His in finibus, seu cauitari-
Ossa temporũ. bus aër seruat̃, qui ad Cerebrũ, vt in pulmonibus, qui ad cor ipsũ defert̃. Temporũ ossa
singula à seipsis insigniter variãt, siquidẽ pars eorũ superior, quæ verrici cõmittitur te-
nuis est, ac solida, exteriùs læuis, intùs modicè inæqualis, & cerebri figurã referens, qđ
vt suo loco dicemus, exteriore in parte, propè craniũ anfractus quosdã & ductus, inte-
stinorũ gyris similes ędit. Inferior sedes quæ cuneiformi, & verticis ossi cõmittit̃, aspera
est, dura, & inęqualis, ꝓsertim verò extrinsecus, vbi [q] lineã ijs, q̃ ab extremo lambdoidis q t.iiii.fi.vi.a
exoriuntur

exoriuntur cōmunē,osq; occipitis à cuneiformi detrimentū,respicit. Ossa hæc punicis instar,aspera occurrūt,ideoq; λιθοειδῆ hoc est lapidea græcis dicunť.Eorū vnūquodq; triplici ꝓcessu donatū est, vno in posteriore sede vltra auris foramé, r q à mām.æ specie mamillaris fuit appellatus:altero inferiùs paullò versus interiora ad extremū sedis, qua inferior maxilla superiori iungiť,qué à s styli scriptorij,seu galli calcaris imaginé, græci στυλοειδῆ nūcuparūt. Processus hic adeo tenuis existit,vt licet solidus,leui tñ negotio abrūpať,ideoq; in caluarijs è terra effossis rarò visiť. t Tertius ꝓcessus anterioré parté occupás,in u processū ossis supioris maxillę tédit,externū oculi angulū efformátis;atq; ambo acié constituūt,os iūgale dictā,ꝙ iugū vti dicemus,similitudine referat:In medio istius,& mamillaris ꝓcessus auris x foramé cōsistit; Quos ꝓcessus si adimas,ossa sphærica remanét. Haud secus uariū est y cuneiforme os,ideoq; illud veteres πολύμορφον, hoc est multiplicis figurę,appellarūt:Id ad latera & in tépórū cauis tenue ac solidū est; in sui aūt medio,quà veluti basis capiti subest,oīum totius capitis ossiū lōgè crassissimū spectať, intus cauū;in cauo aūt duo adsūt z antra,tenui a eiusdé ossis squama interstincta;in cuius inferiori ét sede minus cōsistit antrū eodé modo circūscriptū. Neutra verò vspiā puia sūt q̄ in frōtis, & b nariū cauū, etsi Galenus hāc ossis parté instar cribri pforatā esse,cēsuit,quò p eā capitis pituita expurgareť. Sed in hūc vsū q̄dā c veluti glādula in sinu eo delitescit, quā os istud in crasiore sui parte habet cerebro puiā, & equi sellæ pquā similē: Ab ea duo meatus emanāt,minimū caui,p quos pituita expurgať,quemadmodū,vbi capitis foramina in genere ꝓsequemur,ostédemus.Sūt insup huic ossi sex ꝓcessus veluti alæ q̄dā, d duo iuxta crassioré ipsius parté,q̄ cerebrū spectat, q cétrū seu radicé vtriusq; oculi cōstituūt,papilionis alarū effigié expriméntes; e duo ad latera, qui tépórū caua implét sub osse iugali vespertilionū alis similes: & duo postremi in f inferiore parte,q à suis lateribus in postremos dentes maxillares descédūt,ac veluti incuruā ianuā cōstituūt,ad principiū cauitatis narium palatū respiciétis, eandé propè figurā cū magnis exhibétes,vnde os πτερυγοειδὲς dictū fuit,quasi alatū dicas:in duarū alarū medio sinus adest,à quo, vti dicemus, validus exoriť musculus, g in ore delitescés,inferiorisq; maxillæ motū adiuuās. Octauū capitis os (quod foramé ossis frōtis nares spectans occupat,estq; ossium capitis minimū, oblongum est, planum & cribri modo peruiū; duos habet processus alterum in h inferiore sede, qui nariū foramina intersecat, & secundo superioris maxillæ ossi iungitur,vti diximus;alterum in superiore parte cerebrū respiciente, qui sedem vtranque intersecat, qua sita sunt olfactus organa.

r tab.iiii.fi.i.vi.K. s t.iiii.fi.vi.i.s t t.iiii.fi ix.x. u t.iiii. fi.i.2. x ead.o. y ta.iiii.fi.vi.uoo.t.v.fi.iii. z tab.v.fi.iii.CD. a t.v.fi.iii.E. b ead.F. c lib.v.t.ii.fi.xiii.s.fi.xv.F.fi.xix.A. d t.v.fi.i.y. e ta.iiii.fi.vi.oob.t.v.fi.iii.II. f ta.iiii.fi.vi.pPy.tab.v.fi.iii.H. g li.ii.t.vi.D h tab.i.p. i t.v.fi.i.u.

Ossium temporum processus. *Cuneiforme os.* *Cuneiforme os peruium nō est.* *Ossis cuneiformis processus.* *Octauum capitis os.*

De Aurium Ossiculis. Cap. 3.

ETsi Galenus,ac Vesalius post capitis ossa statim ad os iugale deueniūt, ꝙ processus ossiū téporaliū portio existat: nihilominus cùm ex alio etiā ꝓcessu primi ossis superioris maxillæ fiat,haud mihi de ipso dicédū esse,ante absolutā ossiū eius maxillæ tractationé,visū est,ad quā statim aggrediar,vbi de ossiculis intra aures existétibus dixero. Iā docuimus,vtriq; tépórū ossi cauitaté insculpi,q̄ auris dr̄.Hæc quatuor à se ꝓducit foramina, de q̄bus sigillatim suo loco dicemus, nūc de primo solū verba faciā,ꝙ ad dicédorū explicationé necessario requirať.Id à principio cauitatis ossiū téporaliū exortū, in capitis cauū,quo cerebrū contineť,instar cochleæ anfractuosū tendit; In eo a sinus quidā seu cauitates adsūt, q̄ nō secus, ac illud tenui mébrana cōteguntť, quæ alterius neruorū b quinti paris Cerebri soboles est.Ex hisce cauitatibus,q̄ admodū variæ sūt,atq; dissimiles,vna est c orbicularis,& plana osseo circulo aliquātulū extuberāte circūsepta:In hac tria reperiunť ossicula: Primū d ad circuli exterioré auriq; ꝓximā sedé duobꝰ tenuibus ꝓcessibus seu cruribus innitiť,firmaturque;horū exterius ac e auri proximius,breuius est,crassius,latiusque, in apicem desinens: Interius vero consistens (quod membranæ orbicularem illam cauitatis sedem succingenti, propinquior est, immo in eam magis quam in exteriorem inseritur) longius & f tenuius est, in incuruum apicem quasi vncum desinens,quo ea membrana adhæret. Os id quadrilaterum supernè est & planū; maioriq; ipsius sedes plana,reliquū orbiculare est,ita vt incudem, seu maxillarem détem referat, cū binis tantum donetur processibus,ipsius radici similibus. Hoc se cōspicuum exhibet, auris foramine per mediū disciso. Intra hoc idé foramen, iuxta eā cauitaté tenuis admodū membrana subest, instarq; nitri pellucida, q̄ operculi modo tegit obturatq;

a t.v.fi iiii.A. b t.v.fi.iiii. c t.v.fi.iiii.H d tab.v.fi.iiii.IO. e t.v.fi.iiii.r. f t.v.fi.iiii.

Primum temporalium ossiū foramen. *Primum auriū ossiculum.*

Secundum ossiculum. obturatque principium cauitatis aurem spectantis. Huic membranæ secundum [g] ossiculum transuersim insternitur, (non secus atque in tympano chartæ pergamenæ fides subtenduntur) longum, tenue, modiceque vt fæmoris os incuruum. Hoc superiore parte duos sibi exiguos processus vindicat, ijs similes, quibus ipsum fęmoris os donari diximus, quorum beneficio membranæ firmius adnectitur. Vltra hos processus in exiguum caput idque rotundum ac læue desinit, ita vt si duo ossis fęmoris capita demas quæ iuxta genu sunt, tanto illius figuræ similis reddatur, quanto magnitudine diffidet. Exiguum hoc caput à membrana parumper introrsum abscedens alterius ossis parti incudi simili, tenuissimarum membranarum interuentu committitur, haud secus ac si quis malleum incudi alliget. [h] Tertium os triangulare est, ferreo instrumenti quo equo insidentium pedes nituntur, simile, iacetq; in eadem cauitate prope cœcum foramen, eique innititur maior primi ossiculi processus.

g tab.v.fi.iiii. CLMNPQ.
h t.v.fi.iiii.r.

De Ossibus Maxillæ superioris. Cap. 4.

Quæ inter os ac supercilia intercedit facies, superior maxilla dicitur, ex duodecim conflata ossibus, vtrinque senis, nō minus magnitudine, quàm figura varijs, licet omnibus propè tenuibus ac duris, quò minus pōdere grauēt, firmiusq; iniurijs resistāt. Horum [a] primū externum oculi angulū constituit à finibus superciliorū ad proximā vsq; nasi sedem, non minimam malæ portionē, alteramq; ossis iugalis sedē efformans, vt mox dicemus: Secundum [b] quod instar squamę tenue: est, ac propè rotundum, in interno sedis oculi angulo consistit, iuxta lachrymalem: estq; inter maxillæ ossa minimū: Hoc raro in caluarijs è terra effossis visitur, & ob insignem ipsius tenuitatē, & quòd in sede summè humida resideat, vbi facili negotio putredinē acquirit. Os id octaui capitis ossis pars, procul omni dubio videtur, quod cuiuis caluariam per mediū secanti, osq; octauum integrum extrahenti facilè erit intueri, nam medijs quibusdam squamis ea inuicem cōmissa deprehendet. [c] Tertium huic statim succedit, quadrangulū, & paulo maius totū id spacij, quod ab extremo secundi ossis ad oculi centrū est, cōprehendens, adeo tenue, vt instar squamæ pelluceat: si effringatur, quibusdā intus finibus, alijs squamis circundatis plenū cernitur. Quartū [d] cum suo pari cui cōmittitur, (sunt hæc omniū maxillæ ossium longè maxima, dentes omnes excipientia) vniuersum ferè palatū, nec non maximā nasi laterū partē, omnemq; propè inferiorē ipsius sedē cōstituit. Postremis tamē hisce duabus partibus ea neutiquā solida sūt, sed foraminibus instar fauo mellis peruia. His præter alia ipsorū foramina vnū accidit (in malæ acumine id nititur, in oculorū cauo incipiēs) quod etsi à principio tenui squama circundatur, tamē paulo ante, quā terminetur, penitiùs in valido osse exculptū est: parua super ipsū linea ad foramē tantūmodo pertingēs visitur; neq; vero altius altera subit, quæ in aliquibus pueris in initio palati apparet, ad caninos dētes pertingēs, quæ nulla (quā quidē ego viderim) ratione in priora tēdit, vt in brutis fit animātibus. Quintū [e] & quod illi ex opposito latere est, anteriorē omnē nasi sedē ad cartilagines vsq; suas, & laterū medietatē constituunt; suntq; dura, solida, tenuia, infernè quā supernè latiora. Sextū simul cū suo cōiuge [f] palati extremū, & nariū amplitudinē in os pertinentē cōstituit; suntq; ossa hęc lata tenuia & valida; Posterioris autē cuiuslibet ipsorū regionis latera apicibus processuum cuneiformi subiacentiū innituntur; Altera medietas in aere pendet literam C referēs. Hisce duodecim ossibus aliud accedit [g] inter cuneiforme & palati ossa situm, quod nasi cauum in palatum pertineas diuidit, videturque eo caput sustineri: Id aratro simile est, cuius seorsum non meminit Vesalius, quòd exigui sit apud ipsum momenti. Hæc inuicem omnia lineis quibusdam distinguntur, quas semper tum clarioris doctrinæ gratia, tum quòd eas Galenus hoc nomine appellet, suturas vocabo. Quoniam verò de capitis ossium suturis agentes, eas etiā quæ superiori maxillæ communes erant enumerauimus, nūc ipsius proprias prosequemur, quæ nouē sunt, quatuor vtrinq; in medio vna. Prima [h] quæ media est, vniuersā maxillā à superciliis ad palati extremū per longitudinē secat: secūda [i] sub osse iugali exoritur, ab ea quā per temporū caua tēdere diximus, indeq; decliuis procedit, eminētiā in priore efformās, ad apicē vsq; ossis malæ, tū ductu obliquo, in priora fert per mediū eiusdē malæ partim rectà, partim obliquè, donec in

Primū maxillæ superioris os.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Aliud maxillæ huius ossiculū.
Prima sutura superioris maxillæ.
Secunda.

a tab.iiii. fi.i. QQQ.
b ead.n.
c ead.p.
d ead.ss.
e ead.q.
f ta.iiii. fi.vi. ПП.
g ead.ZZ.
h tab.i.P.
i l. iiii. fi.i.y. fi.vi.d.

k ta. i. n. nec in oculū ingrediat̃ sup foramē [k] quarti ossis, rursusq; in arcū intra eundem oculū, extremū angulum versus tēdit, donec eò vnde incæperat, ptingat, iuxta rimā quæ in inferiore cauitatis oculi parte visit̃: Tertia secūdæ similis eodem tramite in opposito latere incedit: [l] Quarta iuxta lacrymalē incipit, & per oculi exteriora descendit, in eā vsq; sedē, in quam secūda ingressa est, vbiq; in ipsum fert̃ in supiora obliquè aliquātulū rendēs, ad mediā ppè oculi cauitatē vbi ramulum edit, qui in superiora itidē repēs (priora uersus) ei quā os frontis à maxilla superiore dirimere diximus, committit̃; iacto hoc ramo, ad cētrū vsq; oculi pgreditur, vbi in orbē parump ascēdēs, rursus cum ea cui ramulū cōmitti diximus, coit. Quinta in altero latere eodem ductu pcedit. Sexta & septima [m] á supciliorum initijs exortæ, recto tramite per nasi latera in ipsius cartilagines ferunt̃. Octaua [n] palatū transuersim circuit, iuxta ipsius extremum, ab imis maxillaribus incipiens, e sutura qua superiorem maxillā à cuneiformi dirimi diximus, & anteriora versus in orbē fert̃, donec in medio primæ suturæ cum nona coeat, q̃ ab opposito latere eundē ductum seruat, fitq; ex vtraq; circulus. Hæ, quas diximus, suturæ ppriæ, atq; cōmunes maxillę supioris ossa á se inuicem & ab ossibus capitis, hunc in modū dirimūt. Primū àquarto p secūdam suturā diuidit̃: à cuneiformi medio illius q̃ per tēporū ossa decliuis terebat̃ (eaq; est q̃ in oculorum cauo conspicit̃:) ab ossibus tēporum bñficio illius, quę [o] literæ, similis est, & duos pcessus os iugale efformātes iungit: ab osse frontis medio illius quā in oculum per externū angulū iuxta extremū superciliorū ingredi diximus. Secundū os a quarto dirimit pars tertiæ lineæ quæ ab interno oculi angulo tantisper fert̃, donec ramulū edit in cētro itidem oculi (vti diximus) cuius beneficio a tertio dirimitur: ab osse vero frontis eius lineæ parte seiungitur, qua frontis os a superiori maixlla separari diximus. Tertium a quarto distinguit maior illius lineæ pars q̃ ad oculi vsq; centrū perreptat: a cuneiformi illud huiuscemet lineæ etremū diuidit: ab osse frontis eiusdē lineæ sedes, q̃ secundum ab osse frontis dirimebat. Quartum os ab ossibus nasi sui lateris seiungit quarta sutura: à suo vero cōiuge pars suturæ cōmunis. q̃ a nasi fundo in palatū ferè regreditur: a primo, secundo & tertio, medio dictarū linearū se iūgitur; ab osse frontis iuxta lachrymalē medio perquā exiguæ lineæ, quæ a supercilij principio ad proxima lachrimalis loca prorepit, quæ pars existit illius, quā toties superiorem maxillā a frōtis osse seiungere diximus. Quintū a suo pari, communis sututæ principio distinguitur; ab osse frontis extremo illius quæ ipsum a tota maxilla dirimit: a quarto, quarta vt diximus sutura. Sextum a suo pari extremū communis suturæ diuidit: a quarto quinta sutura: a cuneiformi parte illius suturæ siuæ lineæ quæ per tempora descendens, & per extremos maxillares, versus priora obliquè fertur. Atq; hæc sunt maxillæ superioris ossa atq; suturę.

Tertia. *Quarta.* *Quinta, & sexta & septima.* *Octaua.* *Ossium maxillę huius diuisio.*

Marginal references: l t.iiii.fi.i.m; m t.iiii.fi.i.q; n ta. iiii. fi. vi. u u.; o t.iiii.fi.i.2.

De Osse iugali. Cap. 5.

a ta.ii.FF.

IN temporum vtroq; pōticulus ex duobus [a] pcessibus efformat̃, quorū alter ex priore maxillæ superioris osse, alter ab osse tpm pdit, hic lōgior multo est, sed tenuuior, ille cōtra se habet. Processus hi ĩ tpm medio simul coeunt per lineā seu harmoniā [b], literæ similem, iugūq; vt diximus efformāt ꝙ græci ζύγωμα latini iugale os appellarunt, ꝙ boum iugo simile sit: Id etsi ossis nomine donat̃, re vera tñ os nequaquā est, est aūt ĩ id paratū vt tpm [c] musculo q̃ maxillā ĩferiorē claudit ppugnaculū esset, quēadmodum suo loco dicemus, ideoq; durum effectum est, foris gibbum, intus vero cauum, quò minus incommodaret.

b ta.ii.F t.iiii. fi.i.z.fi.vi.y. c lib.ii.ta. i. B ta.ii. A.

De Maxilla inferiore. Cap. 6.

a ta.iiii fi.vii. & viii.

INferior maxilla dicitur, pubis totius, inferiorum dentium ac mandibularum regio; [a] hanc duo cōficiunt ossa, extremo mēto agglutinata, in infantibus quidem per lineā siue harmoniā cartilagine oppletam, vt fit in occipitis osse, in grandioribus verò per symphisim siue vnionem. Ab hac linea aliquot musculorum tēdines labrum inferius

Inferior maxilla vnicū os non est.

inferius mouētes prodeunt. Hæc autem maxilla in summo mēto lata est, vbi in homine summa cum difficultate tam cocta quàm cruda discinditur; hincq; sensim ad extremas vsque mandibulas minor euadit, vbi rursus [b] lata, sed tenuis magis efficitur, sicque aures versus tenuior semper euadens ascendit, donec in duos processus veluti cornua desinat, quorum prior qui latior est, [c] in mucronē productus sub osse iugali desinit, in eumq;, vti dicem⁹, tēporum musculus validissimè inserit. Alter, (qui rotundior est, habetq; ab extremo Appendicē maxillæ, in homine adiunctam, ideoq; incōspicuā) in paruulū sinū inter iugalis ossis radicem & [d] anteriorē auditus organi sedē insculptū inserit, ampliorq; vtrinq; redditus capitulū edit, quod faciliorem maxillæ motū efficit, quæ sola in homine cæterisq; animātibus mouetur, exceptis Crocodilo, qui superiorem tantūmodo, & Psitaco qui vtrāq; mouet. In hoc sinu, prçter cartilaginē oībus articulis communē, altera visit inter maxillæ capitulum, ipsumq; reposita, ligamento aut tendini quodammodo similis: hçc nunquam ex ossibus, sed ex ligamentis articulum in orbē continētibus enascit; eius ope dura ossa inuicem maiori ex parte cōmittūtur, tum vt facilior eorū motus reddatur, rum vt ex assiduo motu minus offendant. Solet nonnunquā maxilla hæc, ore nimium diducto, ex sede dimoueri, verùm facilè reponit, si ad auris summū, pollicem admoueas ī priora paululū, ac validè introrsum ab vtroque deinceps latere adigas. Donatur præterea maxilla hæc duobus vtrinq; foraminibus, quorum [e] alterū ab interiori regione nō procul à nūc cōmemoratis processibus incipiens, in exteriorem pertinet ad imū labrum, inter dētis canini & ꝓximi maxillaris [f] radicem. Foramina hæc principio grādiora sunt, minusq; rotunda, quorum vtrunq; viam præbet nerui [g] ramo tertij paris, qui ad dentiū radices vti dicemus tēdit vnà cū vena & arteria, ꝓditq; per imum exterioris longè minoris, in multos dispersus ramulos p inferius labrum disseminatos. Præter hæc foramina alijs prorsus nullis inferior maxilla prædita est, nam alueoli quibus dētes implantant, re vera foramina nequaquā sunt. Cæterum maxilla hæc [h] latiori, tenuiorisq; sede ad summi menti regionem, asperitatibus insuper quibusdam extuberat, quibus musculi eam mouentes firmius inseruntur.

Prior maxillç huius processus. *Alter.* *Animātia oīa crocodilo & Psitaco exceptis īferiorem maxillā mouent.* *Dimota maxilla vt reponat.* *Duo maxillæ huius foramina.*

b ta.iiii. fi i. fi.vii.& viii.E
c.ta.ii.l.t.iiii. fig.i. S
d ta.ii.l.t.iiii. fi.i.h.fi.viii.A
e t.iiii. fi. viii. F
f t.iiii.fi.vii.G
g lib.vij. ta i. fig.ii.T
h t.iiii.fi. viii. HD

De Dentibus. Cap. 7.

QVamuis à reliquis ossib⁹ dētes distinguant, tū sensu, & quia denudati sunt, quod cæterorū nulli cōtigit, tū etiā quòd toto vitæ tempore incremētum suscipiāt, vt in his cōspicit, q b⁹ dēs aliqs exēpt⁹ est, nā illi opposit⁹ cū à suo pari nō atterat, nequaquā cōsumit, sicq; extra reliquorū dentium seriem succrescit, q in tātam molem assurgunt, quāta in dies mastication deteritur; Nihilhominus ab aliorum ossiū numero minimè ideo excludēdi sunt, cùm nullum præterea ipsis nomen appositè magis adaptari queat. Sūt autem [a] dentes numero triginta duo, vtrinq; sexdecim, donanturq; singuli appendice, q̄ pueris ante annū septimū vel nonū decidit; & quod vulgo de ipsorū mutatione fert, aliud nihil est, quā huiusce appēdicis amissio, cū enim dētes ex spermaticis corporis nr̄i partibus existāt vbi, semel deciderint, nunquam postea renascunt. Quòd si quis mihi obijciat, eos, quod nō ante vnū ab ortu annum nascant, partes spermaticas nō esse. respōdeo neminē sine illis in hanc lucem prodire; Quod vero minimè spectātib⁹ occurrāt, ꝓpterea fit, qa toti gingiuis obteguntur. Horū priores quatuor græcis τομεῖς hoc est īcisorij dicti sunt, his em̄ ingestos cibos cōfrigimus atq; horum singulis vnica subest radix. Canini deinceps vtrinq; singuli cōstituunt, sic dicti quòd canum dentes similitudine referant. Vltra hos maxillares quini ab vtroq; latere habentur, latinis molares dicti, quòd his cibum conteramus. Verum ex his inferiores binis radicibus nituntur, quandoque etiam ternis; superiores ternis, nonnunquam verò quaternis præsertim postremi duo: sunt & prioribus altiores radices quàm posterioribus: omnium tamen radices perinde ac incisoriorū, & caninorū in summo exiguum foramē habent, quod neruo, venæ, atq; arteriæ ingressum præbet: estque illud circa maxillarium numerum obseruandum, nonnullis quaternos tantummodo vtrinque esse, alijs quinos ab vno laterum, ab altero quaternos

Dentes sentiūt augenturq;. *Dentes triginta duo.* *Nemo absq; dētibus in lucem prodit.* *Singulis dentibus adest neruus, vena & arteria.*

a ta.v.fig.v.

ternos, aut quinos infernè, quaternos supernè, vel contrà: cuius quidem varietatis potissimum in causa sunt, dentes ij, qui post exortam pubem enascuntur, non enim semper vtrinque producuntur. Cæterum dentes, in alueolos quosdam, quibus maxilla perfossa est, singuli in singulos infiguntur, quas foueas latini præsepiola, hoc est parua præsepia ab eorum similitudine apellarunt.

De Capitis & maxillæ superioris foraminibus. Cap. 8.

QVoniam neruorũ, venarum, arteriarumque perdifficilis & obscura foret explicatio, nisi prius de capitis & maxillæ superioris foraminibus agerem, proptrea operæ precium erit ea hoc capite prosequi, ducto à capitis foraminibus exordio; *Capitis foramina triginta octo.*
quę præter ea, quibus octauũ os perterebratur, & quæ os suũ minime totũ peruadũt, triginta octo aut triginta nouem sunt. Ex his frontis os bina occupat, cuneiforme septendecim, nonnunquam verò octodecim; octo temporis os; septem occiput, Temporum & occipitis ossi duo sunt communia; duo item cuneiformi, temporum, & occipitis ossibus. Ossis frontis foramina singula à suo latere ad medium [a] supercilij assident paulatim versus aures, iuxta oculi cauum pertinentia; hæc ferè rotunda sunt, nonnunquam tamen alterum tantum modo ex ipsis tale visitur, quandoq; vero teres alterũ, alterum semicirculare: Horum vtrunque primo [b] ramulo minoris radicis tertij paris neruorum cerebri aditum præbet. Ex cuneiformis ossis foraminibus primum & secundum [c] ad duas superiores alas iacent radicem, ceu centrum oculi constituentes; hæc quà oculi cauum spectant rotunda sunt, quà cerebrum, acutum angulum versus externum latus, vtraque efficiunt; [d] sunt autem hæc opticis neruis peruia. [e] Tertium & quartum commemoratis subiacent, inter superas ossis istius & laterum alas, vespertilionum alis similes; quinimò nihil prorsus aliud sunt, quàm spacium quod inter alas intercedit; suntque oblonga subtus lata, ac propè rotunda, & in extremum vsque angustantur, ac figuram hanc simul iuncta referunt. Per humiliorem horum foraminum sedem [f] secundum par neruorum cerebri fertur, vnà cum tertij paris portiuncula, [g] & insigni arteriæ [h] soporalis ramo; portio insuper pituitæ in oculos per ipsam delabitur, ac deinceps in palatum & nares per primum superioris maxillæ commune foramen. Per elatiorem verò & angustiorem huius foraminis sedem, venarum quas in temporum musculos disseminari ostendemus, ramuli aliquot feruntur. Quintum & sextum inferius à commemoratis sita sunt versus posteriora, [i] & in os penitius quàm illa adiguntur, sed parua & sphærica existunt, & per ea, [k] minor quinti paris neruorum cerebri radix defertur. Septimum & octauum [l] posterius admodum insculpta sunt, non procul à linea quæ sursum ad tempora prorepit, ab ea incipiẽs, quã cuneiforme ab occipitis osse seiungere diximus; suntque ouata vtraque & [m] maius tertij paris neruorum cerebri principiũ transmittunt. Nonum & decimum ad prædictorum extremum assident, nonnichil extrorsum, [n] multo minora & orbicularia, interiorique venæ [o] iugulari ingressum præbentia. Interdum quoq; exiguum quoddam foramen quantũ excipiẽdo aculeo satis foret, in interiore alterius horum, pquã rarò autẽ, in vtriusq; sede visitur. Vndecimum & duodecimum in exteriore istius ossis sede ad principiũ subiacentiũ ipsi alarum incisa sunt, pdeuntq; ex altera eiusdem alæ parte quæ in nasi cauum deriuat; Sunt hæc rotunda, adeoq; inter dũ exigua, vt immissam quandoq; setã minimè trãsmittant. Adsunt insuper in ima istius ossis sede, extrorsum versus, inter duas subiacentes alas, qnq; alia foraminula, vtrinque gemina, in medio laterum, vnũ. Duo p ossis mediũ adigunt, in priora repentia, & in nasi concauum deriuata, duo reliqua, oculi centro proximè occurrunt; Ita vt septendecim foraminibus, vtrinq; octonis in medio vno perterebratum sit huiusmodi os. Ex ossis tẽporũ foraminibus, primũ illud est, quod [p] aurẽ cõmuni appellatione dicimus, quod foris incipiens, instar cochleæ anfractuosum in cerebrum vsque, subtus cranium ptinet: estq; intus latũ, sed raro omni ex parte lucẽ admittit, tum quia insigniter obtortũ est, tũ qa extremis valde angustatur. Huic atq; alij istius ossis foraminibus, similia totidẽ ab opposito tẽporũ latere correspondent, feruntq; p eiusmodi foramẽ quintũ

a t.iiii. fig.i. t
b lib. vii. ta.i. fi.ii.N.
c t.v.fig.i.F.
d lib.vii.t.i fi. i.H fig. ii. G.
e t.v.fi.i.G.
f lib. v.t.ii.fi. xiiii.G li. vii. ta.i.fi.ii.x.
g lib.v.t.ii.fig. xiiii. H.
h lib.v.t.ii.fi.i. F.
i t.v.fi.i.S.
K lib. vii.ta.i. fi.ii.d.
l ta.v. fi. v. Q
m li.v.t.ii.fig. xiiii. IK li.vii t.i.fi.ii.M Z
n ta.v.fi.i. R
o lib.vi.ti.F
p ta.iiii.fi.i. o

Ossis frontis foramina.
Cunei foramina.
Tertiũ & quartum.
Quintũ & sextum.
Septimum & octauum.
Nonum & decimum.
Vndecimũ, & duodecimum.
Quinque alia foramina.
Ossium tẽporalium foramina

neruo-

Secundum. q nervorum cerebri par. Secundum r ex medio prioris assurgit ferturq; in posteriora, quousque in exteriorem istius ossis sedem contendat: Id angustum est, anfractuosum, dictumq; græcis τυφλόν, latinis coecum, quod abditum sit ipsius principium; ac s ramulum quinti paris nervorum cerebri transmittit. *Tertium.* Tertium t sese extra cranium (licet cum difficultate) conspicuum exhibet ductuq; obliquo versus auris foramé tendit, donec introrsum in illud pertineat, quod itidem, non iniuria coecum dici posset cum secundo, etsi grandius multo est, & obliquum minus: Per id, strepitum ab ore in aures deferri percipimus, cum aere vel aqua os refertum habentes, aquam per eas extrudere nitimur. Per ipsum quoq; secúdus quinti nervorum cerebri u paris ramulus & x soporalis arteriæ propago feruntur. *Quartum.* Quartum in media istius ossis sede pumicem referente insculpitur, y atq; à posterioribus in priora per mediam ossis longitudinem fertur, quousq; in lineam pertingat, quæ cuneiforme ab occipitis osse dirimit, non procul ab undecimo cuneiformis ossis foramine nasi concavum spectante, datq; z soporali arteriæ viam. *Occipitis ossis foramina. Primum.* Ex occipitis foraminibus primum a Ovatum est, omniumq; totius capitis foraminum longè maximum, quod medullæ spinali aditum præbere diximus. *Secundum & tertium.* Secundum & tertium, à suo utrunq; latere super bina istius ossis b capitula incisa sunt, atq; à posterioribus c in anteriora tendunt, suntq; parva & rotunda, ac d septimum cerebri nervorum par transmittunt, *Quartum.* Quartum in posteriore e alterius vertebræ istius ossis sede visitur, quod illinc ubi dicta vertebra primæ colli vertebræ committitur incipiens, per mediam ossis latitudinem paululum subit, tantisper in priora repens, donec in sublimiorem alterus commemoratorum foraminum sui lateris, sedem desinat. *Quintum.* Huic foramini, Quintum oppositi lateris, correspondet, præbentq; ambo f venæ atq; arteriæ viam, quæ per processuum laterum vertebrarum colli foramina prorepunt. *Sextum & septimum.* Sextum & septimum g è regione illius suturæ conspiciuntur, quæ ex finibus lambdoidis exoritur, paulo ante quàm in processum ossis temporum mammillis similem pertingat: quinimò exteriore sua sede & istius ossis interiore, in medio dictæ suturæ assident: horum utrunq; ramum venæ iugularis exterioris transmittit. *Communia foramina.* Communium foraminum primum & secundum, h inter occipitis & temporum ossa, utrinq; unum, sita sunt, in medio eius suturæ, quæ à finibus lambdoidis exoritur inter alteram ossis temporum pumici similis partem, & occipitis ossis capitula: Hæc mediocriter grandia sunt, non ideo tamen læuia, non æqualia, ac per ea vena i interior iugularis transmittitur, simulq; pituitę à capite destillantis portio expurgatur. *Tertiũ & quartum.* Tertium & quartum cuneiformi, occipitis, & temporum ossibus communia sunt, k ad extremum lineæ ex finibus suturæ lambdoidis exortæ, utrunq; à suo latere, l soporalis arteriæ gratia, exculpta sunt & præter commemorata, quamplurima in capitis ossibus foramina, *Alia quædam capitis foramina.* m qualia in osse octavo habentur, complura quidem illa & satis exigua, inter quæ unum cæteris paullo grandius visitur, ad istius ossis principium, quà frontis ossi adiungitur, per quod exterioris venę iugularis ramulus transmittitur; qualia item intra cranium visuntur; ad sagittalis commissuræ latera, potissimum versus lambdoidem, per quæ in cerebrum ramuli aliquot iugularis venæ exterioris feruntur, alij verò nonnulli ex dura menynge in Pericranium tendentes prodeunt; qualia etiam in frontis osse iuxta supercilia occurunt. Verum enimvero hæc propriè foramina nequaquam sunt, cùm universum os minimè pervadant, ideoq; illa silentio invol- uam. *Superioris maxillæ foramina Primum & secundum ex proprijs.* Superior maxilla tredecim donat foraminibus, sex proprijs, totidemq; communibus; ex proprijs primum & secundum in quarto istius maxillę ossium pari habentur, habentq; à suo utrumq; latere à medio imę partis oculi orbitæ principium, & in malas usq; declivia feruntur, atq; ea sunt inter q̃ in ipsis n visuntur: Horum principium tenuis ossis squama, extremum verò ipsum os circumambit; perq; horũ utrũque secundus o ramulus tenuioris radicis tertij paris nervorum cerebri transmittitur. *Tertiũ & quartum quintum & sextum.* Tertium & quartum in sexto ossiũ p pari utrunq; in suo situantur, non procul à postremorum maxillarium radicibus, tenduntq; in oculi centrum ambo in suorum laterum foramina pertinentia, quà pituita in nasum defluit. Iuxta hæc duo, utrinque, nonnihil ad posteriora, exiguũ aliud q spiraculum adest in ipsa ut plurimum pertinés, nonnunquam verò inter suturas desinens, quibus quartũ istius maxillæ os cuneiformi cõmittitur; Hæc ramulo quarti r paris nervorũ cerebri per palatum disseminato

q tab.iiii.fi.v: a ta.v. fig.i. a
r t.iiii.fi. vi. Y
s lib.vii.t.i. fi. ii. c.
t ta.iiii.fi.vi. V
u li. vii.t.i.fig. ii G.
x lib.vi.t. i. fi. i. n.
y t.iiii.fi.vi. V.
z lib.vi.ta. v. fig. x. l.
a t.iiii.fi.vi. 2.
b t.iiii.fi. vi.ll
c t.v.fi.i.d.
d ta.v.fig.ix. oo
e ta.iiii. fi. vi. α
f lib.vi.t.v. ff.
g ta.v.fig. i.y. V
h tab.iiii.fi.v. Z
i li.vi.t.iii.fi.i. D F.t.ii.S.
k t.iiii. fi. vi.f
l lib. vi. ta.iii. L. t.iiii. d
m t.v. fi.iii.A.
n t.i.n.t.iiii. fi.i. inter Q & S.
o lib. vii.ta. i. fi. ii. O
p ta.iiii. fi. vi. Π
q ta.iiii. fi. vi. α
r li.vii.t.i.fi.ii Z

egressum

s t.iiij.fi.i.f. egressum præbent. Ex communibus primum iuxta oculi lachrymalem [s] inter secundum & quartum istius maxillæ os situm est, & in nasi vsque concauum decliue fertur; ac primum propriorum paululum magnitudine superat; cùm tamen nonnihil delitescat, in caluarijs minimè conspicuum occurrit, ideoque haud mirum est omnes illud silentio præterijsse. Per hoc foramen tertius ramus, tenuissimæ radicis [t] tertij paris neruorum cerebri fertur, nec non etiam pituitæ in nares, & palatum delabentis portio, secundum eandem ab opposito latere structuram seruat. [u] Tertium in medio prioris maxillæ suturæ exculptum est ad primos anteriores dentes, intra fauces, inter quartum os, & suum par. Hoc etsi in hominum nonnullis duas in partes, quæ denuo protinus coëunt, discissum cernitur, ferè tamen vnicum est. Quartum & quintum totius maxillæ foraminum maxima existunt, atque ambo suum oculum ad imam concaui sedem occupant, cuneiformi, & primo eiusdem maxillæ osi communia; ac per ea prior ramulus [x] tertij paris neruorum cerebri in temporum musculum contendit. Sextum ac septimum narium sinus constituunt, quos, vti diximus, inferior octaui ossis processus discriminat; naturali præcipuè inspirationi vocique, præter alios vsus quos habent complures, idonea. Præter commemorata foramina alia quamplurima, sed exilia, venarum & arteriarum ramis quibusdam transmittendis exculpta sunt: Huius generis aliqua visuntur è directo interioris oculi anguli, iuxta suturas secundo, & tertio istius maxillæ ossibus communes. In nasi quoque ossibus huiusmodi occurrunt foramina, nec non in primo superioris maxillæ osse, in parte ossis malæ, in qua nunc vnicum, nunc bina conspiciuntur. Tale insuper in quarto eiusdem maxillæ osse, inferius à lacrimali assidet. Atque hæc sunt capitis, & maxillæ superioris foramina tum propria, tum communia, numero nouem & quadraginta: Quod si aliquod nobis memoria excidit, suo illud loco recensebimus.

Marginalia: t lib.vij.ta.j. fi.ij. P. — u t.iiij.fi.vj.n. — x lib.vij. fi.ij. Q. — Primum foramen ex communibus. — Secundum. — Tertium. — Quartum & quintum. — Sextum & septimum.

De Osse Hyoide. Cap. 9.

a lib.ij.t.v. L. EMinentissimæ laryngis parti ad linguæ radicem affixum [a] os reperitur ὑψυλοειδὴς, siue ὑοειδὴς dictum quod υ græcorum literæ per quam simile existat, & vndecim ferè ossibus extructum: quorum [b] primum, quod facile admotis ad nucam digitis occurrit, omnium latissimum est, foris gibbum ac tubere prominens, intus vero concauum. Supera sede in obliquum, ac modicè ouatum sinum deprimitur, pro musculorum, quos in eos inseri dicemus, ratione. [c] Huic ossiculo alia duo, vtrinque adstant, istius ossis latera constituentia; Alterum humilius quod breuius est, sed latius, cuius extremum superiori processui primæ cartilaginis laryngis colligatur; Alterum elatius, idemque angustius & longius, quod ex ternis quaternis've ossiculis, haud secus ac suum par ab opposito latere, ferè construitur, quæ simul inuicem continuata serie tantisper coëunt, alliganturque, quousque temporum ossis processui styli scriptorij imaginem proponenti, compingantur. In mulieribus verò nonnullis, ossicula hæc desiderari contingit, ipsorumque vicem teres quoddam ac validum ligamentum gerit, quod in commemoratum processum inseritur,

Marginalia: b t.v. fi.vij. A B. — c ead. E F I K.

De Dorso. Cap. 10.

a t.vj.fi.j. DOrsi os aquæductum quendam ex multis constructum riuulis similitudine refert, per quod medulla è cerebro ad Coccygis vsque os porrigitur; [a] constatq; ex triginta vt plurimum ossibus, quæ Spondylia Græci, Latini Vertebras appellarunt. Horum vnumquodque, primo excepto, anteriore sede, quæ vertebræ corpus dicitur, latum est & propè sphæricum: corpus tam supera quàm infera sede [b] Appendice donatur: inter vnam verò & alteram appendicem. cartilagineum ligamentum interiacet. Corpus foraminulis quibusdam incerta serie sparsis incisum spectatur, & quibus nullum insignius sese offert, eo quod in interiore corporis regione spinalem medullam spectante sedem habet, satis magnum pro vertebræ mole, atque

Marginalia: b tab.j. lib.ij. t.xvj. fi. xvij. 1.2.3.4.5. — Dorsi ossa quot.

in multa desinens exigua spiracula. Porrò tum hoc, tum reliqua, ramulis aliquot venarum & arteriarum aditum præbent, quæ ossibus hisce vitam & nutrimentum largiuntur. Reliquis in partibus vnaquæque vertebra multos vndique processus veluti spinas obtinet, vnde omnes Spinæ appellationem sortiti sunt. [c] Horum processuum alij sursum, alij deorsum, quidam in latera, quidam in posteriora feruntur. Inter posteriorum vnumquemque (ex his qui appendice donantur, quorum magnus est numerus) media assidet cartilago, ne ossibus noxa ex motu accedat. Haud secus quoque inter singulas huiusmodi vertebas, quoddam [d] vtrinque foramen iacet (vnde egressus neruo, venæ autem & arteriæ, vt suo loco dicemus, ingressus patet) quod fit singulis vertebris leuiter in sinum depressis, licet non æqualiter omnibus; siquidem in colli vertebris, quo propius imo acceditur, tanto superior vertebra inferiore magis exculpta est; In lumborum vertebris res contra se habet; thoracis autem vertebræ æqualiter omnes excauantur. Omnes hæ vertebræ ad os vsque sacrum (duas priores excipio, quarum altera corpore, altera superiori appendice destituitur) suis inuicem corporibus vinciuntur, non membranis, aut tunicis spinalem medullam ambientibus, sed medio ligamentorũ, quæ inter corpus vnumquodque, ac suam appendicem enascuntur tam inferiori quàm superiori sede; medio insuper [e] cartilagineo ligamẽto, quod singulis interiacet corporibus. Exteriore sede inferiores superioris vertebræ processus cum superioribus sequentis vertebræ processibus coniunctione Arthrodia dicta, quæ Diarthrosis species est, articulantur. Vertebræ tendinibus quibusdam ab ipsis exortis, arctè adeo vinciuntur, vt citra luxationis periculum facile omnes moueri queant. Sed illud animaduertere oportet, si eas (vt fieri solet) luxari contingat, vnam aliquam exilire ac dimoueri perniciosius esse, quam multas simul; sic enim spinali medullæ, noxæ minus infertur. Sunt hæ vertebræ vti diximus, peruiæ, sed inæqualiter, à summo enim ad imum nonnihil angustatur foramen, ita vt licet æquè omnes perforatæ sint, magnitudine tamen foraminum differant: & quemadmodum superioris vertebræ foramen, inferioris foramine grandius existit, sic inferior vertebra superiorem magnitudine superat, quò scilicet superior minus pondere grauet, inferior vero validius onera sustineat. Dorsum quatuor in partes vniuersum diuiditur, in Collum, Scapulas, Lumbos, & os Sacrum.

Dorsi vertebrarum processus.

Foramen neruis egressũ præbens.

Connexus vertebrarum dorsi.

Dorsi luxatio.

Dorsi diuisio in [quat]uas partes.

c tab.vj.fi.j.

d t.vj.fi.j. Q.

e ta.vj.fi.j. R R. lib.ij.t.xv. fig.xxviij.3.

De Vertebris Ceruicis. Cap. II.

QVod ab occipitis extremo ad humeros interest, Ceruix appellatur, [a] vertebris septem constans, quarum priores duas vndique simul iungunt ligamenta quædam, quæ ab osse occipitis exorta illas extrinsecus ambiunt, reliquæ anteriore tandem sede, quam vertebræ corpus vocamus, colligantur in eum, quem superiore capite retulimus modum; Vertebræ quoque omnes, posteriores processus bifurcatos obtinent, prima [b] excepta, quæ durior, & solidior est, ac latiore alijs donata foramine, verum tenuior illis, nec parum structura differens existit; quandoquidem, præterquam quod grandius multo ipsi foramen adest, corpus etiam intus concauum obtinet; & in eo sinus efficitur cartilagine circundatus, [c] quo processus dentiformis, quem secundam [d] vertebram promere dicemus, excipitur: Solidi vero corporis quo destituitur, loco, tuberculo quodam in anteriori sede augetur. Huic præterea ad latera vtraque cauitatis medullæ, (qua parte validior est quam cæteris) [e] sinus insculpitur oblongus, exterioribus lateribus nonnihil prominens, interioribus verò excauatus, ita vt ambobus simul iunctis, absolutus sinus euaderet. Sinus hi duo, [f] occipitij ossis capitula, græcis impropriè admodum κορώνας, hoc est, Acutos processus dicta, excipiunt; ac super ea capitis motus efficitur, vbi illud attollimus, & reclinamus. Ad vtraque horum sinuum istius vertebræ latera, processus visitur [g] latior multo, cæteris vertebrarum ceruicis processibus; Atque in huiusmodi processus quintum & sextum [h] musculorum caput mouentium par inseruntur. Hi propter tubercula in ipsis oborta, minimè vt cæteri inferiorum vertebrarum processus dirimuntur; haud secus tamen ac inferiores, omnes perforati sunt, pertinentq; ipsorum

Ceruicis vertebre septem.

Posteriores processus.

Due vertebre alijs discrimen.

Duo prima vertebræ sinus.

a tab.v. fi.v.

b tab.v.fi.vj. A B.

c t.v.fi.vj.a.

d t.v.fi.vj.D

e t.v.fi.vj.CC

f t.iiii.fi.vj.I

g t.v.fi.vj.E.

h li.ij.t.xiiii. H I.

foramina in ſecundum, & tertium occipitijs oſsis foramen. Prima hęc ceruicis vertebra poſteriore proceſſu ideo deſtituitur, ne muſculis aliquot ſuper eam repentibus officeret; ſed ea in parte [i] aſpera eſt, & veluti acuta linea extuberat, vnde quartum caput mouentium muſculorum par exoritur. In inferiore huius vertebrę regione ſub duobus commemoratis ſinibus, alij totidem inſculpuntur minores quidem illi, inęquales, multoque minus quàm ſuperiores caui, gręcis γλινοειδεῖς appellati, quòd oculi referant cauitatem. His ſinibus duo excipiuntur tubercula, quę ad laterales ſecundę vertebrę proceſſus habentur, medio cartilaginis, quę illorum ſupplet inęqualitati. Et ſuper hos ſinus caput in latera circunducimus, vt cùm renuimus. Tubercula hęc ſiue capitula efficiunt, vt quę in proceſsibus ſecundę ceruicis vertebrę exculpuntur foramina, obliqua paululum ſint, non recta, vt quæ in lateralibus primę vertebrę, aliarumque omnium proceſsibus inſculpta habentur foramina. In medio duorum ſecundę vertebrę capitulorum ex ſuperiori corporis ipſius regione, [k] proceſſus quidam inſignis, & altus, admodumque ſolidus enaſcitur, paulò anteriùs humilior, ac lęuior, quàm poſteriùs, quem, quòd denti, ac potiſsimum hominis canino aſsimiletur, dentem, ſeu dentiformem appellarunt. Proceſſus hic primę vertebrę cauitatem ſubit, quam illic haberi diximus, vbi vertebrę ipſius corpus conſiſtere debuiſſet, qui ſinus cartilagine oblitus, anteriorem dentis partem, lęui & lubrico tubere prominulam excipit; poſterior dentis pars latior eſt, & ad latera, veluti capitulo extuberans; ſub qua vtrinque ad latera exiguum ſinum, & alterum in poſteriori ſede obtinet. Qui in lateribus conſiſtunt vnà cum primę ceruicis vertebrę ſinibus, qui ipſis reſpondent, foramen vtrobique conſtituunt, neruis quibuſdam tranſmittendis aptum, qui nonnunquam in muſculos collum flectentes procidunt. Poſterior ſinus in hoc exculpitur, vt ligamentum inſigniter validum ipſi firmus obuoluatur, quod ab vno vertebrę latere ad alterum tranſuerſim procedit; Ad quod pariter ſuppetias fert prima vertebra, ea ſede, vnde illud exoritur aſpera, & inęqualis, ac foramine, quod os minimè altius ſubit, prędita. Superior huius proceſſus pars, pineę nucis modo in mucronem exacuitur, altiusque extra primam vertebram prominet, & ab ipſius medio [l] validum, ac teres ligamentum educitur, quod ipſum occipitis oſsi alligat. Ita vt primę vertebræ cum ſecunda contextus perficiatur, medijs duobus ſecundæ vertebræ latis tuberculis, totidemque primæ vertebræ ſinibus, & tertio eiuſdem, quo dens ſecundæ excipitur. In poſtrema etiam tuberculorum regione, ſecunda vertebra paululum excauatur, non ſecus, ac prima. Ambas verò foramen interiacet, per quod ſecundum par neruorum dorſi transfertur; etſi prima vertebra, multo magis quam ſecunda exculpta eſt. Quæ de ſecunda vertebra nobis dicenda ſuperſunt, omnia illi cum alijs quinque communia ſunt: [m] Poſteriorem nanque proceſſum, non ſecus, ac reliquæ bifidum obtinet; In quibus omnibus proceſſus hi in duos mucrones deſinunt, potiſsimum verò priorum quinque vertebrarum, quandoquidem ſeptimæ proceſſus [n] ferè integer eſt. Verum enimuero vertebræ hæ omnes à capite Appendice donantur, præcipue autem ſeptima, cui ea, quam cæteris omnibus longior multo contigit; vnde poſterioribus thoracis vertebrarum proceſsibus nonnihil aſsimilatur, quamuis hi paullò acutiores exiſtant. Verùm tam ij, quàm illi inferiùs excauantur, ſuperiùs vero prominent eminente linea, quam in medio ſuperioris partis obtinent, quæ alteri excauatæ lineæ reſpondet, eandemmet in inferiori regione ſtructuram ſeruanti: ita vt proceſſus triangulares videantur. Ex ſuperiore alterius linea ligamentum educitur, quod in inferiorem proceſſus altioris vertebræ lineam inſeritur, cuius medio proceſſus hi colligantur, dexteris muſculis vti dicemus, à ſiniſtris per illud diremptis. Laterales quatuor vertebrarum, ſecundæ ſubiacentium proceſſus, alijs ampliores exiſtunt, ac eorum vnuſquiſque duplici mucrone donatur, haud ſecus, ac poſteriores proceſſus, etſi illi minus aſperi, & inæquales ſunt quàm hi: eſtque apex horum anterior poſteriore amplior, atque altius tendit, præſertim verò in ſexta vertebra, in qua interior iſtius proceſſus apex euidenter

[Margin notes: *Primæ vertebræ aſperitas.* — i t.v.fi.vj. — *Secunda ceruicis vertebra.* — k t.v.fi.vi.D li.ii.fi.xv.fi.xxvij. H — *Vertebræ huius proceſſus.* — l li.ii.t.xv.fi.xxvii.l. — *Ligamentum vertebræ huius corpus comprehendens.* — m t.v.fi.vi.B — n ead.G. — *Appendices poſteriorum proceſſuum.* — *Proceſſus laterales quatuor poſtremarũ vertebrarum.*]

amplior cernitur. In septima verò apices propemodum delitescunt, quoniam insignis est processus, & musculi ab eo extorti haud ita firmiter ipsi adhærent, ac qui ex altioribus producuntur. Neque vero adeo huiusce validus est, ac cæterarum ceruicis vertebrarum motus. Cuius quidem varietatis tam in lateralibus, quàm in descendentibus processibus, ea ratio fuit, vt musculorum ex posteriore ceruicis sede productorum validior fieret insertio: Quam etiam ob causam [o] posterior secundæ vertebræ processus, subsequentes latitudine, ac longitudine superat; ex eo siquidem secunda, tertia, & quarta musculorum caput mouentium paria educuntur. Ascendentes, descendentesque in omnibus ceruicis vertebris secundæ subiectis sibi similes sunt, & secunda quoque descendentes processus obtinet, aliarum processibus non dissimiles, exiguo scilicet, ac modicè orbiculari sinu, supernè deorsum, [p] & ab anteriori sede in posteriorem ducto, insignitos. Ascendentes verò processus orbiculari tuberculo, siue capitulo donantur, leuiter adeò eminente, vt ex sinuum ne id, an ex tuberculorum numero sit, non absque difficultate intelligas. Tuberculum hoc sinui descendentium superioris vertebræ processuum includitur, cartilagine, perinde ac sinus incrustatum; & ab anteriori pariter sede deorsum in posteriorem obliquè paululum fertur; Qui obliquus ductus quò vertebræ scapulis propius accedunt, eo maior euadit. Ita vt medijs duabus articulationibus secunda vertebra tertiæ committatur, perinde ac tertia quartæ, ac reliquæ deinceps omnes. Superest vt de [q] harum vertebrarum corporibus, deque ipsorum contextu dicamus. Iam igitur scire oportet, eas omnes, (prima quæ corpore destituitur excepta) corpore oblongo donari, eoque [r] pleniore, quo inferā magis possident sedem: committunturque inuicem, non ad eum modum, quo vertebrarum thoracis, ac lumborum corpora, plana scilicet superficie; sed superior corporis harum vertebrarum pars in medio caua est, & pro corporis figura oblonga; inferior verò oblonga est, atque in eam exporrecta longitudinem, vt hac sede, vertebræ sinum, quo includitur, impleat: quod ad faciliorem ceruicis motum effectum est. Contextus hic in secunda, & tertia nonnullisque subiacentibus vertebris admodum conspicuus est. In septima verò, quæ primæ thoracis vertebræ articulatur haud ferè apparet; quòd ideo effectum est, quòd eam adeo vt cæteras moueri, minimè ex vsu esset. Illud quoque obseruandum venit, quatuor ceruicis vertebras, inter secundam & tertiam positas, præter septem processus, omnibus dorsi vertebris communes, [s] alijs præterea quinque insigniri; quorum primus, & secundus superiorem corporis vniuscuiusque harum vertebrarum partem occupant. Tertius, & quartus lateribus adstant; [t] Disiuncti enim sunt, vti dictum est, laterales processus. Quintus, posterioris processus ramus existit, qui bifidus itidem est.

Ratio diuisionis posteriorum, et transuersalium processuum.

Ascendentes descendentesque processus.

Quinque alij harū vertebrarum processus.

o ead.B

p t.v.fi.vi.H

q ead.i.

r ead.

s ead.KK.

t ead.LL.

De Vertebris Thoracis. Cap. 12.

CEruicis vertebris, Thoracis vertebræ adnectuntur, numero ferè [a] duodecim; etsi nonnunquam, portento quodam, vnam deesse, vnam verò accedere contingit; Verùm rarius multò desiderari, quàm superaddi euenit. Harum vertebrarum superiores, ab inferioribus, ob dictam rationem, magnitudine superantur: & priorum corpora, haud vsquequaque rotunda sunt, sed vt ceruicis vertebrarum corpora oblonga; Posteriorum omnino orbicularia sunt, tantoque superioribus, fungosiora, quanto maiore substantia prædita; & quo maiora sunt, eo frequentioribus foraminulis, haud peruadentibus, nulloque, vt diximus, ordine positis, exculpuntur. Hæ quoque omnes vertebræ sinum vtrinque habent, cui costarum capita inseruntur, adeo cartilagine obtectum, vt vix spectanti occurrat. Sinus hic à prima ad nonam vsque vertebram inter vnius, & alterius vertebræ corpora iuxta foramina neruos transmittentia insculpitur, etsi grandior ipsius pars ad inferiorem præcipuè vertebram pertinet; In decima vero, vndecima, ac duodecima, vniuersus in ipso corpore inciditur. Nihilominus in prima & duodecima

Thoracis vertebræ duodecim.

Harum vertebrarum discrimen.

a t.vi.fi.i.LL

decima vertebra (præter sinus, qui in elatiore laterum corporis ipsarum parte visuntur) duo insuper in humiliore eorundem laterum sede habentur, superioribus profundiores, asperioresque (etsi duodecimæ sinus, minus quàm primæ profundus est) sed spiraminibus referti, ex quibus quædam prodeunt ligamenta, duas hasce costas vertebris, quibus inarticulantur, coadnectentia. Hæ omnes thoracis vertebræ suos, & ipsæ processus obtinent septem numero, duos nimirum ascendentes, totidemque descendentes, duos laterales, posteriorem vnum. Posteriores, *Septem harum vertebrarum processus.* ad nonam vsque vertebram, [b] omnes proceri sunt, propemodum æquales, ac triangulares, feruntur que in exteriora paululum, decliues, angustiores semper redditi, donec in mucronem triangularis figuræ desinant super eundem inferioris vertebræ processum; omnesque inuicem annectit ligamentum ex prominente linea eductum, quam in medio superioris partis inferioris processus secundum longitudinem ferri diximus. Decima vertebra processum minimè adeo extrorsum prominentem, nec ita scitè triangularem imaginem commonstrantem exerit; quin potius duo exteriora latera, ampla admodum sunt, inferius verò angustum, asperum & inæquale; adhæc in mucronem, vt superiores, processus hic minimè desinit, sed latior nonnihil efficitur. Vndecimæ vertebræ processus, multo minus exporrigitur, eiusque mucro amplior insigniter est; atque adhuc magis duodecimæ processus, iam ad processuum vertebrarum lumborum imaginem accedens. Cæterum vt varia hisce processibus figura obtigit, sic etiam descensu discrepant. Siquidem nouem superiorum vertebrarum processus, nonnihil extrorsum, vti diximus, decliues feruntur; trium vero postremarum processus adeo obscurè ad imum tendunt, vt intuentes propemodum effugiant. Laterales [c] nouem *Transuersi processus.* priorum vertebrarum processus, æquales ferè sunt; decimæ verò iam liquidò minores fieri incipiunt, sicque deinceps magis, ac magis in duodecimam vsque. Huiusce varietatis ratio est, nouem priorum costarum in sinum cartilagine obductum insertio, qui in horum processuum [d] summitatibus introrsum nonnihil visitur; *Horum processuum sinus.* secus quàm in inferioribus contingit: ideoque tam amplos fuisse processus, minimè oportuit, nec eisdem quibus superiores, sinibus donari; quanuis in decima nonnunquam insertionis quoddam veluti vestigium appareat. Sinus hi licet anteriorem horum processuum sedem occupent, alij tamen superius, alij inferius iacent, quidam medium tenent locum. Siquidem primæ vertebræ processuum sinus deorsum magis spectant, nonæ verò sursum, sextæ medio se habent modo. Verùm processus omnes in hominibus frequentiùs sursum, quàm deorsum tendunt, ac modicè extrorsum prominent. Illud quidem verum est, cùm processus hi superius promineant, inferius verò cælentur, ac capitulo in summo donentur, effici hinc vt deorsum spectare videantur; haud ideò tamen, posteriorum trium obscurus est in superiora ductus. Hæc ad laterales processus spectant. Superest, vt de [e] inferioribus, ac superioribus dicamus, qui quatuor numero sunt, *Processus superiores & inferiores.* duo inferiores totidemque superiores: quorum interuentu omnes dorsi vertebras prima excepta, inarticulari diximus, hunc in modum: Aut superiore inferioris vertebræ processu, inferiores superioris vertebræ processus subeunte; vt fit in omnibus dorsi vertebris, à secunda ceruicis ad vndecimam vsque thoracis: *Inferiorum & superiorũ processuum connexus.* Aut contrà, inferioribus superioris vertebræ processibus sequentis superiores subintrantibus, vt fit in cæteris omnibus à prima lumborum vertebra ad imas vsque. Ita vt omnes dorsi vertebræ altera sede, apices horum processuum proximæ vertebræ excipiant, altera verò excipiantur; prima ceruicis vertebra excepta, quæ vtrinque in sinus, quibus eam insigniri diximus, suscipit; & thoracis duodecima, *Primæ ceruicis & duodecimæ thoracis vertebræ connexus.* cuius quatuor processus omnes, proximarum vertebrarum processibus excipiuntur, superiores quidem, inferioribus vndecimæ thoracis, inferiores verò primæ lumborum vertebræ processibus. Atque ideo ipsi omnes istius vertebræ processus, modicè extrorsum protuberant; qui verò excauatos excipiunt, introrsum: Quod in cunctis præterea processibus, tam superis, quàm inferis eodem prorsus modo se habere intelligendum est. nam qui excipiuntur tuberculo promi-

[b] ead. P B.
[c] ead. M.
[d] ead. S.
[e] ead. N. Q.

nent, qui verò suscipiunt sinu excauantur; etsi difficile est vtrunque in nonnullis internoscere.

De Vertebris Lumborum. Cap. 13.

Lumborũ vertebræ quot. LVmborum vertebræ [a] quinque numero sunt, omnium quas commemorauimus maximæ, eoque minus peruiæ, quo spinæ medulla suo per eas progressu tenuior euadit. Ipsarum quoque corpora multis foraminibus referuntur, quæ tanto corporum vertebrarum thoracis, & colli foraminibus maiora sunt, quanto corpora hac magnitudine excellunt, ac vberius nutrimentum postulant, & quod *Processus vertebrarum lumborum.* inter vertebras cælari foramen diximus, neruis emittendis aptum, vniuersum ferè ad superiorem refertur vertebram; inferior vero humiliorem tantummodo ipsius sedem efformat. Hæ omnes uertebræ eisdem & ipsæ, quibus & aliæ septem *Transuersi.* processibus donantur. [b] Quorum transuersi longè tenuiores, ac longiores sunt, *Transuersi.* transuersis thoracis vertebrarum processibus; uidebanturque quasi costarum vsum præstaturi, etsi primæ, & vltimæ vertebræ processus, aliarum vertebrarum processibus breuiores sunt. Præterea eorum nulli sursum manifestò assurgunt, præter vltimæ vertebræ processus, ad id adactos, vt ilium ossa sibi ipsis proxima euitarent. *Posteriores.* [c] Posteriores harum vertebrarum processus validi sunt, crassi, & breues; si latera spectes, lati ac tenues: si verò longum ipsorum ductum ab imo ad supernum, angusti, & in extremo acuti; ac in lineam leuiter asperam desinentes. Inferiore sede lati sunt; & exiguis duobus donati sinibus, in quorum medio exiguus collis educitur, à quo vti dicemus, ligamentum exoritur, quod lineæ superioris partis eiusdem processus, proximè subiacentis vertebræ inseritur. Horum posteriorum processuum appendix solidior est, quàm quæ eisdem thoracis *Ascendentes.* vertebrarum processibus adest. [d] Ascendentes processus quà se inuicem è regio-*Descendentes.* ne spectant, longum & profundum sinum adipiscuntur: [e] Descendentes euidenter decliues feruntur, & externo ipsorum latere, paululum anteriora versus, in capitulum latiusculum desinunt, quod in elatiores subiacentis, vti diximus, vertebræ processus inseritur. Præter hosce processus, ex hisce vertebris quædam, in nonnullis hominibus duos præterea descendentes processus obtinent, iuxta neruorum foramina conspicuos: qui tam raro in humanis corporibus; in simijs vsque adeo frequenter occurrunt, vt minimè mirum sit, Galenum tantoperè de illis fuisse sollicitum, Vesalij autem oculos semper effugisse.

a t.i.ii.iii.inter L & M t.vi.fi.i.LL.

b t.i.ii. iii.q.

c t.ii.iii.r.

d t.iii.s.

e t.iii. t.

De Osse Sacro. Cap. 14.

Os sacrum cur ita dictum. OS id veteribus Sacrum siue amplum ideo dictum fuit, [a] quòd sui, suorumque processuum magnitudine, reliqua omnia totius dorsi ossa facilè superet. Nonnulli etiam latinorum Sacrum id appellarunt, quòd in partu dehiscere, ac rursus committi persuasum haberent: quod quidem, fœtu superstite, secundum naturam esse nequaquam potest; os enim id vsqueadeo renitens fœtum, mollem nimis, ac tenerum, partus tempore omnino perderet. Idipsum os ponè gibbum *Sacri ossis vertebræ quot.* est, antè cauum; senis vt plurimum vertebris, nonnunquam verò quinis insignitum, scitè adeo contextis, vt in natu maioribus, anteriore sui regione, vix leue connexionis vestigium occurrat. In posteriori autem sede, vnio prorsus obscura est, præterquam primæ vertebræ cum secunda, quæ sese interdum conspicuam præbet; multoties etenim haud secus quàm lumborum vertebræ committuntur. Attamen in pueris, tam anteriore, quàm posteriore sede, omnium sex vertebrarum coalitus conspicui sese offerunt. Vniuersæ istius ossis vertebrę contrario ab alijs dorsi vertebris, positu situantur: ex alijs siquidem ampliores, humiliorem in dorso locum obtinent; Ex his verò proceriores, superiorem sibi regionem vendicant; Adeo vt vniuersum os apprimè monachorum cucullę imaginem repręsentet. Harum vertebrarum prima lumborum vertebris adeo assimilatur, vt nisi ingenti

a t.i.ii.iii.M t.vi.fi.ii.L.

genti

genti vtrinque processu donaretur, arduum foret eam ab illis distinguere. Atque hæc & reliquæ pariter omnes istius osis vertebræ, [b] posteriores processus similes lumborum vertebris processibus educunt, quamuis eo minores euadant, quo magis decliues feruntur. Sexta & vltima processus minimè adipiscuntur, sed orbiculari duntaxat, & lato prominent tuberculo, aut corpore, quo primæ Coccygis vertebræ committuntur, haud secus, ac vertebrarum corpora inter sese, siue etiam Coccygis in quouis animante vertebræ copulantur, [c] laterales processus longiores sunt, ac latiores, sicque inuicem cohærentes, vt vnicus videatur processus; & quo humiliores sunt, eo breuiores efficiuntur. Præterea vnicuique eorum paulu-lum versus posteriora, in extremo [d] sinus insculpitur, quo vtrinque ilium os excipitur. Sinus hic asper, & inæqualis est, in cuius medio, linea modicè prominens, [e] tuberculi, aut spinæ instar extuberat, quæ ipsum in duos veluti sinus dirimit, quorum anterior posteriore minus excauatur; & in medio transuersum educit processum, qui sinum hunc rursus in duos alios superiorem vnum, alterum inferiorem discriminat. Sinibus hisce, figura laterum osium ilium apprimè correspondet, ipsisque cartilaginei ligamenti interuentu inseruntur. Verum sinus in prioribus tribus vertebris euidentiores sese offerunt, quòd ampliores quam in alijs angustioribus existant; quamuis interdum pateant, adhæreantque. Atque ex ipsis quartus femur mouentium musculus educitur. Lateralis præterea quinti osis processus, quà sexti osis processui iungitur, Tuberculum nonnihil prominens, & crassum edit, cui duos tendines, siue ligamenta implantari dicemus. Sic quoque inter istius ossis vertebras vtrinque [f] foramen cælatur, ad illius, quod reliquis omnibus vertebris inest, modum, neruis exitum præbens. foramina hæc, quinque ferè sunt, nonnumquam quatuor, pro vertebrarum numero. nec minus posteriore, quàm anteriore osis sede ob adhærentes processus, occurrunt. At posteriora foramina anterioribus longè minora sunt; per eorum verò vnumquodque neruum prosilire docebimus. Præter hæc autem foramina, [g] inter posteriores processus, alia itidem spectantur; in pueris neruosis ligamentis oppleta, perinde, ac interualla, siue foramina, quæ inter posteriores vertebrarum thoracis, ac lumborum, processus, haberi diximus: In prouectæ autem ætatis hominibus, quod ligamenta iam in os abierint, minime apparent,

b ta.vi.fi.ii. dd. — *Posteriores osis processus.*

c t.vi.fi.i. LL MR. — *Processus laterales.*

d ta.vi.fi.ii. N.NPQ.

e tab.vi.fi.ii. OO,

f ead. 1.2.3. 4.5.6. — *Sacri osis foramina.*

g ead. efgh ik. — *Alia istius osis spiracula.*

De Coccyge, siue Cauda. Cap. 15.

OS id, quod communiter Caudam appellamus, [a] cæterorum animantium caudis omninò simile est, eo excepto quòd in humanis corporibus delitescit; quatuor ferè vertebris, nonnunquam tribus compactum. Harum prima supernè exiguam foueam, sinum've exculptum habet, quo [b] postrema sacri osis vertebra semper excipitur, solius cartilaginei ligamenti medio, illi similis, quo cæteræ dorsi vertebræ deuinciuntur. Eodem prorsus modo secunda primæ, & secundæ tertia copulantur. Verum vbi quinis tantum vertebris sacrum os constituitur, suprema Coccygis vertebra, duos pariter à lateribus acutos exerit processulos, qui sursum educti, quintæ vertebræ sacri osis processui, firmiter coalescunt, & in medio foramen edunt, per quod sextum neruorum par, ab osse sacro eductum tutò prosilit. Cæterùm huiusmodi omnes vertebræ superiùs latiores sunt, quàm inferiùs; ac superior subsequentem magnitudine superat, adeo vt in mucronem leuiter introrsum flexum instar Psitaci rostrum desinant; vnaque omnes caudæ imaginem efformant, quæ simul cum osse sacro Capucinorum quos vocant, cucullam æmulatur. Quatuor hæ vertebræ nullo donantur foramine, nec caua intus sunt, nec medullam continent, sed spongiosa sunt & rubentia, quale os etiam pectoris esse videmus. In pueris verò ad cartilaginis potius, quam ad osis naturam accedere videntur, quinimò postrema cartilaginea potius quàm ossea est, ne scilicet recto intestino proximè asidenti officeret.

a t.i.ii.iii.N. t.vi.fi.i.G. — *Coccygis ossa quot.*

b t.vi.fi.ii. e.

De

De Thorace. Cap. 16.

Thoracem [a] dissectionis professores vocant, cauum illud omne costis comprehensum, quod ouata figura circunscribitur. Mediam thoracis sedem anteriùs, os latum occupat, à [b] iugulo inter duas clauiculas ad mucronatam vsque cartilaginem porrectum, [c] Pectoris os communiter dictum. Thoraci vigintiquatuor costæ adsunt, vtrinque duodecim; nonnunquam verò (licet per quam raro, quod mihi in sola muliere Pisis videre contigit anno 1544. dum Anatomen exerceret Realdus Columbus) ab altero latere tredecim occurrunt, multoque adhuc rarius vndecim ab altero sese offerunt. [d] Harum costarum priores septem, integræ habentur, ac pectoris ossi committuntur; Reliquæ mutilæ sunt, nec ad illud perueniunt, vnde illas latini adulterinas, spurias, nothas, illegitimas appellarunt. Verùm tam hæ, quam illæ partim osseæ, partim cartilagineæ sunt. Posterior pars ossea est, anterior cartilaginea: quibus cartilaginibus integræ cum pectoris osse committuntur; Nothæ obliquo ductu sursum tendunt, singulæ proximis sibi superpositis, & diaphragmati adhærentes, medio ipsius Diaphragmatis, postrema excepta, quæ nullatenus vndecimæ [e] adiungitur; atque vndecima, quæ multoties quoque decimæ neutiquam copulatur. Omnes, interna thoracis cauitate læues sunt, ac sinum possident, secundum vniuscuiusque longitudinem exculptum, qui sese magis conspicuum præbet, vbi thoracis vertebris committuntur ad medium vsque, quàm eam ante regionem; magisque in his, quæ inter tertiam & nonam habentur, quàm in alijs. Nam cùm sinus hic [f] ramis venæ costas nutrituræ, vnà cum neruo & arteria tutiùs deducendis cęlatus fuerit; rami tres superiores, qui tenuiores sunt, minimè tam grandi sinu opus habuerunt; tres verò inferiores quamuis magni sint, quia tamen costæ tenues, atque introrsum depressę habentur, neque ipsi altum postularunt sinum. Illud quoque animaduertere oportet, osseam harum costarum partem, substantia neutiquam sibi similem omninò esse, nam quò propiùs ad cartilaginem os accedit, eo tenerius efficitur. Neque vero omnium par est longitudo, nam cùm thorax ouatus sit, superæ atque imę breuiores, medię longiores existunt. Variant insuper latitudine; superior nanque sibi subditam latitudine superat, potissimum verò suprema [g] cęterarum omnium latissima. Verum hę atque illę omnes, tenui osse, membranę, aut squamę instar, exteriùs obducuntur, intus spongiosę sunt. Haud secus quoque cartilagines, minimè parem, vt de costis retulimus, vndique speciem ostendunt; Notharum enim cartilagines multò molliores sunt, vnde nonnulli costas hasce χόνδρους hoc est cartilagines vocarunt; integrarum multò duriores sunt, pręcipuè autem in senibus, in quibus, si separes, osseę videntur, qualis in bobus nonnullis, ac veruecibus ętate confectis visuntur. Varia quoque est cartilaginum vt & costarum latitudo, ac longitudo, quamuis sextę, septimę & octauę costę cartilagines, quo pectoris ossi viciniores fiunt, eo semper magis deperdantur; superiorique cartilagini continuatę, tam ipsę, quam alię ad postremam vsque, in acutum mucronem desinant, contra quàm in integris fiat: Quarum [h] primę extremum, multò latius exortu à costa est: Reliquę ad sextam vsque, vbi à costis abscedunt, quousque ad pectoris os perueniant, angustantur; ibique in capitulum terminantur, quo, illi coarticulari postea dicemus. Verùm tam costæ, quam cartilagines externa sede incuruæ, & lęues sunt, licet non ęquè omni ex parte; quà enim dorso committuntur, pręterquam quod tuberculo prominent, nonnihil etiam asperę sunt, quò aptior fieret ligamentorum insertio, quę illas corporibus transuersisque vertebrarum thoracis processibus colligant. Omnes quoque, in priora nonnihil, vbi transuersis processibus committuntur, tuberculum ostendunt, cui pars tendinum vndecimi dorsum mouentis [i] musculi alligatur; Atque adhuc vlterius paululum asperę, inequalesque sunt, ac tuberibus veluti prominentes, quibus quartus [k] thoracem mouentium musculus adnectitur; in-

Margin notes (left): Costæ omnes quatuor & viginti. — Integræ costæ septem. — Cartilaginum connexus. — Costarum insertio. — Costarũ in substantia discrimen. — In longitudine — In latitudine. — Quid commune habeant costæ. — Differentia inter cartilagines. — In longitudine, ac latitudine.

Margin notes (right): a t.i.ii.iii. — b t.i.ii.o. — c t.i.ii.p. — d ta.i.ii.i. 1. 2.3.4.5.6.7. — e t.ii.iii. 11. 12. — f lib.vi. t.ii. GG t.v. fi.i. — g t.i.ii.iii. — h t.i.i. — i li.ii.t.xii — k li.ii.t.xii

l li.ii.t.xi.V. deque externi [l] intercostales musculi, vt suo loco dicemus enascuntur. Interna pariter sede paruas quasdam asperitates ostendunt, vnde intercostalium [m] internorum pandet origo, eorundemque insertio perficitur. Prima vero costa superiori sede, præter commemoratas, multò maioribus priuatim donatur asperitatibus, à quibus [n] quartus dorsum mouentium musculus exoritur. Illud verò minimè ignorare oportet, Costas omnes, vbi à dorsi vertebris primùm recedunt, decliues obliquo ductu in posteriora ferri; indeque ad thoracis latera deorsim semper obliquè versus anteriora declinare, in cartilaginum vsque principium; quæ circulatim sursum conscendunt, adeo vt cartilago vnaquæque cum costa ex qua educitur, [o] veluti triangularem solidumque angulum efformet; duodecima excepta, quæ nullatenus interdum sursum intendit. Animaduertendum quoque est, ex hisce omnibus costis, nouem superiores duobus in locis thoracis vertebris articulari; postremas duas vnico; decimam vnico vt plurimum, nonnumquam vero duplici. Quæ duplici articulantur sede, duo etiam habent capitula, alterum maius, quod vertebræ corpori inarticulatur, alterum minus, quod transuersorum processuum eiusdem vertebræ apicibus inseritur, in eos sinus, quibus processus hosce insculpi diximus. Atque ex hisce capitulis maius, eo elatiorem sedem minore obtinet, quò corporis vertebræ sinus sublimior est quàm processus sinus. Aliud præterea est inter harum costarum articulationes discrimen. Prima enim costa, primæ thoracis vertebræ, secunda intacta iungitur, rotundo capitulo & sinu pari figura, & magnitudine respondenti: Reliquæ ad octauam vsque duabus vertebris acuminato capitulo articulantur: Tres postremæ, quæ vertebrarum duntaxat corporibus coarctantur, haud valdè protuberantibus capitulis, neque sinibus admodum profundis inseruntur. De Costarum ad thoracis vertebras articulatione diximus; superest vt quam coitus speciem cum pectoris osse moliantur, edoceamus. Quod simul de hoc osse agens, præstabo, ne toties eadem cogar repetere. Os igitur hoc, in [p] medio thoracis positum, totum id spacij, vti diximus, amplectitur, quod à iugulo inter clauiculas ad eam vsque sedem porrigitur, quam communiter sed perperam vti suo loco docebimus, stomachi os appellamus. Os id tenue est, superius amplum, desinitque in eius veluti mucronem; vnde nonnulli ensem appellarunt. Senis ferè aut septenis osibus componitur, quæ in prouectæ ætatis hominibus, ita inuicem connectuntur, vt ex binis duntaxat, ternisve osibus, constitutum videatur: Nonnunquam etiam sed rarisimè, ex vndecim osibus constat, vt nos Romæ vidimus anno 1554. in puella annum circiter septimum agente, cui os id in sex ossa diuisum erat, quorum postrema quinque ab imo ad summum per osis longitudinem secta conspiciebantur. Istius osis partes media omnes cartilagine articulantur: Sed quia in humanis ferè vti diximus corporibus, binę duntaxat articulationes occurrunt, de ipso, ac si ex ternis tantummodo osibus constitueretur, agemus. [q] Quorum primum cęteris insigniter amplius est & nonnihil etiam crasius, ita tamen vt ipsius crasitiem amplitudo plurimum superet. Posteriori sede, quà thoracis respicit cauitatem, in medio nonnihil magis cauum est; anteriore modicè prominens; ac secundum ipsius longitudinem, in medio crasius paullò est, quam à lateribus, quibus primi paris costarum cartilagines inseruntur; estque superior ipsius sedes, inferiore crasior, ampliorque. Pręterea sinum vtrinque vnum longum, ac posteriora versus incisum, nec non cartilagine incrustatum obtinet. Duobus hisce sinibus clauicularum capitula inarticulantur; in eorumque medio superiori sede sinus alter efficitur, semilunę instar, isque ipsus est, quem communiter iugulum appellamus. Inferior osis pars leuiter aspera est, & secundo osi laxè adeò committitur, vt nunquam lateat connexus; imò in his, qui graui asthmate laborant, vtriusque interdum motus animaduertitur. Secundum istud os priore angustius, ac tenuius [r] est; inferiusque paulò antè quàm terminetur, latius est quàm superiùs, vbi primo osi committitur: Qua in parte sinum vtrinque obtinet, ambobus communem, cartilagine obductum, cui secundę costę cartilago, instar obtusioris trianguli verticis modicè prominens inarticulatur. Præter hosce sinus, pręsens os similes alios complures vtrinque sibi

Marginal notes:
m li.ii.t.viii. EEE.
n ead.c.
o t.ii. n.
Costarum insertio.
Costarum in articulationis discrimen.
p t.i.ii. o. — *Pectoris os.*
Quot partibus constet.
q t.iii.o. — *Primum os.*
r t.i.ii. x. — *Secundum.*

que sibi vendicat, sed non æquè inuicem distantes; siquidem prioris lateris primus, tertiæ costæ cartilaginem excipiens, à sinu secundæ costæ gratia inciso, longiùs distat, quàm tertius ab eo, qui quartæ costæ cartilaginem suscipit, sicque deinceps ad sextum vsque, quod septimo adiungitur. Adeo vt primum os primam excipiat cartilaginem; secunda inter primum, ac secundum inseratur; Secundo, tertia, quarta, quinta, sexta, & septima suscipiantur, capitulis quibusdam secundæ costæ cartilaginis modo prominentes, eo articulationis genere, quæ Athrodia dicitur, quam speciem fecimus Synarthrosis. Tertium [s] os minus multò est, & inferiori secundi ossis sedi interna ex parte committitur, quà septimæ costæ articulatur cartilago. Id os tenue & angustum est, humilioríque sede in mucronatam interdum abit cartilaginem. Verùm aduerte, os id in plerisque desiderari; & in ijs secundum os, è regione cartilaginis tertij paris costarum, bipartito scinditur. Ea cartilago [t] illinc, vbi septimæ costæ cartilagines, secundi ossis extremo vtrinque committuntur, educitur. Hæc anteriori Hepatis, ac ventriculi regioni loco propugnaculi est, ensi similis, vnde Latini Ensiformem appellarunt; cùm tamen ipsum os vniuersum apposité magis Hispano pugioni conferri possit: Primum nanque os, pugionis caput, Secundum, capulum, Tertium verò ferrum æmulatur. Pectoris os vniuersum fungosum est, tenue, & anteriori, quàm posteriori parte solidius; hac enim sede multis, atque inæqualibus donatur spiraculis, haud altè peruadentibus, per quæ nutrimentum suscipit. Huiusmodi spiramenta in primo osse tanto euidentiùs occurrunt, quàm cæteris, quantò id reliqua ossa crassitie superat. Iam verò vt ad costas redeam, Pectoris os in id effectum est, tum vt ipsi costæ inserentur, tum etiam vt cor atque pulmones tutaretur: Costæ vero in thoracis tutelam factæ sunt; posteriore quidem regione, minus tuta, osseæ: anteriore autem, quæ manus oculosque habuit custodes, cartilagineæ; qua facilior inspiratio redderetur.

Costæ in primũ & secundũ os insertæ.

s t.i.ii.y.

t ta.i.ii.p.

Mucronatæ cartilaginis vsus.

De Corde Osse, seu Cartilagine. Cap. 17.

QVamuis nullum vnquam humano in Corde os reperiri contingat, quoniam tamen in quibusdam animantibus, os quoddam, aut dura saltem instar ossis cartilago visitur, quod nos in nonnullis ingrauescentis ætatis veruecibus obseruauimus, & Galenus in Elephante visum sibi esse refert, idcirco quidnam istius ossis loco, in humanis corporibus, ac præcipuè in senibus obseruetur, aperiam. In cordis medio, vt fusiùs suo loco dicemus, ad elatiorem [a] interstitij duorum ipsius ventriculorum sedem, venæ arterialis, & magnæ arteriæ radices, perinde inuicem conterminantur, ac si duo CC scapulis suis committerentur; ac simul ambo, corpus ad cartilaginis duritiem proximè accedens constituunt, cuius figura literam X similitudine refert, radix enim magnæ arteriæ, magnitudine nonnihil excedit. Hasce radices, siue ossa cum Galeno appelles, seu cartilagines, vt re vera sunt, parum interest, modò ex commemoratis radicibus consurgere, quæ temporis progressu indurescant, minimè ignores.

Cordis os ex quibus extruatur.

a li.iiii.t.i.fi. iii. sub BCD.

De Scapulis. Cap. 18.

SCapulæ ea sunt ossa, quibus brachia articulantur, inter primam, & quintam costam (stante corpore) sita, ac in nonnullis ad sextam pertingentia. Harum vtraque à suo latere occipitis ossi, dorsi vertebris, & costis, musculorum quorundam interuentu, copulatur: Occipitis quidem ossi, beneficio secundi [b] paris musculorum scapulas mouentium, quod hanc quoque multis posteriorum processuum vertebrarum dorsi apicibus committit. quemadmodum posterioribus aliquot ceruicis vertebrarum apicibus, eam, tertium par musculorum [c] easdem scapulas mouentium nectit. Eandem posterioribus quarundam thoracis, & colli vertebrarum processibus firmat quartum eorundem [d] musculorum par. Costis verò scapulam

iungit

Quibus partibus scapulæ copulentur.

a t.i.ii.iii.R. t.vi.fi.iiii.

b lib. ii. t.ix. ΔΓ.

c lib.ii.t.xii. G.

d li.ii.t..x. Γ

e lib.ij. t v.r f lib.2.t.vii.l iungit [e] primus illam mouentium musculus, & thoracem mouentium [f] secundus. Vtraque hæc scapula seorsum admodum inæqualis est, omnique ex parte sibi dissimilis: nam præter varios ipsius processus, sinus, Tubercula, & Appendices, ipsius quoque figura triangularis est, cuius latera minimè æqualia sunt; imò latus posterius, quod trianguli istius ossis basis est, quodque secundum dorsi longitudinẽ iuxta posteriores thoracis vertebrarum processus, exporrigitur, reliqua omnia magnitudine superat. *Scapularum figura.* Id ab extremis nonnihil prominet, quà cæteris committitur lateribus, in medio modicè cauum, licet multoties cauitas eiusmodi desideretur, tuncq; figuram hanc C latus exprimit. *Maius latus scapulæ.* Admodum quoque tenue huiusmodi latus vniuersum spectatur, quamuis ab extremis quàm in medio minùs, & inferior sedes superiore paulò crassior existat. *Ipsius appendices.* Huic lateri duæ plerunque adnascuntur Appendices; g t.vj. fi.iiii. yyy. altera grandior & crassior, quæ semper ad [g] inferiorem lateris sedem spectatur, instar obtusi, modiceque orbicularis trianguli angulum efformans; h cad.X. altera minor, quæ ad inferiorem lateris consistit sedem, [h] vnde processus educitur in exteriore istius ossis sede positus, & spina, vt inferius dicemus, vocatus. Præter hasce Appendices huic insuper lateri cartilago vndequaque, accedit, illi similis, quæ cæterorum ossiũ, nulli ossi commissorum extremis adnascitur. quæ longè homini minor, quàm cæterorum animantium cuiuis obtigit. Haud secus quoque, reliqua duo istius ossis latera inuicem differunt. *Latus anterius ac superius.* i ead. à B ad Z. [i] Anterius enim ad maioris extremum, obliquè versus anteriora contendit. K ead. à Z ad F. [k] Superius verò, quod tanto minus est inferiore, quanto inferius est posteriore breuius nonnihil deorsum in anteriora fertur, donec in sinum quendam exiguum desinat iuxta scapulæ ceruicem, inferiori proximè accedens. Nec solum longitudine & figura, latera hæc, sed crassitie quoque inter se dissident. *Laterum horũ discrimen.* l ead.PPST. Anterius enim [l] quò altius sursum conscendit, (à superiore, ac maiore cuiusmodi istius ossis basim esse diximus, seiunctum) eò crassius, ac solidius efficitur, in crassam desinens marginem, quæ (præter quam quòd musculorum quorundam gratia, quos ex ipsis educi docebimus, ossa hæc in medio depressa & validiora reddit) inferiore sui m ead.T. sede [m] impressionem obtinet, vnde musculus [n] brachium retrorsum flectens, n li.2. t.viii. K t.xviij. S. principium desumit: superiore verò, non procul ab istius ossis ceruice, asperitate donatur, ex qua musculus cubiti extensionis auctor, enascitur. Superius scapulæ istius latus, tenue, acutumque est, ac in sinum [o] semicircularem, vti diximus, terminatur, *Latus supremum.* o t.v fi.iiii.a p li.vii.t.ii.i. qui ramo quinti paris [p] neruorum spinalis medullæ, nec non venæ arteriæque, posteriori istius ossis sedi, nutrimentum deferentibus, aditum præbet. Ad huius lateris extremum, inter ipsum & inferius latus scapularum, vtraque, vti diximus [q] ceruice prædita est, q t.vi.fi.iii. C D. in quam, vt crassior euaderet, vniuersa ipsorum amplitudo coarctari videtur; & vbi extrorsum prodit nonnihil dilatatur; *Ceruix scapulæ.* Atque in medio sedis r ead.A B. ipsius anterioris, [r] sinus spectatur, pro ceruicis longitudine oblongus, cui ossis humeri caput inarticulari dicemus. *Ceruicis sinus.* Sinus hic inferiore sui parte circularis est, superiore verò acutus; quod propter impressionem effectum est, internæ ceruicis sedi factam, per quam tutiùs musculi, brachium intrò, extraque circunflectentis tendo defertur. Hac in parte, tam sinus, quàm superior huius ceruicis sedes, magis quàm s li.ii.t.xiii.V inferiùs prominent, quò ex vtrisque huius articuli [s] ligamenta, nec non externum *Cartilago sinũ hunc adauges.* t li.ii.t.vi.m. primi [t] musculi cubitum flectentis caput, producantur. Sinus hic cartilagine cæterorum sinuum ritu obductus, haud satis altè pro ratione [u] capitis humeri exculptus u t.i. i.iii.X. t.v.fi.vi. ABC est; quod nulli prætereà articulorum euenit, præterquam huic, & quodammodo etiam femoris cum coxendice articulo, vt suo loco dicemus, idque variorum, qui in hisce partibus fiunt, motuum gratia. Verum huic defectui, præter multa hux t. vi. fi.iii. FFKKK. ius articuli ligamenta, [x] processibus quibusdam prospectum est, qui humeri caput ita amplexantur, vt omne luxationis periculum auertant. Quem pariter in vsum, cartilago, qua hic sinus obducitur, adeò extrorsum protuberat, vt magnitudine addita, ossis paruitati suppleat, & motum minimè interrumpat. Huiusmodi cartilago ossi nequaquam connascitur, neque illi, sed ligamentis ipsum in orbem amplexantibus adhæret; estque externa sede crassa, sensim magis gracilescens, quò propius ad sinus centrum accedit, ad quod multò antè quàm perueniat, desinit, annuli

effingens

effingens imaginem, cuius pars digito incumbens in triangulum exacuitur, exterior orbicularis existet. *Cartilaginis huiusce vsus.* Cartilago hæc quamuis humeri luxationis promptitudini occurrat, vbi tamen deorsum luxatur, repositionem efficit difficiliorem, in medio enim duplicatur, osque restitui prohibet. Quare tutò agendum est, donec suum in locum reponatur: tumque humeri os nonnihil agitandum, quò explicetur cartilago. *Prior scapulæ processus.* Istius ossis processus duo sunt; prior [y] qui superior est, è spina, qua os id insigniri mox dicemus, educitur, humerique summum constituit, atque ideo Humeri summum nobis dicetur. (y ead. K. KK) *Alter.* Alter, qui [z] inferior & minor est, ex elatiori [a] scapulæ ceruicis sede principium sumit, ac antrorsum tendens, paullò amplior euadit, è regione anterioris articuli huius, sedis, desinens. (z ead. FF; a ead. C) Inferior huius processus pars, læuis admodum est, & caua, instar antiquæ Græcorum literæ C. ideoque σιγμοειδὴς ipsis dicta: Alij ἀγκυροειδῆ, hoc est Anchoræ similem appellarunt; quòd aliquam cum ea Anchoræ parte, quæ solo infigitur, similitudinem obtineat. Superiori parte processus hic asper, & inæqualis est, & in elatissima sui principis sede, nonnihil crassior, exiguo, asperoque [b] tubere prominens, cui clauicula innititur, valideque deuincitur. (b ead. F) Asper quoque iste processus in apice est, & ex huiusmodi asperitate [c] internum primi cubitum flectentium musculi caput, ac peculiare huius articuli ligamentum exoriuntur. (c li. ii. t. vi. ✱) Inter huius quoque processus apicem & tuberculum, cui clauicula innititur, [d] Asperitas quædam occurrit, ex qua tutò [e] ligamentum in superiorem huius ossis processum pertinens educitur. (d t. vi. fi. iiii. F; e li. ii. t. vi. c) Istius processus asperitati foramina quædam correspondent, scapulæ ceruici vndequaque incisa, nec peruia, ex quibus articuli humeri ligamenta enascuntur. *Anterior scapulæ sedes.* [f] Anterior scapulæ sedes, tantum exculpitur, quantum marginis anterioris lateris crassities extrorsum eminet (id caui [g] sextus brachium mouentium musculus implet) estque omni ex parte læuis; & [h] sinus quosdam obtinet, (ac si costæ in eam fuissent impressæ) multò magis in senibus quàm in iuuenibus conspicuos, Hac etiam in parte, ad maioris anguli extremum [i] exiguum spectatur Tuberculum, cui secundus scapulam mouentium musculus inseritur. (f t. vi. fi. iii. MMM.; g li. ii. t. vii. F t. viii. H; h t. vi. fi. iiii. MMM.; i ead. Φ.) Et aduerte sedem hanc [k] quà spinæ, seu squamæ correspondet, ex qua processus Humeri summum dictus, educitur, altiùs quàm alibi excauari & orbicularem esse; ac si natura huiusmodi spinam in hoc osse efformans, ipsum in posteriora magis extrahere, ac profundius antrorsum efficere voluisset. (K ead. N O.) Huius verò impressionis sedes, quæ spinæ istius finibus correspondet, profundior est, quàm quæ medium spectat; spinæ enim medium extremis crassius existit, vti mox demonstrabimus. Ex reliquis præsentis ossis finibus, qui ceruici proximus est, omnium maximè cauus visitur; tum quia ex spina eductus posteriora versus porrigitur; tùm quia ceruix ibi crassior est, & antrorsum paululum protuberans, ipsum multo maiorem reddit; ad id etiam conferente lateris scapulæ anterioris crassitie. *Posterior pars.* [l] Posterior scapulæ sedes, ex qua processus spinæ similis educitur, cuius apex, summus Humerus vocatur, parumper curua est, quò magis iniurijs occurrat: & duos obtinet exiguos sinus, Alterum [m] sub dicto processu, inter ipsius extremum, & crassiorem extuberantioremque lateris anterioris sedem; [n] Alterum inter superiorem eiusdem spinæ partem, & superius scapulæ latus consistentem; ex hoc sinu tertius brachium mouentium [o] musculus, ex illo [p] secundus educitur. (l ead.; m ead. V ▼; n ead. b c.; o li. ii. t. vi. K t. xi. G.; p li. ii. t. xi. F.) Spina hæc insigniter supra medium [q] posterioris scapulæ sedis consistit, & ex posteriore maioreque ossis latere, quà [r] superior Appendix incipit, educta, principio coarctata fertur; ac deinde [s] superiùs repentè ampliatur, inferiùs [t] tenuior remanens. (q t. vi. fi. vi. GH,; r t. vi. fi. iiii. X; s ead. I; t ead. C) Tumque iuxta scapulæ ceruicem, vbi ab ea seiungitur, rursus angustatur, modicèque antrorsum contendens, triangularis, ac teres principio efficitur, ac postea diffunditur, & processum exerit, in [u] Appendicem terminatum, quæ in pueris ex pluribus ossiculis conformatur, cartilaginis interuentu coalescentibus. (u ead. F.) *Secundus scapulæ processus.* Processus hic ἀκρώμιον, hoc est Humeri summum dicitur. Estque omni ex parte læuis præterquam superiore, quæ aspera existit, & spiraculis quibusdam minimè peruijs donata, præcipuè in superiore [x] Appendicis, sede. (x ead. E.) & ad squamę seu spinę basim, quibus secundus [y] scapulam attollens musculus inseritur, & vnde [a] primus brachium mouens educitur. (y li. ii. t. x. ▲; a li. ii. t. x. ▲) In anteriori quoque huius

processus

b ead. fi.v.c. processus sede [b] sinus insculpitur, exiguus adeo, vt sinus ne, an caput sit, minimè internoscatur: cui clauiculæ capitulum implantatur, medijs quibusdam validissimis tendinibus, & cartilagine, illius instar, quam in maxillæ inferioris articulo concurrere diximus cum superiore, vtrinque quà ossa spectat, læui & lubrica, atque huius duntaxat articuli ligamentis innixa.

De Clauiculis. Cap. 19.

IAm diximus Clauiculas in sinum superioris Scapulæ processus, qui summus Humerus dicitur, à suo latere articulari, atque in duos præterea sinus, in superiori laterum primi ossis pectoris, sede insculptos. Diximus insuper sinus huiusmodi orbiculares esse, ab anteriori in posteriorem partem ductos, nec non, illa multò, quàm hac parte latiores, sed introrsum altiores quam extrorsum existere. Iam verò scias oportet, harum Clauicularum capita, quorum vtrumque pectoris ossi à suo latere committitur, haud absimilem à suis sinibus obtinere figuram. Sunt enim *Clauiculæ quomodo pectoris ossi committantur.*
a t.vi.fi.v.A. oblonga, depressa, & triangulari [a] quodammodo forma circunscripta, cuius latera
b ead. B. angulorum ipsa constituentium modo, inæqualia sunt. Siquidem [b] primus angulus in superiori lateris parte ad humiliora consistens, obtusus quodammodo est; quem-
c ead. C. admodum etiam secundus, [c] in superiori capitis parte nonnihil versus posteriora
d ead. D. conspicuus; sed [d] tertius in posteriori sede, deorsum parumper positus, acutior, longiorq́, est: Ad hæc, prout maiores minores'ue anguli existunt, eodem quoque modo, trianguli huius latera sese habent. Nam quod à primo ad secundum ducitur breuius est: quod à tertio in primum, longius, ac modicè obliquum: quod à secundo ad tertium procedit, medio se modo habet. Hæc capitis clauiculæ pectoris ossi, connexi figura est, quod exigua donatur appendice, multa teneraq; cartilagine, quæ vniuersum caput læue reddit, obducta; Sed cartilagine, atque appendice sublatis, asperum caput remanet. Præter huiusmodi cartilaginem, illi similem, quæ in sinibus, in quos capitula hæc inseruntur, occurrit, alia insuper in hoc *Articuli huius cartilago.*
e li.vii.fi.xx.S. articulo priuatim visitur, [e] instar illius, quam in inferioris maxillæ cum superiore articulo, repositam esse diximus, cuius tanta est, quanta vniuersi ossis pectoris, sinus, & capitis, clauicularum amplitudo: estq; omni ex parte tenuis & æqualis; & quà sinum respicit, admodum leuis, vnctuosoq́, humore perfusa; & ligamentis articulum in orbem amplexantibus connata, ideoq; triangularis. Capitulo isto educto, altera ex clauiculis, summum humerum versus, licet obliquo nonnihil tramite procedit. Nam simulatq; ab osse pectoris abscedit, extrorsum flectitur, ac deinde priora versus, in caput desinens, quod duobus scapulæ processibus articulatur: Adeo vt ex harum clauicularum capitibus, quod pectoris ossi committitur, extrorsum inflectatur; quod verò summo humero connectitur, in priora curuetur. Ho- *Reliqui ossis historia.* *Clauicularum figura.*
f t. vi. fi.iiii. rum ossium vtrunque duplici [f] prominentia, dupliciq; depressione sibi mutuò cor-
g ead. F. respondentibus insignitur. Prior prominentia, quæ longior est, [g] iuxta pectoris os,
h t.vi. fi.v.I. anteriori sede, visitur: huic à [h] posteriori parte cauitas respondet, quæ thoracis respicit cauitatem. Secunda & breuior prominentia, ad summum humerum vergit,
i ead. E. [i] posteriore sede, thoracis cauum spectante. Ita vt clauiculæ huius extremum, quod pectoris ossi conterminatur, introrsum obliquetur; quod verò scapulæ comittitur, extrorsum; atque os id vniuersum S literæ figuram exprimit. Caput elatiori scapulæ sedi, summo humero articulatæ, commissum, tuberculo adeo exiguo prominet, vt sinus ne an tuberculum sit ægrè dijudices; pars verò inferior, humiliori scapulæ processui Anchoræ simili annexa, latior est, quemadmodum etiam processus. Verùm tam caput hoc, quàm quod pectoris ossi committitur, magis fistulosa *Caput clauiculæ summo humero articulatum.*
K ead.H. sunt, quàm [k] media clauicularum sedes; sunt enim alijs quoque partibus crassiora; vt autem initio libri retulimus, quò crassius existit os, eò maiorem obtinet cauitatem. Media regio, quæ tenuissima, solidissimaq; est, ac propè teres, humiliori *Ossis huius substantia.*
l ead.F G. sede, in [l] lineam protuberat; quæ non procul incipit à clauiculæ capite, pectori articulato, ad medium ferè primi ac postremi ipsius angulorum, & paululum vltrà

Ossis istius lineæ aliquot, impressiones foramina & asperitates.

clauiculæ medium pertingit. Ab huiusmodi linea primus thoracem mouentium [m] musculus principium desumit. Iuxta huius lineæ principium, non procul ab huius clauiculæ capite [n] asperitas sinuosa conspicitur, vnde ligamentum educitur partem hanc ossi pectoris colligans; Iuxta extremum quoque altera occurrit, ex qua ligamentum enascitur, quo clauicula tuberculo arctissimè deuincitur, ad anterioris scapulæ processus radicem posito, cui commemorata iungitur asperitas. Ad inferiorem clauiculæ sedem huic asperitati respondentem, vbi clauicula amplior euadit, altera eiusdem figuræ [o] asperitas conspicitur, multo profundior; potissimum iuxta curuitatem summo humero proximam, vbi validiora multò, quam superiori parte ligamenta producuntur. At superior huius clauiculæ sedes læuis tota est, præterquam iuxta ipsius capita, vbi nonnihil exasperatur; idq; ligamentorum quorundam, & [p] musculorum, & hisce partibus, vt suo loco dicemus, producendorum gratia. Sic quoque in anteriori vtriusque harum clauicularum parte, ad radicem primi eorum anguli, quos capiti, pectoris ossi, articulato adesse diximus, [q] linea prominet ante medium clauiculæ desinens, ex qua maior primi [r] musculi, brachium mouentis portio deducitur. Præterea hac eadem in parte, vbi retrorsum inflectitur, & vbi non procul ab ipsius capitis coniunctione cum processu, qui summus Humerus dicitur, articulatio caua efficitur, [s] asperitas ingens occurrit, vnde potissima secundi brachium mouentis [t] musculi pars ducit originem. Posterior huius clauiculæ regio, nihil, cuius nonmeminerim, asperitatis obtinet, præter [u] grumum quendam, siue tuberculum, in medio curuitatis partis huius consistens: vnde ligamentum educitur, quod interiori scapulæ processui innititur. Nihil præterea in clauiculis obseruatione dignum occurrit, quàm quæ in solidissima earum parte, quæ media est, potissimum verò posteriora versus, nunc bina nunc terna habentur spiracula, minimè peruia, per quæ nonnulli venarum, arteriarumq; ramuli ipsas enutrientes deferuntur.

m li.ii.t.iiii.d
n t.vi.fi.v.G.
o ead.N.
p lib.ii.t.iiii. & b t.ix.Γ Δ.
q t.vi.fi.v.E.
r li.ii.t.i.ii.Δ. t.iiii.l.
s t.vi.fi.v.K.
t li.ii.ta.iiii. abe ad f.
u t.vi.fi.v.o

De Osse Humeri. Cap. 20.

Humeri os maximum totius corporis ossium exceptis femore, ac duobus cruris ossibus.

Superior humeri pars.

HVmeri os appellatur, os brachij inter humerum, & cubitum interiacens; quod femore, nec non Tibia, fibulaq; exceptis, omnium ossium maximum est. Summa eius regio, scapulæ commissa, [a] Appendice constat ingenti, quæ caput edit grandiusculum, leui adeo [b] impressione diuisum, vt nesciam cur duo adesse capita, quisquam proderit. Interior pars, quæ maior est, & [c] semi globi instar orbicularis, læuis, æqualis, & cartilagine obducta, quæque in scapulæ sinum inseritur, internum appendicis latus vniuersum, externiq; plusquam mediam sedem constituit. Exterior, quæ nonnihil aspera est, & inæqualis, [d] reliquum externi lateris occupans, nulli ossi committitur; imò in Tuberculum veluti protuberat, in quod multa, & validissima ligamenta, os id scapulæ nectentia implantantur. Et quemadmodum reliquæ ossium partes, quibus aliquid connascitur inseritur'ue, asperæ sunt, sic quoque & præsens impressio, caput istud dirimens, aspera cernitur. Porrò exterior pars, præterquam quod inæqualis asperaq; est, in duo rursus capitula seu grumos, processus'ue diuiditur, in posteriorem scilicet, maiorem, & anteriorem multò minorem; quos, sinus in anteriori huius appendicis parte, extrorsum parumper consistens, dirimit; estq; is insigniter longus, depressusq; ac canalis in modum teres, & externæ primi [e] musculi cubitum mouentis radici similis, quem ab eo educi dicemus. Sinus hic non tantum ad Appendicem pertinet, verum etiam per humeri ceruicem, cui ea coalescit, impressiùs breuem, & crassam protenditur. Inferior humeri pars vlnæ, & radio articulata, longè adhuc magis, tum sinuum, tum capitum multitudine, ac figura variat. Primùm enim, in media huiusmodi inferiori sede, sinus vnà cum duobus [f] tuberculis adest, trochleæ, seu orbitæ imaginem exprimens, præterquam quod orbita æqualiter toto ambitu exculpitur; [g] internum verò humeri caput, magis quàm [h] externum prominet; externa enim sede, nullum vlnæ,

Inferioris humeri sedis descriptio.

Orbita.

a t.i.ii.iii.x. t.vi.fi.vi.A B C.
b ead.B.
c ead.c.
d t.vi.fi.vi.E
e ead.H.I
f li.ii.ta.vi. & m.
g t.vi.fi.vi.K L M.
h ead.M.

quæ

quæ huic orbitæ articulatur, luxationis periculum imminebat, cum illi Radius, vti dicemus, adhæreat, qui vlnæ, quò minus è suo loco abscedat, hac in parte pro fulcro est. Aliud pariter inter exquisitas, & præsentem trochleam discrimen intercedit; in illis enim funis per omnem sinus ambitum ducitur; hanc vlna in orbem, vniuersam amplexari minimè potest, quòd medium superioris ipsius partis
i t. vi. fi. vi. N O. [i] squama ossea pellucens occupet, cui vlna, cùm brachium extendimus vel inflectimus, maioris roboris ergo, innititur. Ex duobus hisce sinibus, in superiori huius *Duo orbitæ superpositi sinus.*
K ead. O. orbitæ sede insculptis, [k] posterior [l] anteriore amplior multò est; & super vtrumq;,
l ead. N. vlnæ processus circumaguntur, quos græci κορώνας appellant, quia sinus inter ipsos positi, termini existunt. Anterior sinus anteriorem processum excipit, cum brachium inflectimus, cum verò extendimus, posteriorem processum, quem cubitum vocamus, posterior sinus admittit. Suntq; sinus hi, affabrè adeo parati, vt brachium non vltrà quam vsus postulet, & flecti, & extendi sinant. Ad externam pariter hu- *Externū istius ossis caput.*
m ead. P. meri orbitæ sedem, nonnihil in priora teres, longum & læue [m] caput habetur, cartilagine perinde, ac orbita obductum, quod in magnum, terentem, & modicè
n ead. c. cauum sinum, quem in superiore [n] radij sede insculpi dicemus, inseritur. Ad externum huius capitis latus humeri os insigniter protuberat, & quibusdam donatur asperitatibus, ex quibus, & ex linea, (quæ ab ipsis exorta, sursum aliquantisper per
o ead. fi. vii. N externum latus conscendit) sex [o] musculi enascuntur, vt suo loco dicemus, tumq; sedem hanc externum Humeri caput semper appellabo. Et quemadmodum ex-
p t. vi. fi. vi. s. ternum humeri latus prominet, sic quoque ab interno latere teres educitur [p] processus, quem internum humeri Caput vocabo. Id etsi nulli ossi committitur, ab ip- *Internum.*
q li. ii. t. i. r. t. iii. r. sius tamen apice aliquantisper lato, musculus exoritur, à quo tendinem volam [q] manus inuestientem produci audies; nec non musculi duo motus brachialis opifices.
r ead. V. Ex infima verò sede portio eius [r] musculi exoritur, qui primus [s] radium deorsum
s li. ii. t. vii. Q flectit; cum obscura etiam quorundam [t] digitos aliquot flectentium musculorum
t li. ii. t. v. Θ. t. vi. Ξ. parte. Sic quoque præsens caput in anteriori sua sede, iuxta cauitatem siue orbitam,
u t. vi. fi. vi. T paruum obtinet sinum, [u] per quem, tertium brachium petentium [x] neruum ferri
x li. vii. t. ii. T dicemus; in posteriori autem alterum, [y] quo quintus brachij [z] neruus deducitur.
y t. vi. fi. vi. V
z li. vii. t. ii. * Caput hoc, externo grandius est, licet ad tactum secus occurrat, cuius quidem rei in causa est, radij ad externum articulatio. Veruntamen ambo, & alterius ossis *Inferioris partis appendix.* constant appendice, quæ in natu minoribus media linea siue harmonia committitur, in maioribus verò per vnionem siue symphysim: ideoq; non paucis ea eiusdemmet ossis portio visa est, sed reuera pars alterius existit, vt optimè aduertit Realdus Columbus. Cęterum humerus rectus est, ac propè teres, licet humiliori sede nonnihil excauetur, posterius latus, anteriùs prominens; elatiore sede contrà se habet, & in medio propemodum triangularis, quod in musculorum ex eo educendorum, vt suo loco dicemus, gratiam effectum est. In media etiam posterio- *Humeri ossis sinus.*
a t. iii. e. req; humeri sede, secundum ipsius longitudinem [a] sinus quidam quarto manum
b li. vii. t. ii. iiii. φ. [b] adeuntium neruo deducendo paratus consistit. Is ab interiore parte inchoat, & per posteriorem incedens, in exteriorem, deorsum obliquus tendit, prout ductus
c ta. i. ii. iii. iuxra S. ipse postulat. Ad hæc, in anteriori ipsius sede, [c] extrorsum, supra medium longitudinis, adest asperitas, in quam validissimus brachium mouentium [d] musculus in-
d li. ii. t. i. ii. iiij. ΔΔ L. seritur; & vnde postremus [e] cubitum flectentium educitur. Alia insuper occurrit
e li. ii. t. ii. N: asperitas iuxta sinum, quo externum musculi caput, primi cubitum flectentium, vehitur; ex qua interior carnosa huius primi musculi pars, enascitur. In humero *Humeri ossis foramina.* foramen notatu dignum nullum occurrit, paucis quibusdam, & minimis quidem exceptis, iuxta sinus, & circum vndiq; capita, in id incisis, vt melior in illis, validiorq; articuli huius ligamentorum insertio, atque ortus fieret. Sunt & alia nonnulla, venis deducendis parata, quæ per ossis longitudinem occurrunt, potissimum interna ipsius sede; in qua maximus venarum ipsum enutrientium numerus conspicitur.

De Cubiti Oßibus, Vlna, & Radio. Cap. 21.

Vlnæ, ac radij discrimen.

A Cubito ad Brachiale, [a] ossa duo porriguntur, quorum maius, Vlnam, minus verò Radium vocabimus. Duo hæc ossa vtraque longa sunt; sed tum articulationis modo, tum figura inter se varia. Vlna enim finibus quibusdam, & ad id requisitis processibus, in orbitam, qua Humeri os [b] inferiori sede donari diximus, inseritur; siquidem in superiore sui regione, omnium maximè crassa solidaq;, duos obtinet processus, quorum vnus alterum antecedit.

Duo vlnæ processus.

Prior [c] ille est, qui sinum supra orbitam exculptum subit, cum brachium reducimus, illi quodammodo figura similis, latus enim nonnihil est, solidus ac durus. [d] Posterior est, quem communiter Cubitum appellamus, & posteriorem sinum, supra orbitam incisum subingreditur, cum brachium extendimus.

Sinus inter duos hosce processus insculptus.

Inter hosce duos processus sinus [e] insculpitur ad literæ C imaginem accedens, tantæ longitudinis, quanta est interualli inter vtrunque longitudo, quem græci σιγμοειδῆ hoc est cauum, quod in medio sit excauatus, appellarunt. Is totus læuis est, & cartilagine incrustatus, cuius interuentu æquè adeo humeri orbitæ coaptatur, vt vel minima re addita vel adempta, impediri motum necesse foret. Et supra eam veluti funem agitur cum brachium extendimus, aut reducimus. Exteriori vtriusque horum processuum sedi asperitas adstat, ex qua valida quædam ligamenta hosce articulos amplectentia enascuntur, & aliqui præterea musculi tum ex his qui [f] cubitum extendunt, & [g] flectunt, tum ex his, qui [h] secundos & [i] tertios digitorum articulos inflectunt; Tuberculis etiam quibusdam ad id conferentibus, qui ad prioris processus radicem consistunt. Sic quoque ad anterioris processus radicem asperitatibus quibusdam vlna insignitur, prædictorum musculorum ortui pariter deseruientibus. In infima itidem dicti sinus regione, vbi teres is esse desinit, parua linea siue impreßio visitur, vnde ligamentorum quorundam, vlnam humero arctè colligantium, pendet exortus. Estq; illud notatu dignum, postremum huiusce ossis processum, vna vt plurimum, nonnunquam verò duplici appendice insigniri, quæ in senibus per vnionem siue symphysim coalescunt.

Radius humero vt committatur.

Radius qui Vlnæ superstat, quà humero committitur, tenuis aliquantulum est, & à capite, ex longa tenuiq; ceruice in amplum ac teres desinit [k] capitulum, in cuius medio rotundus, & leuiter cauus sinus insculpitur, [l] externum humeri caput excipiens; & super hoc caput, radius sursum deorsumque agitur, nihil tamen interim obstans, quò minus flectatur, extendaturùe brachium. Quinimò radij sinus super ipsummet humeri caput flectitur, & extenditur, absque vllo prorsus luxationis periculo, quamuis sit modicè cauus; tanta est articulati capitis longitudo, ac latitudo.

Vlnæ reliquum.

Verum Vlna post suum cum humero articulum, ad brachiale tendens, sensim ac sensim, donec ad ipsum perueniat, coangustatur: Ibiq; in validam tenuemque abit ceruicem, ex qua [m] caput educitur, ad cuius extremum rotunda perpetuò Appendix visitur, cuius exterior sedes inæqualis est, & processum styli scriptorij [n] instar acutum obtinet, qui ossi paruulum digitum sustinenti correspondet, & brachiali, quemadmodum dicemus, sustinendo opitulatur, cum id extrorsum abscedit. Ad internum dicti processus latus inæqualis sinus exculpitur, in quo habetur [o] cartilago, quæ à radio pronata, inter brachiale, atque vlnam tota propemodum, ita reponitur, vt eorum neutri adhæreat. Atque idem omninò prestat, quod ea, quam inter maxillam inferiorem, & ossis temporum sinum, necnon inter clauiculas, & pectoris os consistere diximus. Preter hunc sinum, reliquum huius Appendicis, brachiali commissum, non secus ac ceteri Appendicum sinus, & capita, cartilagine totum obtegitur. Hæc itidem Appendix, alium sibi vendicat sinum, [p] longum quidem illum, & canalis modo teretem, ad vlnæ vsque ceruicem pertingentem; & per eum [q] tertij musculi brachiale extendentis tendo transmittitur. Istius ossis reliquum variæ, ac multiplicis figuræ est. Infima siquidem ipsius regio, iuxta posterioris processus, qui humero commit-

a t.i.ii. iii. x. Y. t. vi. fi. vii.
b t. vi. fi. vi. L M.
c t.i.ii.3.t.vi. fig. vii. c.
d ead. o D.
e t. vi. fi. vi. o.
f lib. ii. t. xiii. b c d.
g li. ii. t. viii. r.
h li. ii. t. v. o.
i li. ii. t. vi. π.
k t. vi. fi. vii. L M.
l ead. P.
m ead. P. Q.
n ead. R.
o t. vi. fi. vii. T.
p ead. V.
q li. ii. t. ix. A d.

committitur radicem, gibba nonnihil est ac figuræ triangularis; & detracta cute ex-
carnis statim conspicitur, musculorumque cubitum extendentium tendinibus qui-
r lib.ii.t.ix.V busdam [r] velata. Prima huius trianguli linea inferiorem istius ossis sedem occupat, *Vlnæ longitudo.*
s ead.A. & secundum vlnæ longitudinem satis detecta porrigitur. Siquidem tam [s] musculus
is, qui per externum vlnæ latus exporrigitur, & brachiali paruum digitum sustinen-
t ead.Z. ti inseritur, quàm qui per internum latus extenditur, & in brachiale [t] desinit, ante
eiusdem brachialis os paruum digitum sustinens, ita huius ossis latera comprimunt,
vt lineam hanc extrorsum prodire cogant; quæ hoc modo vltra medium longitu-
u t.vi.fi.viii. dinis vlnæ contendit. [u] Secunda linea ab interiore latere radicis primi processus in-
βb. cipit, & commune latus sibi & primæ lineæ constituit, per quod [x] musculum bra-
x lib.ii.t.ix. chiale flectentem transmitti dicemus. Tertia [y] ab externo latere radicis primi pro-
Ξ.t.v.* t.iii.Ξ
y t.vi.fi.vii. cessus inchoat, vnde validum membranæ instar, [z] ligamentum educitur, quo vlna
cc. radio secundum longitudinem connectitur. Inter hanc & primam lineam latus re-
z li.ii.t.vi.V. ponitur, quod à musculis interiorem vlnæ sedem occupantibus comprimitur, qui-
a ead.Z. bus omnibus vlna & radius cedunt, eique potissimum, qui [a] tertium priorum qua-
tuor digitorum articulum flectit: & aduerte latus hoc secundum sui longitudinem
primo & secundo asperius existere, hincque eorum musculorum portionem enasci,
quo ex vlna educi audies. Latus inter primam & tertiam lineam repositum, cæte-
ris duobus minus excauatur, & priuatim lineam nonnihil obtusam sibi vendicat,
longam, nec insigniter eminentem, & tertiæ, quàm primæ lineæ propinquiorem,
b lib.ii.ta.x. ex qua tres musculi producuntur, eorum scilicet, qui radium sursum agunt [b] mini-
AΞII. mus, & duo quorum alter vti dicemus pollicis, alter indicis & medij motibus deser-
uit. Hunc in modum, etiam vltra suæ longitudinis medium, vlna se habet, teres
inde deorsum futura, nisi secunda linea protuberans accederet, quæ obliquè deor-
c li.ii.t.vii.x sum protensa quadrangulari musculo, isthinc vti dicemus [c] educto, sedem adaptat.
d t.vi.fi.viii. Superest nunc vt radij historiam prosequamur, qui suprà infràque [d] vlnæ commit- *Radij historia.*
h i. titur, in medio tamen ita obliquatur, vt eam [e] nuspiam contangat. Quod ideo po-
e ead K. tissimum effectum est, vt eo innixa vlna, sursum deorsumque flecteretur: partim
verò in gratiam commodioris exortus musculorum, tam internum quàm exter-
num cubiti latus occupantium. Vlnæ ac radij varia insigniter est inferior à superio-
re articulatio; Superiùs enim vlna radium excipit, inferiùs contrà se habet. Ad ex-
f t.vi.fi.vii.I. ternum igitur latus anterioris vlnæ processus, exiguus transuersim [f] sinus insculpi-
tur, quartæ circuli parti similis, læuis & cartilagine obductus, quo internum capitis
radij latus suscipitur, cui sinum adesse retulimus, externum humeri caput excipien-
g t.iii.t.vi. tem. Infrà tamen, iuxtà brachiale radius crassescit, dilataturque, ac in [g] appendicem
fi.vii. γδ. desinit, interno cuius lateri exiguus admodum sinus inciditur cartilagine incrusta-
tus, instar illius, qua vlnam donari nuper diximus. In hunc sinum superior externi
lateris, appendicis radij sedes inseritur, exigui tuberculi, quod & ipsum cartilagine
obducitur interuentu. & super ambos hosce articulos radius sursum deorsumque
reuoluitur. Haud secus iuxta cubitum radius ante suam ceruicem asperum exerit
h tab.ii. 10. [h] processum, vlnam respicientem, cui primus cubitum flectentium musculus inse- *Asper radij processus.*
t.vi.fi.vii.q. ritur. Reliquum radij brachiale versus, neque admodum etiam teres est; quinimò
i ta.vi.fi.vii. interiori latere, secundum sui longitudinem, [i] acutam & insigniter accliuem lineam,
rr. è regione tertiæ vlnæ lineæ positam obtinet; ex qua membranosum illud [k] ligamen-
x li. ii. t.vii. tum educitur, quo vlnam radio, quà inuicem magis dehiscunt, colligari diximus.
VV.t.xiii.K. Lineæ istius latera, quò musculis per vtraque ductis, cedant, paululum deprimuntur.
Sed internum latus asperius, & cauum magis externo est, quòd ex eo tertium polli-
l li.ii.t.vi. x. cis os flectens [l] musculus educatur. Externum radij latus è regione commemoratæ
lineæ consistens, teres propemodum est, & iuxta suæ longitudinis medium, aspe-
m li.ii. t.vii. rum nonnihil occurrit, atque inde minor radium sursum flectentium [m] musculus, *Inferioris radij partis descriptio.*
Q. & superior deorsum [n] reducentium enascuntur. Inferior [o] radij sedes, etsi eam cras-
n lib.ii.t.xii. sescere dilatarique diximus, quòd vniuersum illi brachiale articulari oporteret, vt,
A. vlna ferè immota, manus in pronum supinumque agi posset; quoniam tamen os
o t.i.v.t.vi.fi. adeo tenue, ad tam crassum caput, fractionis periculum subiret, minus quàm bra-
vii. γδ.

chialis postularet crassities, caput adauctum est. Huic defectui vlna subuenit, sustinens & ipsa brachiale, [p] acuti duntaxat processus medio, quem in ipsius Appendice haberi diximus. Reliquum nanque huius appendicis brachiale versus cartilagine obducitur, quæ ab inferiore sinus parte in radij appendice, brachialis excipiendi gratia, insculpti, exoritur, & vlnæ appendicem conscendit, ad apicem vsque dicti processus, ita eum à brachiali diuidens, vt licet ipsum vlna sustineat, minimè tamen ei processus inseratur. Neque etiam in processu stylum scriptorium referente, aliquod insertionis vestigium occurrit, quòd media interponatur cartilago, ipseque articulus laxus potius quàm arctus existat; imò verò brachiale radio, vti par erat, vniuersum articulatur. Interna itidem radij sedes, cui appendix coalescit, ipsaque simul appendix nonnihil excauantur, [q] vt postremo [r] musculo radium in pronum agentium cedant, nec non etiam vt tendinibus digitos [s] flectentibus, liber aditus pateat. Externa sedes paulolum teres & gibba est, quò validior existat. Nihilominus, quoniam tali ea existente, facilè contingere posset, vt [t] tendines supra eam ad extendendos digitos, deducti prolaberentur, quatuor hac in parte sinus exsculpti fuere, quibus tendines, ceu per foramina, vel annulos traijcerentur. Præter quos quatuor sinus, alius pariter in [u] externa sede, quà radij appendix vlnæ appendici articulatur, sinus consistit, & per eum [x] musculi paruum digitum extendentis tendo defertur.

p t.vi.fi.vii. R.
q ead.n.
r li.ii.t.vii.x
s li.ii.t.v.ΘC
t li.ii.ta.i.ii. iii.345.b.
u t.vi.fi.vii.θ.
x li.ii.t.ix.θ.

De Ossibus Brachialis. Cap. 22.

Brachialis ossa quot.

BRachiale appellamus ea ossa, super quæ [a] manus agitur, quibus vlna, & radius, vti diximus, committuntur. Octo id ossiculis construitur, quaternatim compositis; quæ omnia in natu maioribus, extra dura sunt, intus verò spongiosa, & medulla perfusa (potissimum grandiora, in quibus ea euidens, & conspicua est,) ac paruis quibusdam spiraculis passim incisa minimè peruijs, ac venarum, arteriarumque aliquot ramulis aditum præbentibus. Ossa hæc omnia, non minus magnitudine, quàm figura, & in situ inter se variant; non enim alterum alteri vsque adeo simile est, quin facilè singula seorsum internoscantur. Verùm vtcunque differant, affabrè adeo inuicem adhærent, aptanturque vt brachiale vnico constare osse videatur, sitque ipsorum numerus inuentu difficilis, nisi [b] membrana, quæ ipsa constricta detinet, adimatur. Cuncta simul interna sede [c] sinuatam figuram C literæ instar efformant; externa verò alteram incuruam, illi similem, quàm radij caput præbere retulimus. Suntque his tantummodo partibus ligamentis obuincta; nam superiore sede, quà radio committuntur, læuia sunt & cartilagine obducta, quemadmodum & inferiore, quæ palmæ & pollicis ossibus coarctatur. Pars horum ossiculorum, cuius medio inuicem coaptantur, nec inæqualis, nec aspera est, neque ligamentis, aliarum modo referta. Imò eorum nonnulla, sinus suos leui cartilagine incrustatos obtinent, quibus reliquorum capitula, siue tubercula excipiuntur, præterquam in ossium inferioris ordinis connexu, vbi exiguum quid cartilaginei ligamenti interponitur, quod ferè intuentium oculos effugit, vbi ossa hæc minus arctè, quàm superiora deuinciuntur. Cùm enim superiorum ossium ordo, radio, vnius ossis instar committatur, inferior vero primò pollicis ossi, & quatuor postbrachialis veluti multis seiunctisque ossibus coarticuletur, oportuit superiora ossa, concinnè magis minorique intermedio, quàm inferiora, inuicem adaptari.

Brachialis figura.

Brachialis ossa cur plura.

Porrò vtriusque ordinis ossa, propter varios manus, & brachialis motus, multa esse oportuit. Iam ergo Brachialis structuram, in genere descripsimus. Nunc sigillatim vniuscuiusque nomen, situm, figuram, sinus, tubercula, & connexus formam prosequemur, à superiori ordine, qui radio committitur, exorsi. In hoc igitur ordine, ossa quatuor habentur, quæ pro ea, qua disponuntur serie, numerabimus; [d] Primum id appellantes, quod huiusce ordinis internum latus constituit, secundum, tertium & quartum quæ deinceps ad externum vsque sequuntur. Eodem prorsus modo, quatuor reliqua [e] inferioris ordinis ossa enumerabimus, qui

a t.vi.fi.viii.
b li.ii.t.viii. Δ.t.xii.I.
c t.vi.fi.viii.
d ead.1.2.3.4.
e ead.5.6.7.8

quidem

quidem ordo quinto, sexto, septimo, & octauo ossibus constituitur. Primum & secundum superioris ordinis ossa, sinui radij Appendici exculpto arctè admodum inarticulantur, medio cartilaginis, qua ea in parte obteguntur. Tertium cartilagini innititur, quæ à radio educta, ipsum ab vlna dirimit, vti diximus; quamuis, vbi manum extrorsum flectimus, externum huius tertij ossis latus, nonnihil etiam Vlnæ processum stylo scriptorio similem contingat. Tertium istud os, nullum ferè in homine sinum cartilagine obductum, qui visu dignoscatur obtinet, in quem dictus inferatur processus. Quartum istius ordinis [f] os, nullatenus vlnam contingit. licet in superiorem ipsius sedem portio ligamenti suscipiatur, quod ex acuto vlnæ processu enascitur. In hanc quoque istius ossis partem tendo inferioris [g] brachiale flectentium musculi inseritur. & ex humiliori eiusdemmet ossis regione musculus exoritur, primum digitum ab alijs abducens; nec non etiam eius [h] musculi portio, qui duorum [i] primum parui digiti os flectentium habetur exterior; adeo vt quartum hoc os nullatenus coniugia sibi ossa contingat, præterquam interno latere, nonnihil palmam versus, vbi depresso capitulo committitur ad externum tertij ossis brachialis latus, per eam coniunctionis formam, quam Arthrodiam vocant, quæ ad Synarthrosim refertur. Os id omnium brachialis ossium minimum existit, paucioresque reliquis sinus, pauciora obtinet tubercula, imò teres propemodum est, etsi longius, & minus crassum. Cùm enim musculus inferiùs educat, superiùs verò validissimi tendinis insertionem admittat, sursum, deorsumque magis quàm in latera, prominere ipsum oportuit. Id inter superioris ordinis ossa regis quod tertio eius ordinis ossi coarticuletur, etsi veteres seorsum ipsum enumerant. Præter istud os, reliqua omnia varijs inuicem locis colligantur. Nam primum, quod foris gibbum est, intus depressum, ac longius paulò quàm latum, preterquam quod radio articulatur, secundo etiam brachialis ossi committitur, amplo capitulo, quod sinum secundo, in id, ossi exculptum, subingreditur. Inferiore preterea sede quinto & sexto, eiusdem brachialis ossibus iungitur, medio tuberculo, quod ab eo eductum, sinum duobus supradictis ossibus communem subit. Inter tot tubercula, insignem os id sinum tantummodo adipiscitur, quo septimi ossis, cunctorum brachialis ossium maximi, caput excipitur. Ita vt primum os radio, nec non secundo, quinto, sexto, & septimo brachialis ossibus committatur. Secundum, quod tanto minus primo est, quanto id tertium magnitudine superat, ab omni parte sphericum quodammodo est, præterquam ab inferiore, vbi depressum existit, ac primo & septimo, eo quem diximus modo connectitur, tertio verò per connexum, qui Arthrodia dicitur, synarthrosis membrum. Atque ita secundum istud os radio, & primo, tertio, ac septimo brachialis ossibus committitur, octauum ferè contangens. Tertium à lateribus, secundo & quarto conterminatur, adeoque sinuatur, vt nullo prorsus modo vlnam queat contangere; inferiore autem sede sinum octaui ossis subit, amplo, sed parum tumescente capitulo. Paululum id teres existit, preterquam superiùs. Quartum tertio duntaxat articulari iam diximus. Quintum, quod in inferiori ordine primas obtinet, quadrilaterum quodammodo est, & superiori latere sinum adipiscitur, qui primi ossis capitulum excipit; externo autem latere alterum obtinet, quo sexti ossis caput admittit; rursusque inferiori sede alterum, insignem quidem illum, & oblongum, atque intus extraque magis, quàm à lateribus, aut in medio excauatum, in quem alterum primi ossis pollicis capitulum inseritur, eo articulationis genere, quę Ginglimos dicta est, species Diarthrosis; longè aliter ab ossium brachialis inter se connexu. Insuper, quintum os inferiori sede alterum sibi, & sexto communem sinum adipiscitur, qui primum os indicem sustinens, ex parte admittit. Quintum itaque os primo & sexto brachialis ossibus, conterminum existit, & primum pollicis os vniuersum, primi verò postbrachialis ossis portionem sustinet. Sextum os, quod secundum, minimumque huiusce ordinis ossium habetur, quodammodo triangulare est, internoque latere quinto in eum, quem diximus modum, committitur; externo autem latere, septimo coarctatur, per articulationem

Brachialis ossa vlnæ ac radio, vt committantur.

Quartis ossis brachialis descriptio.

f pro isto & sequentibus vide tab. vi. fi. viii.
g li. ii. t. i. ix. xi. A.
h li. ii. t. iii. q.
i li. ii. t. iiii. ξ.

Primi ossis descriptio.

Secundi.

Tertij.

Quinti.

Postbrachialis.

Sexti.

tionem Gynglimon, Synarthrosis, seu motus obscuri speciem; partem verò superiori primum attingit; inferiore præter sinum quinto communem, alterum quoque septimo communem obtinet, quo postbrachialis osis medium digitum sustinentis portio suscipitur. Ita vt os id primo, quinto & septimo brachialis osibus, postbrachialis verò primo & secundo committatur. Septimum, brachialis osium maximum, veluti quadrilaterum est, longum magis, quàm latum, & inferiùs sinum primo & secundo brachialis osi communem subit, insigni capite, lato, atque admodum accliui; interiore sede sexto osi committitur, exteriore autem interno octaui osis lateri vniuerso, depresso parumper capite, ac sinu leuiter inciso. Articulus hic, aliqua ex parte cartilagine obducitur, qua septimum os octauo arctisimè deuincitur; Quod minimè tamen obstat, quò minus septimum istud os, omnium brachialis osium, extrorsum facillimè luxetur, tum quòd maximum sit, atque ictibus euitandis minus idoneum, tum quod ligamentum, quo cæteris colligatur, nonnihil hac in parte tenuius, quam reliquis brachialis partibus existit. Os itaque id primo, secundo, sexto & octauo brachialis osibus, simulq; postbrachialis osi medium digitum sustinenti committitur. Octauum triangulare propemodum est, & instar cunei, inter septimum tertiumque adigitur, quibus committitur; septimo quidem eo quem diximus modo, tertio autem, medio sinu quem sibi exculptum adipiscitur. Duobus præterea postbrachialis osibus, annu arem, paruumque digitum sustinentibus coarctatur. Quare os id quatuor conterminum osibus est, alterique sesami semen æmulanti, (vnde tum ipsum, tum sui generis reliqua, sesamina, hoc est sesamo similia fuerunt appellata) ad externum brachialis latus consistenti, vbi quartum postbrachialis os, paruum sustinens digitum octauo brachialis osi committitur. Osiculum id validiorem reddere huiusmodi articulationem videtur; simulque quarto prædicto postbrachialis osi sustinendo, ac suffulciendo opitulari. Octauum istud os, interna sede quà manus volam spectat, [k] processum notatu dignum, sibi priuatim vendicat, C literæ ritu exculptum, cuiusmodi etiam processum, licet paulò minorem, [l] quintum brachialis os adipiscitur. Ab altero in alterum horum processuum apicem validisimum, neruosumque porrigitur [m] ligamentum, sub quo tendinibus ad digitos flectendos tendentibus, tutum iter præbetur, quò minus iniurijs lacesiri, aliquamve in partem deflectere valeant. Vniuersa hæc sedes inter vtrunque processum media, læuis quodammodo est, ne subditis hisce tendinibus noxæ quidpiam accedat; reliquum verò brachialis asperum existit, quò ligamenta, quibus commemorata ossa deuinciuntur, firmiùs adhæreant.

Septimi. — *Octaui.*

k t.vi.fi.viii. M.
l ead. h.
m lib.ii.tab. iiii 6.

De Postbrachiali. Cap. 23.

Postbrachiale quot constet osibus.

QVod [a] brachiali ad primos vsque digitorum articulos spacij interest, Pecten, seu Palma manus, vel Postbrachiale dicitur. Id licet quinque osibus construi, dicere posimus, primo etiam [b] pollicis osse connumerato, tum quòd postbrachialis pars quodammodo existat, tum quia nos non minus eam partem quam os illud occupat, Postbrachiale appellamus, quàm reliquum; quoniam tamen primus pollicis articulus primo aliorum digitorum articulo per quam similis est, vtque cæteris omnibus obseruatum numerandi ritum sequamur, [c] quatuor esse dicemus; quæ reliqua digitorum ossa longitudine superant, suntque magna ex parte sphærica, caua, & medulla intus referta. Longisimum ipsorum est quod medium digitum sustinet, tum quod indicem, sicque deinceps minora fiunt. Omnia verò postbrachialis ossa, tam infera quam supera sede [d] Appendicem obtinent, cuius medio eorum vnumquodque brachialis osibus, in hunc modum committitur. [e] Primum duobus capitulis, & sinu, toti ferè sexto coarctatur, & quinti portionem attingit, sinum quem quinto & sexto brachialis osibus communem haberi diximus, subintrans. Secundum depresso & obliquo capitulo in modicè cauum & obliquum sinum, quem inferiori septimi osis sedi exsculpi diximus, inseritur, ac præterea etiam in sexti osis partem. Tertium & quartum vtraque octauo committuntur duobus

Osium horum appendices.

Postbrachialis ossa, vt brachialis osibus committantur.

a t.i.rr.t.vi. fi.viii.i.
b t.vi.fi.viii. A.
c ead.i.ii.iii. iiii.
d ead. Q.R.
e pro isto & sequentibus vide tabu. vi. fi.viii.

perquam

perquam exiguis capitulis vix quidquam prominentibus: Osſium poſtbrachialis appendices arctè adeo oſsibus ſuis coarctantur, vt ſuperiores, nec dum in puerulis appareant. Ibi oſſa hæc, nonnihil externa ſede latiora, quàm interna occurrunt, omnia exteriore facie tumeſcentia, interiore reducta, euidentiùs multò quam brachialis oſſa. Superiores ipſorum appendices lateribus ſibi inuicem coaleſcunt, media qua colligantur cartilagine. Inferiores quoque & ipſæ inſignes exiſtunt, & in rotundum, ac ab externa ſede in internam, oblongum caput deſinunt, quod cartilagine incruſtatum, primi cuiusque digitorum oſsis ſinum ingreditur, per articulationem Arthrodiam, Diarthroſis ſpeciem. Lateribus quoque Appendices hæ inuicem coaleſcunt, prout ſuperiores committi diximus, licet minus validè: Nihilominus tamen quà ſe mutuò aſpiciunt, ſuos quoque ſinus obtinent, ex quibus cartilaginea ligamenta educuntur, quorum opera validè admodum inuicem connectuntur. Ceterum oſſa hæc in medio ſecundum poſtbrachialis longitudinem, nequaquam ſibiipſis adhærent, quòd appendices ſint oſsibus craſsiores: Quod ideo effectum eſt, vt tribus illis ſpacijs, inter quatuor poſtbrachialis oſſa conſtitutis, ſex muſculi caperentur, ex illis octo quos [f] primum quatuor digitorum os flectere dicemus, binis eorum in quolibet ſpacio repoſitis: Quibus muſculis, vt ſedes aptior adaptaretur, oſſa hæc interna ſede, quę volam reſpicit, excauata nonnihil ſuere; nec non lineis quibuſdam & impreſsionibus ſecundum longitudinem inſignita, prout à muſculis ab eis eductis comprimuntur. Externa verò ſede, quæ volæ manus reſpondet, leuiter exaſperantur, quò tribus [g] muſculis brachiale mouentibus, aptam inſertionem prębeant.

Inferiores appendices.

Poſtbrachialis oſſium appendices cur oſsibus ipſis craſsiores.

f li.ii.t. viii. Δ t.xii.m.

g li.ii.t. iiii. Δ t.ix. xi.A.

De Oſsibus Digitorum. Cap. 24.

a t.i. ΔΔ t.vi. fi.viii. A B C D E F.

Singuli digiti ternis conſtruuntur oſsibus.

Vnuſquiſque manus digitus tribus oſsibus per quam duris [a] conſtruitur, trium articulorum interuentu connexis; non ideo tamen medulla deſtitutis; quinimò pręterquam quod ab extremis, appendicum modo, ſpongioſa ſunt, in medio etiam caua exiſtunt. Primum verò cuiusque digiti os ſecundo grandius, craſsiusq; eſt, & ſecundum tertio. Et eorum quilibet amplius ab initio eſt, quam in ſummo, ac in paruum impensè caput deſinit. Omnium extrema, medio craſsiora exiſtunt, quemadmodum etiam ſe habet omnis propemodum longorum oſsium ſeries; vt ſcilicet, pondere minus grauarent, validioresq; redderentur appendices. Verùm digiti omnes æquè teretes, ac lęues ſunt, quò minus lædantur, tuberculis ſcilicet omninò deſtituti. Sunt quoque oſſa hæc, introrſum aſpera, & excauata, quò melius apprehenſa perſtringant; extrorſum gibba, vt noxas melius ferant; in medio caua, ne ſibiipſis impedimento ſint. Id quod in paruo digito perſpicuum ſit, qui externa & ſuperiori ſede teres eſt, interna vero, atque inferiore cauus. Idem quoque in pollice videre eſt, qui, quòd cęterorum digitorum præſidio ſit deſtitutus, teres interna ſede exiſtit. Cętera omnia digitorum oſſa exteriùs teretia ſunt, adeo vt ne in articulis quidem vel tantillum promineant; præterquam primum pollicis os modicè latum, atque depreſſum, nec non tertium quodque digitorum os, quæ licet exteriùs gibba ſint, nihilominus non procul ab articulo, vbi ſecundo oſsi committuntur, ad ſummum vſque, haud æquè ac reliqua extrorſum protuberant, quò vnguibus locum cedant. Sunt præterea huiuſmodi oſſa, nonnihil interna ſede caua, & exiguum veluti canalem conſtituunt, per quem tendines digitos flectentes tutò deducuntur; primo pollicis oſſe excepto, palmæ os interna ſui regione reſpiciente; quod etſi latus volam ſpectans, ab vtroque capite planum, iuxta articulos, & in medio depreſſum obtinet; minimè tamen æquè ac cętera digitorum oſſa, latum, planum & cauum eſt; quin potius gibbum, & interiore magis, quàm exteriore ſede acutum exiſtit. Idq; ſumma cum ratione effectum eſt; Cùm enim procul omne periculum abeſſet, ne tendines qui ad ſecundum, tertiumq; digiti huius articulum flectendum tranſmittuntur, aliquam in partem deflecterent, quod muſculis, quos huic oſsi propinquos eſſe dicemus, firmiter admodum adnectantur, canali ipſum donari minimè neceſſe fuit, vt neque ligamento, quod ceteris digitorum oſſibus

Oſsium horum magnitudo.

Figura.

sibus secundo libro adesse docebimus. Aduertere tamen oportet, tertium singulorum digitorum os in apice, vbi nulli ossi committitur, nonnihil prominere, asperoq; donari capitulo, vnà cum binis ligamentis, quibus tendo adiungitur; qui interiorem digiti partem subit, & ad apicem vsque tendens terminatur. Ast operæprecium erit, articulationis horum digitorum formam sigillatim prosequi. Scire itaque in in primis oportet, primum pollicis os quinto brachialis ossi ita coarticulati, vt vndequaque sursum deorsumque agi possit, multò tamen ad latera, quàm aliam in partem faciliùs; sinus enim ossis brachialis, quo excipitur, anterius posteriusque altiùs quam ad latera insculpitur, illi verò istius ossis caput ad amussim figura congruit. Adeo vt ad Gynglimon atque Arthrodriam, Diarthrosis membrum, referri possit articulatio. Secundum eiusdem digiti os per coniunctionem Gynglimon, Diarthrosis speciem coarticulatur, quamuis Vesalio secus visum sit. Primi enim ossis extremum in capitulum desinit, secundi ossis sinum subiens. Verùm quia capitulum hoc interno pollicis latere modicè versus exteriora prominet, estque in transuerso oblongum, ac lateribus magis, quam medio depressum, caput verò contrario modo eandem figuram sortitum est, propterea os istud extensionis flexionisque motu, magis quam laterali pollet. Sed non vltra rectam lineam extenditur, propter primi ossis caput. Illud quoque minimè ignorare oportet, in interiore huiusce articuli sede, [b] ossicula duo, instar sesami seminis exigua conspici, quæ ne digitus plus quàm par sit flectatur, prohibent, vti sanè, ossiculis hisce deficientibus, eueniret, cùm caput interius nonnihil depressum sit. Tertium os contrario nexu secundo compingitur, secundi enim inferior sedes duo educit capitula nonnihil teretia, & sinu dirempta, cartilagine perinde atque capitula, obducto. Superior tertij ossis sedes binos sinus obtinet, colle veluti quodam in eorum medio consistenti, disiunctos; & in hos duo inferioris partis secundi ossis capitula inseruntur. Sinus verò, quem secundum os in medio duorum capitulorum exculptum habere diximus, capitulum in medio duorum sinuum consistens excipit. Adeo vt tertium os secundo excipiatur, & secundum tertio, eum in modum vt extendi quidem, flectique possint, nullo autem pacto in latus agi. Nequeunt verò dicta de causa magis, quàm erigantur, extendi. Hoc eodem connexu secundi, ac tertij digitorum articuli committuntur. Primus enim quatuor digitorum articulus, primo pollicis articulo similis est, non autem secundo, vt Vesalius non benè animaduertens prodidit. Atque ideo id digitis omnibus commune est, vt facilius extendantur, flectanturque, quàm in latera moueantur; quamuis pollex, index, paruusque digitus, in latera nonnihil magis, quàm annularis, aut medius agantur. Quod quidem ideo euenit, quoniam postbrachialis ossium capita, quibus hi digiti compinguntur, latera paulò magis depræssa obtinent. Vt verò primi digitorum articuli minùs quàm secundi, ac tertij flectantur, ossicula quædam sæsami seminis instar, [c] grandia efficiunt, quæ in huiusmodi articulis consistunt, neq; illos flecti sinunt. Haud secus quoque primi huiusmodi articuli, cæteris magis sursum flectuntur, resupinanturve, quòd postbrachialis ossium capita minùs quàm ossium digitorum capita promineant. Quæ in hominum quoque nonnullis adeo comprimuntur, vt digitos sursum euidenter flecti sinant.

Primum pollicis os brachiali articulatur.

Secundũ quomodo primo cõmittatur.

Tertium quomodo secundo.

Primus quatuor digitorum articulus primo pollicis articulo similis.

b t.vi.fi.viii. T.

c ead.VV.

De Ossiculis Sesamo semini similibus. Cap. 25.

QVoniam ossiculorum quorundam mentio incidit, quæ in interna articulorum digitorum sede occurrunt, quibus ea in articulis, quibusve corporis sedibus reperiantur, scire operæprecium est. In primis igitur inter [a] quartum postbrachialis, & octauum brachialis os, vnum occurrit; In interiore [b] secundi pollicis articuli duo subrotunda, & solida, granisque Orizæ quodammodo similia, licet paulò breuiora, alteram nanque partem magis depressam obtinent, & cartilagine obductam, cuius medio, primo pollicis ossi committuntur, alterum quidem iuxta internum capitis huius ossis latus, alterum verò iuxta externum. Atque inter vnum & alterum tendo defertur, quo [c] tertium istius digiti os flecti dicemus. Alia insuper digitorum

Vbinam ossa huiusmodi comperiantur.

a t.vi. fi.viii. N.

b ead.T.

c lib.ii. t.vi. 8.

ossibus adhærent, vt ipsorum processus & capitula videantur. ex quibus ligamenta educuntur, & in ea musculorum tendines inseruntur. Eodem prorsus modo, ad primos quosque digitorum articulos, duo alia spectantur [d] ossicula, quorum alterum altero eo minus est, quò propius ad paruum digitum accedũt, in quo minora sunt, ac veluti cartilaginea. Senibus etiam quibusdam ad internam tertij pollicis articuli sedem vnum huiusmodi adest ossiculum. Huius quoque generis alterum, in secundis, ac tertijs quibusque quatuor digitorum articulis occurrit, adeo tamen exiguum, vt milij granum videatur. Huiusmodi autem ossicula, vicena saltem vtraque in manu habentur. Eiusdem omnino generis os etiam in pede spectatur, primi manus ossi [e] correspondens, vbi quartum pedij os paruum digitum sustinens ossi [f] tarsi eiusdem pedis, quod aleam æmulari dicemus, committitur. Verùm in primis digitorum pedum articulis difficulter reperiuntur, præterquam in pollicis digito; licet in senibus, quòd paullò maiora existant, minori negotio inueniantur. In secundis & tertijs articulis nunquam ferè occurrunt, præterquam in pollice: in quo bina [g] ossicula spectantur, eaque satis magna, (licet minora ijs, quæ ad eiusdem digiti connexum habentur) quorum interiùs multò grandius est. Atque vtrunque, ea in parte, quæ capiti ossis pedij digitum hunc sustinentis committitur, sinum cartilagine obductum obtinet: subtus verò, solum versus, teretia sunt, & phaseoli cauo similia. Ossicula hæc satis valida sunt; & præter id quod cæterorum modo præstant, vt articulos flecti minimè sinant, tendinum etiam tutelæ deseruiunt, qui ad secundum, tertiumque pollicis os flectendum transmittuntur. Cùm enim ea promineant, per duos veluti colles tendo deducitur, ita vt cum pedem solo figimus, deteri nequaquam possit. Ossium horum alterum, illud est, de quo tanta apud plerosque præstigiatores mentio habita fuit; ossiculum quoddam in homine haberi, incorruptibile, atque ex eo tanquam ex semine, hominem die iudicij proditurum asserentes. Id autem quàm verum sit, Theologis decernendum relinquimus; quemadmodum etiam & illud, quàm meritò fatidicæ, ac Striges mulierculæ in huiusmodi osse, tanquam re ad fascinationes suas, ac scelera efficacissima, perquirendo studium impendant.

d t.vi.fi.viii.

e t.vi.fi.x.μ.

f cad.4.

g cad.Ψ.

Ossicula sesamina quot in pedibus habeãtur.

Præstigiatores

De Osse Ilium, & Coxendice. Cap. 26.

Lateralibus sacri ossis processibus duo grandia [a] ossa, vtrinque vnum committuntur; quorum vtrunque tribus ex ossibus construitur, per connexum, qui Vnio dicitur, in homine coalescentibus. Eorum Primum, elatiorem sedem quæ lateri respondet, constituens, os Ilium dicitur: Secundum, inferiorem sedem occupans, quà femoris ossis caput inseritur, Coxendix appellatur. Anterior pars Pectinis os dicitur. Huiusmodi ossa in id fuere, parata, vt femora ipsis articularentur, & vt intestinis, nec non etiam vesicæ, & in mulieribus vtero, sustinendis opitularentur, fueruntque grandia admodum effecta, & multis donata processibus, atque tuberculis, quoniam ex ipsis omnes propemodum femur mouentes musculi, & nonnulli etiam ex his, qui tibiam, Thoracem & dorsum mouent, producendi erant. Vbi verò Sacro ossi connectuntur, figura insigniter variant; quemadmodum etiam apices lateralium sacri [b] ossis processuum se habere retulimus. Vnicuique enim horum processuum sinui, Tuberculum, & vnicuique tuberculo, sinus respondet. Adeo vt horum cuilibet Sacrum os, mutuo congressu committatur: vsque adeo tamen æqualis est huiusmodi connexus, vt moueri ossa nequeant. In minoribus enim per lineam, siue harmoniam, in natu autem maioribus per Vnionem committuntur: Partium, horum ossium figuram facile erit ex summorũ sacri ossis processuum figura petere: qui vti diximus, longo in primis sinu donantur, cui longũ in hoc osse tuberculũ ei congruens respõdet, Anteriori verò sedi, seu labijs [c] sinuũ processuũ, quæ euidenter prominere diximus, sinus in interiore huius tuberculi sede insculpti correspõdent, in quos labia hæc inseruntur. Et posteriori eorundem sinuũ regioni nonnihil inferiori, labia quædam siue processus ossium istorum correspondent, quæ squamæ instar,

a t.i.ii.iii.O.

b ta.vi.fi.ii. NNPQΦ.

c t.iiii. iuxta M.ta.vi.fi.ii. NN.

Coxendicis os ex ossibus tribus cõstruitur.

Ossium horum vsus.

Figura lateris ossium coxendicis sacro ossi articulatorum.

ſtar attenuata, planam cum quarto ſacri oſsis laterali proceſſu cõpagem conſtituunt. Rurſus [d] oblongo tuberculo in medijs ſinibus tranſuerſorum ſacri oſsis proceſſuum d ead. OO.
conſiſtenti, longus etiam horum oſsium ſinus, commemoratos proceſſus excipiens reſpondet. Attamen duobus illis ſinibus, quos in poſteriore lateralium ſacri oſsis proceſſuum ſede haberi diximus, vltra longum tuberculum commemoratum, oſſa hæc haud æquè ad amuſsim reſpondent, vt neque tubercula in duos ſinus, ſuperiorem & inferiorem eos dirimenti; tum quia oſſa hæc non tantum prominent, quantum ſinus excauantur, tum quia tuberculum ſinus hoſce dirimens, haud inſertionis in hanc Ilium ſedem gratia effectum eſt: Imò inter vnam, alteramque partem craſſa cartilago ligamenti naturæ compos reponitur, quæ vniuerſum illud interuallũ infarciens, ne ſe oſſa contangant prohibet. Verum aduerte, vniuerſam horum oſsium ſedem ſacro oſsi commiſſam, aſperam eſſe ac inæqualem, atque admodum craſſam, quemadmodum & reliqua oſſa in illis ſedibus, quibus alijs committuntur, quò validiora euadant; Adhæc in poſteriora magis, quàm laterales ſacri oſsis proceſſus, porrigitur, tum quòd oſſa hæc, muſculorum ex ipſis eductorum ergo, grandiora eſſe oportuit, tum quod totam corporis molem ſuſtinent. Reliqua, oſsis ilium ſedes, [e] ſemicirculo ſiue flabello ſimilis eſt, & ſuperiore ſui ſede circum circa [f] Appendicem obtinet, quæ teretem quandam veluti marginem, nonnihil extrorſum porrectam exhibet; exteriùs aſpera & inæqualis eſt, atque impreſsionibus quibuſdam prędita, tam externa, quàm interna ſui regione; hac quidem, vt amplior reddita, carnoſam tranſuerſi abdominis [g] muſculi partem admittat; illa verò, vt potiſsimam obliquè [h] aſcendentis portionem educat, & [i] obliquus etiam deſcendens inſeratur; hi enim tres muſculi ſedem hanc vniuerſam occupant, quæ anteriùs, ſuperiusque craſſior eſt, quàm verſus lumbos. Anterior huiuſce appendicis pars, priuatim craſsior eſt, vt [k] primus & ſextus tibiæ motores muſculi ex ea principium deſumãt. In medio pariter interioris partis oſsis Ilium, læuis atque ampla impreſsio habetur, è regione lateralium proceſſuum quintæ lumborum vertebræ conſpicua, ex qua nonus [l] muſculus, dorſum mouens enaſcitur. Præter huiuſmodi compreſsionem, ſedes hęc vniuerſa caua eſt atque aſpera, & ex ea ſeptimus femoris motor muſculus ortum adipiſcitur, ut ſuo loco dicemus: quemadmodum & altera ad externum latus, iuxta elatiorem ſinus regionem, femur excipientis, ad cuius vtrinque latera, tuberculum notatu dignum prominet, quod ipſius cauitatem adaugere videtur, &, quò minus ſexti, ſeptimique [m] muſculorum femoris tendines per ipſum deducti, exiliant, prohibet. Ex hiſce tuberculis quod ad externum ſinus latus conſiſtit, non tibiam mouentis [n] muſculi exortui deſeruit, cuius ergò tota hæc ſedes externa, nonnihil aſpera, & inæqualis eſt, paruumque ſinum adipiſcitur, ex quo noni huius muſculi [o] tendo producitur: Quod latus internum occupat, os iſtud craſsius, validiusque reddit, quale ipſum eſſe oportuit, quòd ipſi fęmoris caput in articulandum eſſet; & quòd latiſsimus ei omnium ſinus, quo dictum os excipitur inſculpendus eſſet: Ideoque Ilium os, ad elatiorem ſui, qua ſacro oſsi committitur, ſedem, craſsius adhuc redditur, ac tuber conſtituit ad internum ferè ſecundi tuberculi latus exporrectum, quod oſsis huius robur adauget, & exortui cedit decimi [p] muſculi, qui femur ex torſum mouet. Externum coxendicis latus, interno aſperius viſitur, & ex eo muſculi tres, regionem hanc, vti dicemus, vniuerſam occupantes, enaſcuntur, diuiduntur; ſecundum duarum linearum diuiſionem, quæ in orbem per eam partem feruntur, eamque tres in partes ſubobſcurè dirimunt. Illud quoque notatu dignum occurrit, quod media ſinus in hoc oſſe inſculpti pars, in quem femoris caput inſeri diximus, altius nonnihil, quam reliquum ipſius, excauatur, ac ſubaſpera eſt, ſolaque minimè cartilagine obducitur, quin potius foraminulis quibuſdam oppleta cernitur, ex quibus teres illud [q] ligamẽtum producitur, quod in medium femoris caput inſeri retulimus. Adhæç, ſinus huiuſce labia anteriore ſede minùs, quàm poſteriore prominent; cuius ope fit, vt prout neceſsitas poſtulabat, femur benè flectere poſsimus. Verum aduertere oportet, ad humiliorem ſinus eiuſmodi regionem haud continuo ductu labia in orbem ferri, quin potius interrumpi, quò exiguæ cuidam [r] venæ cedant

quam

Marginalia (left): Oſsis Ilium figura. — Ipſius appendix. — Oſsis iſtius impreſsiones quædam & tubercula. — Externum coxendicis latus. — Partis huius ſinus.

Marginalia (right): e t.iii.o. — f tab.i.ii.iii. 11.12.13. — g li.ii.t.vi.Δ. — h li.ii.ta.iiii. Π. — i li.ii.t.i.Θ. — k li.ii. tab.i. ΣX. — l li.ii. t.viii. Ξ. — m li.ii.t.viii X. — n li.ii.ta.iiii Φ.tab.xv.fi.i FG. t.xiii. — o t.ii.11. — p lib.ii.t.xv. fi.xvi. EE. — q li.ii.ta xv fi.xvii.o. — r li.vi.t.ii.

quam per hanc partem ferri dicemus, & in asperam eam, quæ cartilagine ne-
quaquam incrustatur, sedem, contendere, nutrimentum huic articulo suppedi- *Cartilago huic sinui circum obducta.*
tantem, vnde viscidus ille humor emanat, qui in ipso visitur, eumque hume-
scentem, ac mobiliorem reddit. Haud secus quoque, circum sinus istius oras,
cartilago quædam leuiter extrorsum promines obtenditur, & cauitatem eam ob-
tegit, per quam prædicta vena deducitur, caputque femoris ita complectitur, vt
ipsum non ita facilè luxari sinat, quamuis tamen promptiùs ea sede, per quam
dicta vena prorepit, quàm alibi luxetur. Inter superiorem præterea ossis ilium
sedem, quæ sacro ossi committitur, & eam coxendicis partem, in quam femur
s li.vii.t.ii.iii. inseritur, sinus instar canalis habetur, per quem [s] neruum crus adeuntium quar-
71.li.ii.t.x.ζ. tum transmitti dicemus. Obseruandus quin etiam in Coxendicis osse occurrit,
t t.iii.14. [t] acutus quidam processus, ex quo [u] ligamentum educitur, in lateralem proces-
u li.ii.t.xiii.o sum quintæ sacri ossis vertebræ desinens; nec non etiam principium decimi, si-
x li.ii.t.xiii. ue alia ratione vndecimi femur mouentis [x] musculi. Neque verò prætereundus
x.t.xii.β. est sinus in posteriore sede interni [y] lateris coxendicis, sub processu exculptus, cui
y t.ii.15. z li.ii.t.xii.α. miro artificio veluti trochleæ, decimus femoris motor [z] musculus deuincitur.
a t.ii.14. Præterea, infimæ coxendicis sedi, cui sedentes innitimur, [a] processus adest, factus
ex Appendice parem cum ipsomet osse latitudinem crassitiemque seruante, tum
b lib.ii.ta.x. maioris ipsius roboris ergo, tum quatuor [b] musculorum ex ipso, vti dicemus, edu-
ΦΨ.t.xi.μϖ Ψ.& ta.xii.Ξ. ctorum gratia. Hunc in modum se habet Coxendicis os, quod mulieribus am- *Coxendicis os mulieribus latius.*
plius multò quàm viris obtigit; quemadmodum etiam, & laterales sacri ossis pro-
cessus fœminæ ampliores obtinent, quò fætui aptior sedes aptetur. Anterior
c t.i.ii.iii.ρρ. [c] huiusce ossis pars, quam communiter Pubis os appellamus, superiore nonni- *Pubis os.*
d ead.ε. hil tenuuior est, & sociæ suæ [d] cartilaginis interuentu committitur, qua concin-
nè adeo deuinciuntur, vt vnica pars videatur, & quo prouectior ætate homo fit,
eo minùs cartilago hæc ipsis interiecta conspicua redditur, idque in viris æqua-
lè, ac in mulieribus. Verùm in mulieribus ossa hæc non tam longo spacio, quàm *Pubis os in mulieribus minimè dehiscunt.*
in viris committuntur, neque verò in partu dehiscunt, vt nonnulli arbitrantur.
Illud quidem verum est, in ima sede iuxta ipsorum coalitum, longiori intersti-
tio in mulieribus, quam in viris ea inuicem dissidere, quemadmodum etiam in-
fimæ aliæ ipsorum sedes se habent, quò parturientibus molestiæ minus contin-
e ead.N. gat. Ad quod etiam [e] Coccygis os non parum confert, quod partus tempore,
in posteriora, vti diximus obliquatur, vt facilè in brutis animantibus videre est.
Atque id mulieres liquidò in seipsis experiuntur, quòd ipsas toto partus tempo-
re sedere nequaquam sinit, sedentesque maiori molestia pariunt, flexis autem
genibus stantes, aut paululum in priora deflexæ, minus pariendo anguntur.
Vtrumque Pubis os maximum sibi foramen vendicat, quo leuius multò reddi-
f li.ii.t.viii.Φ tur, quodque duobus [f] musculis, & [g] membrana, ipsis intersita, vt suo loco di-
g li.ii.t.xiiii.ς. cemus, obturatur; Atque per id foramen [h] neruus duntaxat vnà cum [i] vena, &
h lib.vii.t.ii. arteria transmittitur, non quidem per ipsius medium, sed per sinum in elatio-
ςς. re ipsius regione cælatum, Elatior horum ossium sedes aspera est, & ex ea [k] re-
i lib.vi.t.ii.et t.iiii.s. cti duo Abdominis musculi enascuntur, Anterioris quoque lateris pars aspera,
k lib.ii.t.iii. identidem cernitur, vnde neruosum caput secundi tibiam mouentis [l] musculi or-
ΔΔ.t.υΔ. tum adipiscitur. Qua etiam in parte capitulum occurrit, ab interno acetabuli
l li.ii.t.vi.Δ. Coxendicis latere, ad duorum vsque pubis ossium connexum pertinens, octa-
m li.ii.t.vii.α uoque femur mouenti [m] musculo exortum porrigens. Capitulo huic acuta in
n lib.ii.t.xv. posteriori sede linea correspondet, ex qua decimi femur mouentis [n] musculi por-
fi.ii.G. tio principium desumit. Postremò huiusmodi ossa nonnihil crassa sunt, iuxta
infimam connexus sedem, & quæ in ipsis haberi foramina diximus, vbi cras-
sa, & teretia propemodum sunt, quò maius ipsis robur accederet, vtque ex ha-
rum partium vtraque nonnulli penis musculi, & corporis pars ipsum constituen-
tis, principium assumerent. Os id vniuersum, licet in ætate prouectioribus vni- *Coxendicis os tripartito scissum.*
cum videatur, nec plùs quàm vnam appellationem obtineat; in puerulis tamen
triplici osse, vti diximus, secundum tria, quibus donari retulimus nomina, per

binas lineas cartilagine oppletas distinguitur: quarum prior à posteriore istius ossis sede, paulò ante cum sacro osse connexum educitur, & rectà fertur, sinum intersecans, quo femur excipitur, & paulò supra medium ossis pubis foramen procedens. Altera ex elatiori externa pubis ossis sede descendens in medium sinus, cui femur inseritur, cum priore coalescens, desinit. Quoniam verò, non minus in agnis ædisq;, quàm in homine huiusmodi lineæ occurrunt, eas facilè in illis videre vnusquisque poterit.

De Osse femoris. Cap. 27.

Femoris os omnium maximū.

FEmoris os omnium humani corporis longissimum existit, & Appendiceab vtroque extremo donatur. Harum appendicum [a] superior coxendicis ossi iungitur, [b] inferior tibiæ ossi, vti diximus, quamuis dispari ratione articulatur. Superior namque pars rotundo capite committitur; quod & istius ossis [c] ceruice paululum ad interiora inclinata producitur, & in insigne illud acetabulum, quod Coxendicis ossi adesse diximus, reponitur, cui tum magnitudine, tum figura exactè congruit. Caput id cartilagine vniuersum obducitur: Verum ad sui centri medium, nonnihil inferius exiguum sinum obtinet, angustum, profundum, & modicè inæqualem, cui teres [d] ligamentum à Coxendicis acetabuli centro eductum implantatur. Inferior duobus [e] capitibus, in quæ dirimitur, ossium omnium capita magnitudine superantibus, adnectitur, quæ in posteriorem magis quam interiorem sedem exporrecta, non solum cruris extensionem, flexionemque moliuntur, verum etiam musculorum quorundam, [f] pedem mouentium exortui deseruiunt, nec non etiam nonnullorum, [g] crus, & femur, vt suo loco dicemus, mouentium insertionem admittunt. Articulus hic nullo prorsus modo in latera ducitur, quòd capita vtrinque admodum promineant, sinusque in ipsorum medio, vtrique communis habeatur, in quem genu [h] mola, vt [i] suo loco dicemus, inseritur. In posteriori etiam horum capitum sede, alius inter ipsa sinus longè maior exculpitur, [k] modiceque asper, cartilagine nequaquam obductus, quoniam asperum, & inæquale tibiæ ossis tuberculum admittit, quod in tibiæ ossis sinuum medio protuberat, validissimo ligamento in hunc sinum implantato exortum porrigens, vnà cum alio admodum pariter robusto, ex posteriori eiusdem tibiæ ossis regione deducto, Sinus præterea hic, maximo cruris [l] neruo deducendo inseruit, qui vnà cum vena, & arteria tutiùs per ipsum defertur. Horum ossium latera cœcis plurimis donantur foraminibus, ex quibus validissima quædam articulum hunc continentia ligamenta educuntur. Ad externum tamen exterioris capitis latus, nonnihil in posteriora, sinus subobliquè insculptus, priuatim visitur, per quem quarti [m] musculi crus mouentis tendinem, tutò deferri trademus, vt nullam in partem queat deflectere. Internum caput ad posteriorem sui regionem, exiguam impressionem adipiscitur, qua priorum trium, & quinti crus mouentium musculorum tendines deducuntur. Os id ad superiorem sui sedem, iuxta ceruicis radicem duos obtinet processus, alterum [n] exteriùs, qui omnibus ossium processibus magnitudine præstat, e xappendice notatu digna editus; alterum [o] interiori sede, versus posteriora, & exteriori longè inferiùs, qui minor est, & ex Appendice pariter efficitur. Processus hos græci τροχαντῆρας appellant, quòd paruis similes existant, magnum, aut paruum addentes; cùm verò simpliciter recensent, maiorem subintelligunt. Ex interno processu, sexti [p] septimique femur mouentium musculorum tendines educuntur; & in asperam lineam, quæ iuxta processus istius radicem habetur, sub obliquè posteriora versus ad tertiam circiter ossis partem ducta, octauus [q] musculus femoris motus autor inseritur. Maior processus externo latere gibbus occurrit, & in benè ossatis, prouectiorisque ætatis hominibus, quatuor sinus siue fossiculos proponit; quorum primus maximus est, atque latissimus, & posteriorem eminentiæ

Quomodo coxendicis ossi iungantur.

Cruri.

Sinus inter inferiora duo istius ossis capita insculptus.

Ossis femoris processus. Minor.

Maior.

a t.i.ii.iii.17.
b ead.16.
c t.i.ii.iii.18
d lib.ii.t.xv. fi.xviii.O.
e t.ii.iii.16.
f li.ii.cap.38
g li.ii.t.xiiii. r.t.xii. Ξ.
h tab.i. ii.Ξ.
i cap. 28.
K t. iii. inter l.16.&17.
l lib.ii.t.ix.& t.x.ϑ.
m li.ii.t.x.P
n t.i.ii.iii.T.
o t.i.ii.iii.v.
p li.ii. t. viii. ΘA.
q li.ii.t.vii.α.

nentiæ huius ſedem occupat. Ab huius ſinus radice aſpera linea educitur, deorſum per oſsis poſteriora obliquè nonnihil deducta, cui primi femur mouentis
r li.ii.t.ix.n. t.x.x. [r] muſculi portionem inſeri dicemus. Secundus ſinus, in anteriori latere conſiſtit, primo aſperior, & modicè depreſſus. Tertius primo, & ſecundo, ſuperiùs paulò, interiacet, quodammodo gibbus. Quartus, ad huius proceſſus apicem viſitur, reliquorum anguſtiſsimus. Sinus hi priorum quatuor femur mo-
s li.ii.t.ix.n. t.x.x. uentium muſculorum inſertionem admittunt, [s] primus quidem primi, [t] ſecun-
t li.ii.t.xi.ð. dus ſecundi, ſicque deinceps. Ad huius præterea proceſſus radicem in anteriori
u li.ii.t.viii. V ſede verſus latus exterius, aſperitas occurrit, cui [u] ſeptimus muſculus femoris motor implantatur. Oſsis iſtius reliquum, teres ferè vniuerſum eſt, & omni ex parte læue, præterquam in anteriore iuxta ceruicem, vbi aſperum viſitur. Ex eiuſ-
x li.ii.t.vii. γ.t.xiii.ð modi verò aſperitate [x] octauus crus mouentium muſculus educitur, os id circum vndique ambiens, præterquam poſteriori ſede, vbi linea leuiter prominens, acuta, & inæqualis adeſt, quæ à proceſſuum radice exorta, vltra oſsis ferè medium
y lib.ii.t.xii. Σ Σ. decliuis prorepit, cui [y] quintus femur mouens muſculus validiſsimè immittitur. Ad inferiorem tamen huius lineæ ſedem, iuxta inferiorum capitum radicem, femur amplum, & planum occurrit, perque huiuſmodi planitiem, maxima quædam vena, vnà cum neruo, & arteria in crus defertur. Ad hæc femoris os, haud recto ductu illinc, vbi coxendici implantatur, deorſum tendit, ſed ipſius ceruix obliquè, vti diximus, extrorſum, ac tranſuerſim propemodum deſcendit, quò ſcilicet muſculis, venis, & arterijs, per internam femoris ſedem reptantibus, ſedes præbeatur. Quod reliquum eſt femoris, oblique ductu nonnihil extrorſum, vſque ad genu deſcendit.

De Duobus Cruris Oßibus. Cap. 28.

a t.i.ii.iii.φ γ.t.vi.fi.ix. A Genu ad Tarſum [a] oſſa duo interiacent, brachij oſsibus à cubito ad manum porrectis, reſpondentia: Quorum quod internam cruris regionem occupat, craſsius eſt, & latinis communi appellatione Tibia dicitur; quod verò *Tibia.* exteriùs conſiſtit, minus eſt, Sura vel Fibula vocatum. *Fibula.* Ambo hæc oſſa ſuis infrà ſupraque appendicibus donantur. Verum ſupera Tibiæ ſedes longè, quàm fibulæ craſsior ampliorque viſitur, eiuſdemq; appendix, anterius etiam quàm po- *Ipſarum appendices.*
b ta.vi.fi.ix. F.G. ſteriùs amplior exiſtit, vbi deorſum magis porrigitur. Huic appendici duo [b] ſi-
c cad.i. nus duabus ſemilunis conſimiles, inſculpuntur, aſpero inæqualique [c] tubere, ac lubrica cartilagine obducto dirempti, quibus duo femoris oſsis capita implantantur; Tuber verò ſinu excipitur, quem duo femoris capita poſteriori parte ſeiungere diximus. In medio autem elatioris Tuberis huius ſedis, cartilagine nequa-
d li.ii.ta.xv. fi.xvii.x. quam obductæ, aſpera impreſsio conſiſtit, ex qua validiſsimum educitur [d] ligamentum, ſinui, quem duo femoris capita dirimere diximus, inſertum. Anterior tuberis regio parum omnino extuberat, quin potius depreſſa eſt, atque aſpera;
e t.vii.fi.xvii. ex ea tamen nulla præterea ligamenta enaſcuntur, quam quæ [e] cartilagines quaſdam anteriori huius tuberis ſedi deuinciunt, quæ, vt mox dicam, tibiæ ſinus adaugent. Cùm enim hi parum omninò excauentur, nec femoris capitum, in ipſis repoſitorum magnitudini, correſpondeant, natura defectui proſpexit, vnam præter communes, vtrique addens cartilaginem, nec tibiæ, nec femori aliter adhærentem, quàm ligamentorum quorundam interuentu, genu articulum circum circa complectentium, ex quibus cartilagines hæ producuntur, harumque cartila- *Genu cartilagines.* ginum beneficio, anteriori, poſteriorique tuberis ſedi copulantur, quod tibiæ
f cad. ſinus dirimit, in quos femoris capita reponi diximus. [f] Cartilagines hæ cæteris *Ipſarum ſubſtãtia, & figura.* mollitie antecellunt, & ligamenti naturæ compotes propemodum exiſtunt, quaque oſsibus applicantur, æquales ſatis, lubricæ, ac læues, vnctuoſoque humore
g cad.N. oblitæ ſpectantur. Circum vndique articulum [g] craſſæ occurrunt, & multò ante
h cad.O. [h] ſinuum centrum attenuatæ deſinunt; ita vt ambæ eandem ſemilunarem figuram cum ſinibus, in quos excipiuntur, exhibeant. Atque ideo ad laterum medium

crassiores impensè redduntur, quà verò anteriori posteriorique tuberis capitibus
dictos sinus dirimentibus proximè accedunt, longè [i] tenuuiores sunt, & in acu- i ead. P P.
tos quosdam apices desinunt, quorum beneficio inuicem coalescunt; quamuis
apices, posteriorem tuberis sedem attingentes, paulò magis distent; Per horum
verò medium crassissimum ligamentum, ex tubere in femur insertum deducitur.
His positis, facile videre est, harum cartilaginum interuentu, tibiæ sinus, non
minus in homine, quàm in ceteris animantibus cauos magis euadere. Hunc in
modum tibiæ cum femore connexus sese habet. Fibula verò haud sursum adeo
conscendit, vt in femur includi possit, ideoque [k] tuberculo committitur, quod K t.vi.fi.ix.♈
Tibiæ, ac fibulæ in superiori sede articulatio. ad exteram appendicis tibiæ sedem consistit, nonnihil posteriora versus cartila-
gine obductum, medio sinu, quem interno superioris partis latere obtinet, le-
uiter cauum, amplum, alteraq; perinde cartilagine incrustatum: Ima sede, tibiæ
In inferiori. quoque ossi, licet dispari nexu, [l] committitur. Externum enim tibiæ latus lon- l ead.x.
gam impressionem adipiscitur, in quam internum fibulæ latus includitur, leui-
ter prominens, & nonnihil perinde, ac impressio asperum. Nulla tamen cartila-
gine obducitur, imò hac in parte tibia fibulaq; validissimo ligamento cohærent,
quod eas non solum in ambitu amplexatur, verum etiam quà mutuo congres-
su committuntur. Superior itaque tibiæ appendicis regio femori, exterior verò
fibulæ, dicta ratione compingitur. Anterior [m] huiusce appendicis sedes nonni- m ead. A B.
hil depressa est, atque aspera, inq; huiusmodi asperitatem [n] musculorum crus mo- n lib.ii. t.vi.
uentium tendines inseruntur, quorum occasione elatior externi lateris tibiæ ap- 56. t. vii. Ω g h i c.
pendicis pars, nonnihil prominens occurrit, cui [o] quarti musculi crus mouentis o li.ii. ta.x.♈
tendo, vti dicemus, implantatur. Hac quoque sede fibula capitulum exerit, ex t.ii.α.
Tibiæ, ac fibulæ ad talum articulatio. quo [p] septimus pedem mouentium musculus educitur. Inferiores verò tibiæ fi- p lib.ii. t.ii.χ
bulæque appendices, ambæ processum educunt, maiorem quidem [q] interna sede, t.vi.Φ. q ta i.ii.iii.χ
minorem verò [r] externa, qui decliuis deorsum procedit. Hos inter, sinus furcu- t.vi.fi.ix. D.
Sinus. læ instar insculpitur, cui talus, per articulum Ginglimon Diarthrosis speciem in- r ead.Φ E.
seritur. Sed de talo suo loco dicemus. Nunc sinum duntaxat, qui humiliorem
vtriusque horum ossium sedem occupat, prosequi est animus. Is, amplior est, &
in duos videtur diremptus, in sui enim medio longum, & leuiter prominens [s] tu- s ead.q.
ber obtinet, ad latera verò altiùs exculptus euidenter cernitur. Fibulæ processus
externa sede, qua sinum respicit, concauus, & perinde, ac sinus ipse læuis est,
& cartilagine obductus; interna verò parte alterum crus respiciente gibbus est,
& facilè ad tactum deprehenditur carne scilicet denudatus; Estq; interior ea [t] cru- t li.ii.t.ii.κ.
Malleolus interior. ris pars, quam communiter Malleolum appellamus. In ima istius processus sede
impressio celatur, ex qua cartilagineum producitur [u] ligamentum, tibiæ os calci u li.ii.t.viii.λ
colligans. Hæc etiam appendix in humiliori anterioris lateris regione [x] sinum x ta.vi. fi.ix.
proponit oblongum asperum, & inæqualem, à quo ligamentum educitur, quod iuxta L
tibiæ, tali [y] ceruicem iungit. Posterior quoque huius appendicis sedes, vbi mal- y ead. fi.x. N
leolum educit, leuiter introrsum excauatur, & sinus quosdam ostendit transuer-
sis quibusdam ligamentis circundatos, sub quæ tutò vti dicemus, aliquot [z] mu- z li. ii. ta. vx. fi.i. D E O P.
Malleolus exterior. sculorum tendines, nullam in partem deflectentes feruntur. [a] Fibulæ appendix, a t.i.ii. iii. Φ
crassior & ipsa efficitur, & externum constituens malleolum, eo tibiæ appendi- t.vi.fi.ix. E.
ce decliuiùs fertur, quo hæc altius ad genu sursum porrigitur, atque ideò fit, vt
rarius in externum latus, quàm in internum talus luxetur, adeo vt longitudine
pares omnino euadant. Huiusce appendicis processus internum latus constituens
adeo gibbus est, & cartilagine obductus, vt ipse potius à talo suscipi, quàm se-
cus, videatur: nihilominus tamen externum tali latus vniuersum appositè ob-
tegit. Appendix hæc, vnà cum tibiæ appendice vndequaque talum amplexatur,
præterquam sede [b] anteriore, vbi etsi minimè illis integitur, tendinibus tamen per b t. i. ii. Ω ta. vi. fi. x. o
pedis ceruicem ad digitos deductis optimè occultatur; nec non etiam [c] posteriore, c t. i ii. Ω. t. vi. fi. x. r.
vbi tendinibus pariter quibusdam obtegitur in calcem insertis, alijsq; pedem hàc
Talus inconspicuus. adeuntibus; ita vt nusquam talus contangi queat; quos enim Malleolos appella-
mus nihil præterea sunt, quàm duo hæc capita, siue appendices tibiæ fibulæque, vti
dixi-

diximus; quorum exterior, sinum posteriori latere obtinet transuerso ligamento
obtectum, sub quo sexti, septimique pedem mouentium musculorum tendines
d li. ii. t. xv. deducuntur. Ima verò interni lateris parte in posteriora paulùlum [d] sinus al-
fi. xvii. g. ter eo inferior consistit, profundus, atque asper, cartilagineum educens [e] liga-
e t. vi. fi. ix. Y mentum, quo fibula talo propriè nuncupato deuincitur. Cæterum tibia fibulaq;
f ead t. tota sui longitudine [f] inuicem dehiscunt; Cùm enim tanta sit tibiæ capitum,
cui fibula committitur, crassities, tantaque reliqui corporis tenuitas, nullo pror-
sus modo, cùm ambæ recta porrigantur, sese possunt contangere. Fibula qui-
g ead. o p. dem in [g] medio nonnihil introrsum curuatur, ibique eo magis minùs'ue tibiæ
committitur, quo maior minor'ue ipsius obliquitas existit. Porrò vniuersa fi-
h ead. ff. bulæ amplitudo, (præter externum latus à [h] medio deorsum, partisque huius
appendicem, quæ excarnia visuntur,) musculis quibusdam obtegitur, ita fibu-
lam amplexantibus, vt cedentem propeque triangularem reddant, potissimum
i ead. αα. secundum longitudinis medium, qua in parte anteriùs exacuitur, lineamq; [i] in- *Fibulæ secun-*
signiter prominentem edit, primum trianguli angulum constituentem. Poste- *dum longitudi-*
riùs quodammodo plana est, ac lineas euidenter extuberantes vtrinque adipisci- *nem figura.*
K ead. ββ. tur, quarum interna [k] secundum angulum, externa [l] tertium constituit; Tribus
l ead. x. m li. ii. t. iii. hisce angulis tria continentur latera. Primum inter secundum primumque [m] an-
iiii. vi. Ψ t. gulum reponitur, & vnà cum externo tibiæ latere [n] musculis quibusdam cedit,
n iiii. t. Ω. v. φ qui ab anteriori cruris sede in superiorem pedis regionem feruntur, de quibus
suo loco. Hoc præterea in latere parua consistit linea, principium musculo pol-
o li. ii. t. v. Φ licem [o] extendenti porrigens. Secundum latus, primo tertioque angulo inter-
p li. ii. t. vi. Φ. iacet, amplum, modicè cauum, atque asperum, & per ipsum [p] septimus, [q] octa-
q ead. Ψ. uusque pedis motores musculi deferuntur; octauus verò ex asperitate, qua vniuer-
sum hoc latus prædictum est, omne sui principium assumit. Tertium latus in-
ter secundum, & tertium angulum consistit; per quod musculi suram efforman-
r li. ii. t. xiiii. tes feruntur, ac potissimum qui secundum [r] os pollicis flectit, cuius principium
A. ex isto pendet latere. Verum aduerte, [s] membranam ex secunda linea educi,
s lib. ii. t. xv. quæ spacium omne inter tibiam fibulamque intersitum opplet, atque ambas de-
fi. xvii. a. uincit, in secundam tibiæ lineam sese inserens, quæ triangularis & ipsa quodam- *Tibiæ figura.*
modo est: Ac prima ipsius linea, siue angulus in anteriori sede consistit, eaque
est quam communiter spinam vocamus. Secunda exteriorem, Tertia interiorem
sedem occupat: ac tertia quidem obtusa est, ac propemodum teres, secunda pau-
lò est, acutior, ac tenuior. Tres huiusmodi lineæ tria etiam latera constituunt,
Primùm secunda & tertia circunscribitur, planum, & quadantenus sinuatum;
ac per ipsum ijdemmet musculi deferuntur, quos per primum fibulæ latus ferri
retulimus. Secundum prima & tertia terminatur linea; egregiè incuruum, nec
vllo tamen obtectum musculo. Tertium inter primam tertiamque lineam con-
sistit; haud impensè cauum, & musculis suram efformantibus occupatum, eoque
t li. ii. t. xiiii. potissimum [t] qui tertium os quatuor digitorum flectit, & illo quem pedis mo-
Ξ. u li. ii. ta. xv. torem [u] quintum statuemus. Ad elatiorem præterea tertij huius lateris sedem as-
D E. pera, & transuersim porrecta linea conspicitur, in quam [x] musculus ille inseritur,
x li. ii. t. xv. fi. i. D E qui latitans in poplite musculus nuncupatur.

De Patella. Cap. 29.

a t. i. ii. iii. Ξ. AD anteriorem genu compagem [a] os quoddam spectatur instar scuti rotun- *Patellæ situs,*
dum, anteriùs posteriusq; nonnihil planum, posteriore sui sede articulum *& figura.*
spectante, læue, ac lubrica cartilagine incrustatum. Id in medio suæ longitudinis
tubere prominet, in sinum, quem in medio duorum femoris capitum insculpi
dicemus, inserto. Ad tuberis huius latera duæ impressiones occurrunt, dicta ca-
pita excipientes. Et quemadmodum externum caput interno maius esse retuli-
mus, sic quoque intelligendum est, patellæ sinum ad grandius caput pertinentem

longè profundiorem esse, atque ampliorem. Patella hæc, anteriori sede, ac in lateribus aspera est, & foraminulis quibusdam ferè delitescentibus incisa: Humiliori autem sede apicem exigui processus instar adipiscitur, qui exteriorem tibiæ partem respicit; estq; is perinde asper, & foraminibus insignitus, quò [b] musculorum b li.ii.t.vi.fi.x.r.
crus extendentium tendinibus firmiùs adhæreat, quibus vndequaque cohæret, præterquam ea in sede, cui [c] cartilaginem obtendi diximus. Estq; illud notatu dignum, patellam hanc femori, aut cruris ossibus, nequaquam conseri, vel alligari, sed vi tendinum, ac membranarum ex quibus educitur, prædictis ossibus arctè deuinciri. Os is adultis impensè solidum est, ac durum, quemadmodum eo à tendinibus, & cartilaginibus, quibus inuoluitur, probe deterso, perspicuum euadit; In infantibus autem vsqueadeo tenerum occurrit, vt cartilaginis naturæ compos videatur; Estq; id sui muneris, ne femoris capita in priora luxari sinat; quod quidem eo deficiente sæpius accideret, potissimum cùm genu flectimus, aut per decliuum aliquem siue scalas descendimus; aut vbi cruribus innixi, & corpore in priora acto, vi aliquid molimur. c li.ii.t.xv.fi.i.123.

Patella quomodo femori alligetur.

De Pedis Ossibus. Cap. 30.

Pedis ossa quot.

PEs [a] in talum, calcem, os nauiculare, ceruicem, pecten seu plantam, & digitos dirimitur, idq; non minus in brutis, quibus is in digitos finditur, quàm in homine: quod quidem intelligi volumus, pedem in ipsis à tertio cruris articulo deorsum metientes: secus quàm nonnulli factitarint, qui cùm viderent pleraque bruta nihil præter digitos humo figere, eam duntaxat partem pedis nomine dignarunt; minimè aduertentes, sese hac dimetiendi ratione tres in quolibet crure articulos constituere, cùm alioqui duo tantum habeantur. Scire igitur oportet primum pedis [b] os græcis ἀςράγαλον, latinis Talum vocari; quibusdam Balistæ nux eò quòd ipsi quadantenus assimiletur, appellatum est. In elatiorem istius ossis sedem, sura tibiaq;, vti diximus, inseruntur; ideoq; huiusmodi pars teres nonnihil, & lubrica cartilagine obducta est. Dein à lateribus paulò magis quàm antè, aut ponè tumescit. In eius enim medio, nonnihil versus internum latus, per omnem partis huiusce ductum à posterioribus in priora, minimùm altè depressus habetur riuulus, quartæ rotulæ parti quodammodo similis. Pars hæc quatuor prædita est lateribus, quorum primum, & secundum angulos ipsius occupant, ipsamq; secundum longitudinem comprehendunt; Tertium anteriùs, quartum posteriùs consistit; ita vt hoc tali os quadratum euadat, vnde latinorum nonnulli Quatrium ipsum appellarunt. Ex quatuor hisce lateribus internum, & externum leui cartilagine obducuntur: suntq; leuiter reducta, licet minimè pari vtrinque modo. Internum nanque latus minus cauum est, & fouea longè minor, quemadmodum etiam inferioris tibiæ appendicis processus minor est, & cartilagine pariter incrustatus. Externum impensiùs cauum visitur, & cartilago latior, ita vt interni lateris fibulæ processus insertioni congruam sedem adaptet, qui vti diximus, deorsum magis quam tibiæ processus exporrigitur. Haud secus quoque internum tali latus aspero sinu insculpitur, cui [c] ligamentum inseritur, quod ab interno processus tibiæ latere produci, ipsumque ossi colligare diximus. Externum pariter latus, alterum quoque sinum adipiscitur, qui [d] ligamentum excipit ab externo fibulæ processu, qui malleolus communiter dicitur, eductum, & fibulam ossi, de quo agimus, colligans. Articuli huius ope pedem extendimus, atque reducimus. Talo itidem ad infimam posterioris lateris partem asperitas adest, ligamenta quædam ex tibia producta excipiens, nec non alia in calcem inserta educens. Duos adhæc sinus latus hoc sibi vendicat, alterum introrsùm, maiorem; alterum extrorsum minorem; qui [e] musculorum ima pedis subeuntium [f] tendines vehunt. Ab anteriori autem latere, [g] processus ceruicis instar oblongus educitur, in caput rotundum, & lubrica cartilagine incrustatum desinens, atque alto [h] nauicularis dicti ossis sinui sese inserens. Contextus huiusce opera, pedem in latera, & in orbem

Talus. *Talus quomodo cruris ossibus connectatur.* *Tali latera quatuor.* *Sinus.* *Asperitas.*

a t.vi.fi.x.
b t.i.ii.iii. a t.vi.fi.x.r.
c lib.ii.t.xv. fig.xvii.f.
d ead.g.
e lib. ii.t.xv. 1.2.3.
f ead.E.O.P
g t.vi.fi.x.N
h ead. inter O & N.

orbem agi arbitror. Ac ceruix quidem superiori parte asperitatem obtinet, spiraculis quibusdam insignitam, ex quibus pars ligamentorũ educitur, [i] quæ musculorũ pedis digitos adeuntium tendines comprehẽdunt. Inferior tali pars duplici sede calcis osſi articulatur, cui duntaxat incumbit; [k] posteriori scilicet regione, vbi calcem grandi tuberculo donari audies, amplum sinum subeunte, talo ad inferiorem partem exculptum; atque [l] anteriori, versus internum pedis latus; qua in parte calcis os longo sinu, & cartilagine obducto, insignitur, qui tuberculum in humiliori tali capitis sede consistens excipit, quod in nauicularis osſis sinum inseri diximus. In horum duum articulorum medio, & calx & talus exasperantur, sinusq; quosdam profundos obtinent, ex quibus cartilaginea quædam ligamenta educuntur, eos inuicem validiſsimè connectentia.

i li.ii.t.x.ii. iii.Δ. — k t.vi.fi.x.O. — l ead.A. — *Talus quomodo calci articuletur.*

De Osſe Calcis, & Nauiculari. Cap. 31.

SEcundum pedis os [a] Calcem efformat, omnium longè maximum, & prioris instar, durum. Ac pars quidem ipsius inferior, qua pedem [b] firmamus, teres ac latiuscula est, aspera & inæqualis, musculorum quorundam inde productorum occasione. Ad partis huius extremum posteriora versus insigne Tuberculum educitur, à cuius [c] anteriori sede [d] musculus enascitur, quem secundum quatuor digitorum os flectere dicemus; nec non ea musculosæ [e] carnis portio, quam quatuor in partes dirimi, & quatuor digitos pollicem versus adducere docebimus. Tuberculum id vsum hunc præstat, ne talo incumbentes, prædictos musculos comprimamus. Superior huiusce osſis pars à posteriore tali ad posticam vsque ipsius calcis regionem, teres quodammodo est, & in medio sinuata; exiguam obtinens asperitatem, cui tibiæ, ac tali ligamenta inseruntur. Sedes calcis postrema euidentiùs extrorsum, quàm cruris osſa, porrigitur, quo quidem efficitur, vt tutiùs pedibus insistamus. Ad ipsius verò extremum, versus posteriora asperitates quædam occurrunt, & riuuli, quibus validiſsimus vniuersi corporis [f] tendo, vt suo loco docebimus, implantatur. Internum calcis latus, in medio euidenter cauum, ab extremis autem prominens conspicitur, idque processuum, qui ad ipsius extrema consistunt, occasione. Per huiusmodi sinũ, tutò [g] musculorum pedis inferiora petentium tendines deferuntur, vnà cum vena, neruo, & arteria, iuxta posteriorem anterioris huiusce lateris processus partem reflexi; cuius interno lateri sinum insculpi diximus, tali tuberculum excipientem; ex posteriore autem lateris huius processu [h] musculum prodire dicemus, pollicem à reliquis digitis abducentem. Externum calcis latus nullo prorsus sinu donatur, imò asperum est, inæquale, atque excarne, præterquam inferiore sede, ex qua [i] musculus educitur, quo paruus digitus à cæteris remouetur; nec non etiam anteriore, quæ leuis, & modicè caua est, tendinibus cedens per ipsam repentibus, [k] septimi octauique pedem mouentium musculorum. Ex anterioribus calcis partibus, quæ è regione pollicis consistit, apicem eum, processus modo edens, quo internum istius osſis latus profundius effici diximus, talo duntaxat, vti diximus, articulatur; Pars autẽ exterior, minimo digito situ respondens, anteriore sui facie læuis est, & lubrica cartilagine obducta, compressumque caput obtinet, ad latera quodammodo suspensum, in medio sinuatum, quod minimè in sinum, vt Vesalius prodidit, sed in quarti osſis pedij aleæ consimilis [l] caput, cartilagine pariter incrustatum inseritur, eo articulationis genere, quæ Arthrodia dicitur, Diarthrosis species. Tertium pedis os [m] Nauiculare à Scaphæ imagine appellatur, posterioríque sede cauum, & longum [n] sinum obtinet, tali caput vti diximus excipientem. Anterior ipsius regio lubrica cartilagine obducta, ternas facies, siue latera exhibet, tria tarsi [o] osſa, singula suum, excipientia. Latera huiusmodi planam vsque adeo superficiem obtinent, vt nullum in ipsis sinum, nullum posſis Tuberculum animaduertere: reliquum verò versus internum pedis latus, grandius, insigniùsque prominens visitur, quòd os cui conseritur, duobus quoque alijs tarsi osſibus ampliùs, atque profundius existant. Superior istius osſis regio gibba est, & rotulæ non nihil similis, sed quadantenus aspera, exque huiusmodi

a tab.ii.iii a. t.vi.fi.x.Δ. — b t.vi.fi.xx. — c ead.Y. — d li.ii.t.xiiii. Θ. — e ead.λ.μ.t.xv. fi.i.N. — f li.ii.t.xiiii. — g li.ii.t.xiiii. ς χ. — h li.ii.ta.xvi. χ. — i li.ii.t.ii. π. t.xiiii.V. — k lib.ii.ta.vi. Φ Ψ. — l t.vi.fi.x.A.4. — m ead. Θ. — n ead. inter Θ & N. — o ead. 1.2.3.

Ima calcis pars. — *Tuberculum.* — *Tuberculi vsus.* — *Internum calcis latus.* — *Externum.* — *Anterior calci pars.* — *Nauiforme os.* — *Anterior ipsius pars.* — *Superior.*

huiusmodi asperitate ligamenta prodeunt, os id nauiforme, talo & tarsi ossibus colligentia. Inferior sedes leuiter sinuata occurrit, pedis adaugens cauitatem, estq; hæc superiore asperior, quò ligamenta hinc validiora educantur. Hæc quoque sedes versus internum sui latus sinum insuper adipiscitur, per quem sexti [p] musculi pedem mouentis tendo reflexus prorepit. Terna hæc calcis ossa, nec sibi inuicem, nec brachialis ossibus vlla ex parte correspondent.

Inter pedis, & manus ossa nulla est similitudo.

p li.ii.t.iii.v.

De Tarso. Cap. 32.

Tarsus quot ossibus constet.

Tarsus [a] brachiali quodammodo similis est, etsi ex quaternis duntaxat ossibus construitur, quorum tria proprijs destituta nominibus, nauiformi vti diximus articulantur. Quartum aleæ non prorsus absimile, sena obtinet latera; Primum anterius, quod duobus pedij ossibus committi diximus; Tertium interius, quod eiusdẽ tarsi ossi sibi proximo coarctatur; Quartum externo pedis lateri correspondet, obscurè adeo, planum, vt lateris nomen nequaquam ferè mereatur; Quintum sursum vergit, nulli præterea ossi consertum; Sextum inferiora spectat, nulli quoque ossi adiunctum, estque cæterorum omnium maximè inæquale. In hoc latere longus consistit [b] sinus, septimi pedem mouentis [c] musculi tendinẽ transmittens; nec non etiam Tuberculum, cuius ope terræ firmatur. Verùm quia nonnulla istius ossis latera, vsqueàdeo angusta & inæqualia sunt, vt tesseræ latera non nisi obscurè referant, imo verò grandinosa videantur, Os grandinosum Arabes vocarunt. Alij πολύμορφον, vt Cuneiforme à multiplici forma nuncuparunt. Os id, vti diximus, calci compingitur, soloque innititur; reliqua tria, & Nauiforme terram minimè attingunt, sed ex hac parte profundum sinum efformant. Hæc tarsi ossa, non minus quàm brachialis, figura, magnitudine, ac situ inter se variant. Quod enim tesseram refert, & primũ, quod internum pedis latus occupat, ijs, quæ in medio habentur, magnitudine præstant; & tesseræ consimile grandius primo est; & quemadmodum illud, versus calcem insigniter porrigitur, sic primum antrorsum magis eminet, quàm quæ mediam obtinent sedem. Tertium os, quod tesseram referenti assidet, secundo maius est, & antrorsum magis porrectum; ambo tamen simul iuncta, cunei figuram præ se ferunt, superiùs nanque lata, inferiùs angusta occurrunt. Tertium, priuatim inferiùs magis coarctatur, antrorsum magis productum, & secundo demissius quod inter primum ac tertium delitescit; atque in inferiorem tertij huius apicem quinti pedem mouentis [d] musculi tendo inseritur. Ossa hæc tamen omnia, simul iuncta figuram superius quodammodo teretem, inferiùs concauam, vt in pede conspicitur, efformant. Tria huiusmodi ossa, iuxta posteriorem sedem nauiformi cohærentem, lubrica inuicem cartilagine committuntur; reliquis in partibus, mutuò nonnihil distant, & cartilagineis quibusdam ligamentis copulantur.

Reliqua tria ossa.

Trium tarsi ossiũ discrimen.

a t.vi.fi.x.1.2.3.4.

b ead.x.

c lib.ii. t.xv. fi.i.xv.

d ead.DE.

De Pectine, seu planta pedis. Cap. 33.

Plantæ pedis ossa quot.

Pedis Pecten, propriè loquendo, [a] superior pedis regio, Tarsum inter, ac digitos, appellatur; Plantæ verò nomine, subiecta sedes, pectini respondens, intelligitur. Ipse tamen duas hasce partes nullo discrimine, nunc Plantam, nunc Pecten vocabo, cùm vnum idemque sint, sitque apud cæteros Anatomes professores ita in more positum. Planta hæc pedis manus postbrachiali consimilis existit, præterquam quòd quinque ossibus prædita est, quæ omnia tarsi ossibus seriatim committuntur, læuibus quibusdam capitulis, adeoque obscurè prominentibus, vt non immerito planis ea superficiebus coarctari dixeris. Ex his, quod pollicem sustinet primo tarsi ossi cõferitur; secundum indicem fulciens, secundo; Tertium medio præpositum tertio committitur; postrema duo tesseram referenti attexuntur, perinde atque octauo brachialis ossi, duo postbrachialis ossa paruum mediumque digitũ sustinentia coarticulari retulimus. Et quemadmodum inter articulum ossis, quo paruus digitus innititur, & brachialis, ossiculum sesamo semini consimile haberi prodidimus, haud

Ipsorum ad tarsum connexus.

a t.vi. fi.x.1.2.3.4.5.

secus

b ta.vi. fi.x. χμ. secus quoque in pede [b] alterum conspicitur, inter quinti ossis pedij, & quarti ossis Tarsi articulum consistens. Vtque tarsi ossa, alia alijs antrorsum magis protendi diximus, sic quoque ex pectinis ossibus, aliud altero magis in posteriora porrigitur. Omnia tamen hac in parte crassa existunt, capitibus quibusdam ferè triangularibus prædita, quorum medio ossa inuicem à lateribus quodammodo læuibus, ac planis cômittuntur, eo articulationis genere, quæ Arthrodia dicitur Synarthrosis species. Cæterum, donec digitis committantur, sensim angustiora redduntur, inferiùs acuta, superiùs verò rotunda; atque inter vnum alterumque os [c] spatium interiacet, quo [d] musculosæ illius substantiæ portio reponitur, quam primos digitorum articulos flectere docebimus. Quà verò digitis copulantur, postbrachialis ossibus omninò assimilantur, suamque obtinent appẽdicem in teres caput desinentem, à superis ad infera nonnihil magis, quàm ab internis ad externa exporrectum, quod sinum primi digitorum ossis, vnumquodque suũ subingreditur. Verum quod pollicem sustinet posteriùs in infima sui sede, quæ tarso committitur, non quidem processum, vt Vesalius asserit, sed exiguum obtinet [e] fossiculum, cui septimus pedis motor musculus inseritur. Os verò cui paruus innititur digitus, vbi eidem tarso connectitur [g] processum educit, in externum pedis latus porrectum, cui [h] octaui pedem mouentis musculi tendo implantatur.

Marginal references: Ξ; c ead. VV.; d lib. ii. t. xv. fi. i. L.; e t. vj. fi. x. π.; f lib. ii. t. xv. fi. i. xv.; g t. vi. fi. x. ρ.; h li. ii. ta. xv. fi. i. A.

Marginal notes: *Spatium inter pectinis ossa.* — *Digitorum ossibus quomodo articulentur.* — *Os pollicem sustinens posteriùs in infima sede processum non habet.*

De Pedum digitis. Cap. 34.

a ta. vi. fi. x, Α Ξ. PEctinem siue Plantam pedis, digiti subsequuntur, [a] singuli, vt manus quoque digiti, ex ternis ossibus constructi, præter pollicẽ, quem [b] bina duntaxat explent. Quorum prius, primum pectinis os cõstituit, confertque vt faciliùs pedem figamus, non parum quoque ad id conferentibus ossiculis [c] sesami semen referentibus, quę in priore digiti articulo consistunt, vt de his priuatim agentes diximus. In reliquis ossa huiusmodi eandem omninò cum manus digitis figuram sortiuntur, ideoque illud duntaxat de his, sermoni adijciam, vtriusque pedis ossa, vno pauciora quam manus haberi. Manus enim septem & viginti efformatur ossibus, præter sesamina; octo scilicet brachialis, quatuor postbrachialis, & quindecim digitorum. In pede sex & viginti habentur, Calx nimirum, Talus, Nauiforme, quatuor Tarsi, quinque Pedij, quatuordecim digitorum. Atque hæc ad ossium historiam satis superque. Superest modo vnguium, & cartilaginum tractatio.

Marginal references: b ead. φχ.; c ead. ψω.

Marginal note: *Singuli digiti quotnã ossibus constent.*

De Vnguibus. Cap. 35.

a t. vii. fi. xiiii. VNgues [a] vsque adeo noti omnibus sunt, vt de his mihi longo sermone agere, non sit opus. Illud intellexisse sufficiat, eos ex ossium, ligamentorum, tendinũ, carnis, & cutis concretione gigni; & superiori tertij digitorum ossis radici, validissimo ligamento adhærere; cute foris obtendi, intus verò carni vsquequaque affigi: sensu omni destitutos esse; & pilorum instar, perpetuò à radice incrementum suscipere. Quod quidem euidens argumentum est, eos peculiari vena nequaquam enutriri, vt nonnulli existimarunt. Vngues digitis pro fulcro sunt, quò melius quiduis possint comprehendere.

Marginal notes: *Vngues ex quibus extruãtur* — *Vnguium vsus.*

De Palpebrarum Cartilaginibus. Cap. 36.

a t. vii. fi. xvi. VTriusque oculi Palpebræ tam inferior quàm superior, [a] cartilaginẽ obtinent, longam, tenuem, ac teneram, ambarum oras succingentẽ. Atque ab ea pili Cilia vocati enascuntur, vti sanè oportuit, quò erecti seriatimque dispositi consisterent, remorum in triremi ritu, vnde hasce cartilagines græci Ταρσὺς vocarunt.

Marginal note: *Oculi cartilaginis vsus.*

De Aurium Cartilagine. Cap. 37.

a li. ii. t. i. I. AVris [a] cartilago tenera est ac tenuis; semper tamen eo magis durescit, quò propiùs cranio accedit, vnde producitur, ducto principio ex foraminis [b] auris orbiculo, qui in temporum osse conspicitur; ideoque ossis huius orbiculus toto ambitu subasper occurrit. Auris autem munus est, aerem colligere, efficereque vt in ingressu

Marginal reference: b t. iiii. fi. i. O.

Marginal note: *Auris munus.*

gressu strepitum edat maiorem, vti perspicuo visitur, cùm impetuosior quispiam ventus ora nobis percutit; maximum nanque intra aures sonitum excitat, per eas veluti per cochleam ingrediens.

De Nasi Cartilaginibus. Cap. 38.

Prima & secunda nasi cartilago. *Tertia.* *Quarta, & quinta.*

NAso quinque adsunt cartilagines, quarũ [a] duæ priores, ab inferiori nasi ossium sede prodeunt, & deorsum porrectæ, sensim ac sensim teneriores euadunt, ac veluti in cartilagineum ligamentum terminantur, anteriorem omnem nasi regionem, ab imis ossibus ad ipsorum vsque apicem, constituentes. Ab octaui etiam capitis ossis processu, quo nasum intersecari tradidimus, altera enascitur cartilago, instar ligamenti mollis, quæ antrorsum procedens, interna sede, anteriori duarum prædictarum cartilaginum regioni, secundum ipsarum longitudinem adnectitur. Cartilago hæc nasum ab ossibus deorsum intersecat, & duo ea constituit foramina, adeo se introrsum exporrigens, vt ossi, quod nasi concauum palato respondens, dirimit, adiungatur. Præter hasce cartilagines, aliæ insuper [b] duæ in naso habentur, prioribus multo molliores neruosioresque, quarum vtraque principium foraminis nasi à suo latere constituit. Cartilagines hæ interna sede supra commemoratis colligantur, & solæ motu pollent, eundem alijs impertientes. Harum cartilaginum latiores, molliores que partes, ad nasi latera sedem obtinent; nasi Alæ Anatomes professoribus dictæ, quòd inter respirandum referentur, occludanturque duarum alarum instar.

a li.ii.t.iiii.x b ead.I.

De Laryngis Cartilaginibus. Cap. 39.

Prima laryngis cartilago. *Guttur cur magis in viris quã mulieribus conspicuum.* *Secunda cartilago gutturis.*

LArynx [a] prius illud foramen est, ex duobus, quæ in faucibus occurrũt; per quod in pulmones aer defertur, ex tribus constans cartilaginibus; quarum [b] prima anteriorem ipsius sedem occupat, eum gulæ nodum efformãs, quem communiter guttur appellamus; estque cæterarum longè maxima, foris quidem [c] gibba, intus verò [d] sima, rotulæ, aut scuti veteris instar, vnde latinis scutiformis, idest scuto similis dicta est; & superiùs, quam inferiùs longè amplior existit. Et quamuis extrorsum magis in viris quàm in mulieribus prominere videatur, glandularum quarũdam occasione, quas hæ ad cartilaginis huiusce latera sortiuntur, quibus teres collum redditur, & guttur occultatur; æquè in his tamen atque in illis extrorsum porrigitur; licet minor alioqui mulieribus, larynx vniuersa, quàm viris obtigerit. Porrò in vtrisque cartilago hæc bipartita conspicitur, vt liquido [e] linea demonstrat, eã ab imo ad summum intersecãs, quæ indissecta etiam cartilagine, superpositis ipsi ligamentis probè detersis, obuia occurrit. Iure itaque magis, geminæ cartilagines, quàm vnica essent dicendæ, quoniam tamen cæteri vnam fecerunt, eam forsam iam in homine copulatã spectantes, ipsi quoque vnicam nũcupabimus: Quæ tam supera, quàm infera sede, binos educit processus, vtrinque singulos; quorum [f] superiores lõgiùs porrecti, [g] inferioribus ossis hyoidis lateribus, [h] neruosorum quorundam ligamentorũ ope obstringuntur; inferiores [i] posteriori [k] laterum secundæ cartilaginis parti alligantur. Secunda hæc cartilago, minor est prima, & maior tertia, totaque propemodum ad [l] posteriorem laryngis sedem, iuxta æsophagum reponitur; & quidquid primæ ad absolutam scuti veteris figuram effingendã deest, superiori, posteriorique sede abundè supplet; insigni vtrinque educto processu [m] in cuius vtriusque extremo sinus insculpitur, in quem inferiores primæ processus excipiuntur. Inferiore verò sede integrum circulum edit, cuius anterior pars in faucibus conspicitur sub radicem primæ cartilaginis. Secunda hæc cartilago intrinsecùs [n] læuior est; posteriore autem sede stomachũ spectante, longam sibi [o] lineam vendicat, dorsi modo secundum ipsius longitudinẽ exporrectã cuius medio [p] sinus duo in hac cartilagine consistentes dirimuntur, ex quibus duos [q] musculos in tertiam consertos educi trademus. Elatior pars posterioris lateris huiusce cartilaginis, in duo longa [r] tubercula vtrinque vnum desinit, quorũ interuentu tertiæ cartilagini, vti docebimus, adnectitur. [s] Humilior secundæ cartilaginis pars, vbi laryngis posteriora constituit, subtenuis occurrit, deorsumque magis quàm aliarum vlla, cõtendit; ob id scilicet, vt inde musculi educerentur, [t] quos per

a t.vii.fi.i.ii. b t.vii.fi.iii. iiii.V. c t.vii.fi.v. d t.vii.fi.iiii. e ta.vii.fi.ii. iii. G H. f ta.vii.fi.iii. iiii.v. A B. g ta.v. fi.vii. E F. h li.ii. t.xvi. fi.ii.iii. i ta.vii. fi.iii. iiii.v.c d. k t.vii.fi.viii. E F. l ta.vi.fi.vii. viii. m t.vii. fi.vi. vii.K. n t.vii.fi.vi.I o t.vii.fi.vii. viii. L M. p ead. N O. q li. ii. t.xvi. fi. vi.p. r ta.vii.fi.vi. vii. P Q. s t. vii. fi.vi. vii.viii. L. t lib.ii.t.xvi. fi.vi.P.

omnem



omnem secundæ cartilaginis ductum decliues expandi, atque in tertiam inseri dicemus. Huic cartilagini veteres nullum nomẽ indiderunt; propterea eam nonnulli innominatam appellarunt. Vesalio anularis dicta est, quod anulum quodammodo referat, quẽ sagittarij Turcæ gestant in dextræ manus pollice. Tertiam laryngis [u] cartilaginem græci ἀρύταιναν, hoc est gutturnium, siue phialam appellant, quia cùm integra est, & membrana asperam arteriam intus succingente, obducta, gutturnij ori quo aqua manibus affunditur, per quàm similis existit, Hæc, etsi, re vera, duabus constituitur [x] cartilaginibus, dictorum ligamentorum, & laryngem succingentis membranæ beneficio laxissimè inuicem colligatis; quia tamen commemoratis membranis obtecta, vnica videtur, cumq; maxima Anatomicorum pars, ipsam minimè diuidant, ego vnicam perpetuò nuncupabo; illud tamen admonens, duas eã in partes dirimi, & in vtralibet earum partem [y] profundum spectari sinum, [z] secundæ cartilaginis tubercula suscipientem; Ita vt vniuersa hæc cartilago non minus ad internum, quàm ad externũ laryngis latus, cæteris omnibus longè faciliùs moueri possit. Vtraque pariter huiusce cartilaginis pars, infernè quam supernè longè amplior occurrit; pars vero ipsius anterior, in longum desinit [a] processum, laryngis interiora subeuntem. Superiùs Apices sensim, ac sensim mutuò [b] dehiscunt, prout magis à principio distant; ac dein in posteriora tendentes, & tenuiores, molliores que redditi, atq; adipe obliniti, mutuò rursus vniuntur ([c] vacuo in medio relicto) superiores vnius, & alterius partes, & sedem efformant [d] vasis os, quo aquam manibus affundimus, æmulantem. Cartilago hæc vsqueadeo mollis flexilisque inibi est, vt vomentibus antrorsum reflectatur; ac laryngem adeo exquisitè integit, vt nullo prorsus modo, vel tantillũ quid in pulmones illabi queat. Tribus hisce cartilaginibus, alia [e] mollis accedit, quæ, substantia perquàm similis est elatiori tertiæ cartilaginis sedi, cui committitur, apprimè congruum efficiens operculum. Cartilago hæc iuxta elatiorem internamq; primæ cartilaginis partem, [f] ampla & antrorsum curuata basi enascitur; ac introrsum procedens, in apicem [g] veluti triangularem desinit, qui stomachi regionem versus, exporrigitur; superiore autem parte palatum respiciente, nonnihil prominẽs & tenera est; inferiore, quæ laryngem obtegit, sima est, & multò quàm superiùs durior. Ipsius apex, stomachum respiciens, insigniter mollis occurrit, membranaque adeo crassa obducitur, vt ligamentum videatur. Quæ primæ cartilagini, sedes cõmittitur, multa quoque adipe referta est, & longè mollior quàm in medio. Huiusmodi cartilago Ἐπιγλωττὶς græcè dicta est, quasi supra linguã dicas: non quòd ipsius summitas linguæ, sed [h] quòd rimæ superincumbat, quam duo tertiæ cartilaginis [i] processus cõstituunt, tibiarum linguæ similem. Reliquæ faucium cartilagines ad pulmones vsque occurrentes [k] C. literæ figuram exprimunt. Quod ideo effectum est, ne posterior asperæ arteriæ pars, cui æsophagus adhæret, deglutitionem impediret; suntque omnes eò molliores, quò propiùs pulmoni accedunt. Hæc ea sunt omnia, quæ ad cartilaginum ossiumque historiam pertinent. Appendicibus ergo & cartilaginibus prolixitatis vitandæ gratia dimissis, nec non etiam ossiculis sesamo semini similibus, quę octo & quadraginta ad summum in manibus, totidemque in pedibus in quibusdam habentur; ossa omnia, prout in humanis corporibus communiter visuntur, alia supputatione, ducenta vigintiquatuor, alia verò ducenta & quindecim cõsurgunt; Quorum octo caput obtinet; aures sex; maxilla superior duodecim; duo inferior; os hyodis vndecim; quatuor & viginti dorsum; sacrum os sex, & nonnunquam quinque; quatuor Coccyx; Costæ viginti quatuor habentur; Pectoris ossis, tria sunt; alia verò supputatione septem: scapulæ duæ; duæ clauiculæ; sex brachiorum; octo brachialis vtriusque; quatuor postbrachialis; singulorum digitorum tria. Coxendicis duo sunt ossa; alia supputatione sena, femorum duo; quatuor crurum; vnum vtriusque genu; vnus in vtroque pede talus; vnum nauiculare; quaterna tarsum constituunt; quina pedium; terna digitorum quemlibet, præter pollicem, cui bina duntaxat obtigerunt.

u t.vii. fi. ix. x.xi.
x ead. R S.
y ta.vii.fi.x. xi.xv.
z ta.vii.fi.vi. vii.viiii.P Q.
a t.vii. fi.ix. x y.
b ta.vii. fi.x. xi.Z.
c ta.vii.fi.ix. x.xi. T.
d lib. ii. t.xv. fi.ix.x.xi.l.
e ta.vii.fi.xii. xiii. lib.ii. ta. xvi. fi. iiii. v. vi.xi. L.
f ead.a.
g ead.b.
h li.ii.t.xvi. fi. xi.c. fi.xii. xiii.d.
i ta.vii. fi.ix. x. T T.
k t.vii.fi.xiii. xiiii.

Tertia Cartilago ex duabus constat.

Laryngis operculum.

Gulæ Cartilagines.

Ossium numerus.

CHARA-

CHARACTERVM, QVI TRIBVS PRIMIS OSSIVM TABVLIS ADHIBENTVR, INDEX.

TRIBVS *hiſce figuris ijdem ferè inſcribuntur characteres: quanquam ſi quis illarum alicui tantummodo peculiaris fuerit, ex numero promptè obſeruabitur, quem ſingulis modò characteribus ſubijciam in Indice, quo potiſsimum inſtitui oſsium nomina ſimpliciter aſcribere, eaq́; Latina & à probatis auctoribus hactenus magis uſurpata. Cæterùm hic monitum volo Lectorẽ, primam figuram plurimum ab illa Veſalij differre, vt quæ vitio non careat: quod facile animaduertet, quiſquis partes in quibus ab eo diſſentio, cum natiuis contulerit.*

A 2. 3. Sutura coronalis, arcualis, ſutura puppis.

B 2. 3. Græcorum maiuſculum Λ referens: lambdoides, ſutura proræ.

C 3. Sutura ſagittalis, inſtar veru aut virgæ per longitudinem capitis repens.

D 2. 3. Suturæ ſquamoſæ, temporales, mendoſæ.

α 2. 3. Hoc os vnà cum ſuo coniuge verticis oſſa vocantur: ſunt quibus vtraque ſyncipitis oſſa nuncupantur: item paria & arcualia.

β 1.2.3. Os frontis: inuerecundũ, os puppis.

γ 2.3. Occipitis os, lamdæ os, os memoriæ: quibuſdam etiam os baſilare.

*q; 2. Oſsicula auditorij.

δ 2.3. Os temporis, lapidoſum, ſquamoſum.

ε 2. Proceſſus eiuſdẽ oſsis ſtyli acuſue imaginẽ referens, ſtyliformis, calcar capitis.

ζ 2.3. Proceſſus mamillaris.

Ε 1.2.3. Proceſſus laterales oſsis cuneiformis.

η 2. Pars oſsis temporis, ſquamoſa dicta.

θ 2. Proceſſus oſsis cuneiformis; veſpertilionum alis aſsimilati.

F 1.2.3. Hic proceſſus, quiq; ei cohæret, dicitur os iugale, os paris, anſa capitis. vndecim oſſa maxillæ ſuperioris priuatis carent noĩbus: & quia ea particulariter exprimemus tabula quarta, hic aliud nihil dicemus, niſi quod in inferiore,

G notata G, ſicut in ſuperiore pariter, dentes ſunt quatuor inciſores, duo canini, & decem maxillares.

H 2. Os Hyoides, os gutturis, os linguæ, os morſus Adami. Auicẽnæ cap. de gutture, os Alphaic: habẽs quatuor latera (obſeruandum) duo ſuperius, duo inferius.

I K L. M. N. His characteribus in tribus ferè figuris conſpicuis tota ſpina notatur, quæ carinæ ſimilis ex multis vertebris exſtructa eſt, ab I. ad K. collum, ceruix. Atlas. à K. ad L. vertebræ thoracis, dorſi, pectoris, interſcupulij ab L. ad M. lumborum vel renum vertebræ. ab M. ad N. os ſacrum, latum. Os vero coccyx vel caudæ os N. inſcribitur.

O 1.2.3. Sternon, os pectoris, aſſer, ſcutum cordis.

P 1.2.3. Cartilago enſiformis, malum punicum, ſcutum ſtomachi.

1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.1.2.3. coſtæ, quarũ ſuperiores ſeptem legitimæ vocantur, reliquæ ſpuriæ.

Q 1.2.3. Clauiculæ, iugula, furculæ.

R 1. 2. 3. Scapulæ, ſcoptulum opertum, ſpatula.

λ 1.2.3. Proceſſus ſcapulæ ſuperior, quem ſummum humerũ ferè vocamus, aliqui roſtrum porcinum: eiuſdem proceſſus.

μ 1.2.3. Inferior anchoræ ſimilis notatur, μ.

S 1.2.3. Humerus, os brachij.

T V X 1.2.3. Cubitus, vlna, focile maius.

Y Minus, ſeu radius.

ν 2. Proceſſum hunc Latini gibberum vocant.

ξ 1.2.3. Proceſſus eiuſdem oſsis ſtyliformis dictus.

Z Z 1.2.3. Brachiale, carpus, raſeta.

Γ 1.2.3. Poſtbrachiale multis palma, pecten manus.

Δ Δ 1.2.3. Digiti, quorum primus dicitur pollex & promanus: ſecundus index: tertius infamis, verpus, medius: quartus annularis, medicus, cordis: quintus minimus, auricularis.


Θ o 1.2.3. Os ilium ſeu lumbare.

π 1.2.3. Coxendicis os & coxæ.

ρ 1.2.3. Pectinis & pubis os.

ς 1.2.3. Cartilago quæ pectinis oſſa committit.

A 1.2.3. Os


TABVLA · I · LIBRI · I ·

Λ 1.2.3. Os fęmoris: anchę os.

τ 1. 2. 3. Processus exterior fęmoris, rotator dictus, & trachametra maior.

υ 1.2.3. Eiusdẽ osſis minor interiorq; processus,

Ξ 1.2.3. Patella, rotula, mola.

Π Σ 1. 2. 3. Hęc tota pars Celſo crus dicta eſt.

Φ 1.2.3. Os tibię, focile maius, canna maior, ſeu domeſtica cruris.

Ψ 1.2.3. Fibula, ſura, minus focile.

φ X 1.2.3. Malleoli, clauiculę, quibuſdã male tali: & X quidem interiorẽ, φ verò exteriorem, notat.

Ω 1.2.3. Talus, aſtragalus, os baliſtę, nux,

a 1.2.3. Os calcis, calcar pedis.

b 1. 2. 3. Nauiculare, os ſcapham referens.

c c 1.2.3. Hęc pedis pars quatuor efformata oſsibus Gręcis, & nobis etiã, tarſus dicitur. Raſeta pedis: & oſſa roſetę pedis. Tria autẽ interiora

d e f d e f inſignita quibuſdam priuatim chalcoides vocantur, extimum vero, notatum g vocamus

g os cubiforme teſſeram referens, quadratum grandinoſum.

h h 1.2.3. Pedum planta, veſtigium & ſolum.

i i 1.2.3. Digiti pedis.

k 1.2.3. Oſsicula ſeſamina.

l l 2.3. Termini ſeu processus maxillę inferioris.

m 2. Tertium oſsiculũ auditorij à Veſalio nondum obſeruatum.

n 1.2. Primum foramẽ quarti oſsium maxillæ ſuperioris.

o 1.2.3. Anguloſa extremitas oſsis coxendicis.

p 2. Primus coalitus, ſeu cõmiſſura ſuperioris maxillę.

q q 2.3. Processus laterales in lumborũ vertebris.

r r 2.3. Processus earundem à parte poſtica.

s s 3. Earundem ſuperiores processus.

t t 3. Inferiores.

u u 1.2. Angulus qui oritur ex cartilaginum coſtarumque compagine.

x 1.2.3. Oſsis humeri ſuperior cõnexus ſeu iunctura,

y 2. Inferior, ſed propriè capituli externi.

z 2.3. Iunctura maioris oſsis brachij.

1 1.2.3. Iũctura minoris ad brachiale.

2 1.2. Iunctura eiuſdem quę eſt ad humeri caput.

3 1.2. Brachij oſsis maioris processus à parte anteriori.

4 1.2. Pars poſtica, quam nodum cubiti vocamus.

5 2.3. Vertibulum, ſeu processus rotę ſimilis.

6 2.3. Eiuſdem oſsis ad humerum inſertio.

7 1.2.3. Oſsis fęmoris colligatio inferior.

8 1.2.3. Maioris radij cruris colligatio ad genu.

9 1.2.3. Illa minoris, prope iam dictã.

10 1.2.3. Processus vlnę ſtyliformis.

11 12.13.1.2.3. Summitas, ſiue eminẽtior pars oſsis coxę.


14 2. Infimus processus eiuſdem oſsis.

15 2.3. Sinus in inferiori eiuſdem oſsis parte.

16 16.3 Oſsis fœmoris nodi inferiores.

17 1.2.3. Collum oſsis fœmoris.

18 1. 2. 3. Summum oſsis fœmoris caput: hoſce duos processus Gręci τρόχαντας, Latini rotatores appellant.


TABVLA II.
LIBRI I.

TABVLA IIII. FIGVRÆ I. II. III. IIII. V.

PRIMA *Figura naturalem inculpatamq́ capitis conformationem ab altero latere oculis opponit: reliquæ figuras mõstrosas insuetasq́ ostendunt, quæ interdum casu inueniuntur. Prima autem peculiariter monstrat certa ossa, suturas & foramina capitis & maxillarum, quorum singula suis characteribus insigniuntur.*


A B	Sutura coronalis.
C D	Sutura lambdoides.
E	Obelęa vel sagittalis.
G C	Spatium quod est inter squamosam & lambdoidem.
AFG	H. Commissura squamosa.
I	Os coronale.
K	Idem ex altero latere.
L	Os frontis.
M	Os basilare seu occipitij.
N	Temporis os.
O	Maximus pcessus ossis, cuneiformis.
QQQ	Primum os maxillę superioris.
*	Processus eiusdem ossis, ex quo maior cauitas in temporibus.
RRR	Asperitas cui adnascitur musculus tẽporum qui maxillam inferiorem mouet.
S S	Quartum supernę maxillę os.
V	Processus primi ossis maxillę superioris, ex quo pars quędã constituitur ossis zygomatis vel iugalis.
X	Processus ossis temporum, ex quo fit altera pars ossis iam dicti.
Z	Commissura eiusdem ossis.
a a	Iunctura os cuneale temporum ossi committens.
b	Linea ossi cuneiformi & frontis ossi communis.
e	Commissura cõmunis cuneo & quarto ossi maxillę superioris.
g	Commissura cõmunis ossis frõtis, & primo maxillę supernę & cuneo.
h	Amplus processus maxillę infernę, et sedes in quam inseritur.
K	Mamillaris processus.
l	Maxilla inferior.
m	Hoc in loco cõueniunt termini suturarum, quibus maxilla superior ab osse frontis distinguitur.
n	Secundum maxillę superioris os.
o	Meatus auditorij.
p	Tertium os maxillę supernę.
q	Eiusdem os quintum.
r r	Secunda commissura eiusdem maxillę superioris.
s	Eiusdem primũ foramen cõmune.
ſ	Acutus ipsius processus.
t	Primum foramen ossis frontis.

FIGVRA SEXTA.

FIGVRA *hac caluariæ fundus, eiusq́ infimæ sedes demonstrãtur: ut autẽ melius omnia perspicerentur, maxillam inferiorem amouimus.*

C C	Termini suturę lambdoidis.
F	Pars commissurę squamosę.
M M	M. Bona portio ossis basilaris, seu occipitij.
N N	Pars ossium temporum.
P P	2. 3. 4. 5. Cunei processus inferiores, quatuor his numeris notati.
OOO	Os cunei.
Q r	Primum os superioris maxillę.
S A	Quartum os eiusdem.
V X	Os zygomatis. i. iugale.
Y	Commissura eiusdem.
d	Commissura cõmunis cuneo & primo ossi maxillę superioris.
e	Cõmissura cõmunis cuneo, & quarto ossi maxillę iam dictę.
f	Iunctura communis eiusdem maxillę secundo & quarto ossibus.
g	Media iunctura inter os frontis, & maxillam superiorem.
h	Sinus intra quem recipitur maxilla infera.
i	Processus styliformis.
K	Processus mammillaris.
l	Tubercula ossis basilaris.
mnn	Omnes istę literę ostendunt terminos commissurę lambdoidis, & circa m, est quintum foramen ossis baseos.
n n	Linea iungens lambdoidem.
o p	Linea incipiens à iam dicta scandens per tẽpora, quę ab initio diuisioni similior est, quàm lineę.
q q	Pars commissurę cuneum ambiẽtis, quę ipsi cum sex ossibus maxillę

supe-


TABVLA III LIBRI I

	superioris communis est.
ππ	Sextum par osium maxillæ superioris.
r	Linea quæ protenditur ab osibus temporũ ad meatum auditus, & videtur diuisisse ipsum ab osse.
s	Quædam in osse temporis asperitas, itẽ processus spectans lineam cuneo, osique basilari communẽ, quo ferè loco est tertium foramẽ commune.
M	Septimum os maxillæ superioris.
tt	Eiusdem secundum foramen commune.
u	Pars asperior os basilaris.
x	Foramen auditus.
y	Secundum foramen osis temporum.
υ	Eiusdem osis foramen tertiũ, conspicitur supra hunc characterem, quartum verò, quod maius est subtus.
z	Primum commune foramen.
α	Quartum os superioris maxillæ.
2	Meatus, seu via spinalis medullæ.


FIGVRA VII. VIII.


DVABVS *hisce figuris exhibetur maxilla inferior, septima quidem pars externa, octaua autem interior.*


A	1.2. Processus, seu caput huius maxillæ, per quod maxillæ superiori annectitur.
B	1.2. Collum, eiusdem processus.
C	1.2. Eiusdem maxillæ processus, in quem se inserit musculus tẽporũ.
D	2. Quædam asperitas per quam musculus abditus in ore cohæret.
E	1.2. Aspredo cui mansor musculus affigitur.
F	2. Foramen per quod ingreditur ramus tertij cõiugij neruorũ cerebri.
G	1. Meatus quo dictus excidit neruus.
H	2. Asperitudo quædam, cui infiguntur maxillæ huius motores musculi: ex eadem linguæ nonnulli musculi producuntur.


TABV-


TABVLA · IIII · LIBRI · I ·






















Tabvlæ v. Figvra. i. et ii.

HÆ *duæ figuræ partem internam cranij demonstrant. Obseruabis autem 2. secundam: 1. primam notari.*

ΓΓ	2. Commissura coronalis.
ΔΔ	1.2. Lambdoides.
ΘΘ	1.2. Obelæa.
ΛΛ	1.2. Petrosa.
ΞΞ	1. Suturæ lambdoidis pars.
Π	1. Linea quæ committit extrema lambdoidis.
ΣΣ	1.2. Iuncturę ambientes os cunei quadam ex parte: huic communis cum osse frontis & octauo capitis osse.
E	1. Cunei primum foramen.
F	1. In hos sinus abditur neruorum visoriorum coniugatio.
G	1. Secundum foramen cunei.
H	1. Tertium.
I	1. Multa foraminula, quę in octauo osse conspiciuntur.
K	1. Foramen quod in osse frontis est.
L	1. Quędam insertio per quam annectitur dura menynx.
M	1. Fouea in qua delitescit glandula quę pituitam à capite defluentem excipit.
N	1. Radix ossi temporum & basilari communis.
ʘ	1. Anterior meatus, per quem deriuatur pituita quā diximus in glādula colligi, qui quum in opere anatomico vix conspiciatur, apertius ostendi non potuit.
P	1. Vltimus riuulus, seu ductus postremus.
Q	1. Quartum foramen cunei.
R	1. Quintum.
S	1. Sextum.
TT	1.2. Quidā veluti sulci in craneo ex venis durę menyngis exaratę.
XX	1. Quintum foramen ossis tēporis.
Y	1. Perforatio communis ossi temporum, cuneo, & basilari.
a	1. Foramen auris.
c	1. Foramen commune ossi temporum & basilari.
d	1. Secundum foramē ossis basilaris.
e	1. Spinalis medullę meatus.
g	1. Huius ossis quintum foramen.
hhii	1. Cauitates duę ossis basilaris quibus se insinuat cerebrum.
ĸ	1. Prominentia quędam in medio harum cauitatum.
ll	2. Ab huius prominentię termino apparet quędam in craneo fouea, iuxta processū octaui capitis ossis notatum ŋ. in prima figura.
ŋ	
m	1. Fouea supradictæ pars in frontis osse apparens.

Figvra iii.

Figvra *hæc refert septimum capitis os, vocatum cuneale, simulq́ os octauum, qua ex parte spectat cerebrum ab altero osse cranei separatum: aliquid autem in medio ossis cunei ruptum est seu diuulsum, quo penitius quæ hic sunt cauitates, oculis perspici queant.*

AA	Octauum capitis os.
B	Processus elatior eiusdem ossis.
CD	Duę maximę cunei cauitates.
E	Intermedium spaciū harū cauitatū.
F	Foramen alterius duarum istarū cauitatum naso respondens.
G	Cōcauitas posita in parte infima interstitij, duas huius ossis maximas cauernas distinguens, reliqua quę hoc loco spectantur foramina, notantur in prima figura huius tabulę.
H	Processus infimi huius ossis alis Vespertilionum similes.

Figvra iiii.

Exponitvr *hac figura ossis temporum bona portio: Id prope foramen auditorij per mediū disiungitur, quo melius, quæ hoc loco habentur tum ossicula cum texturæ seu mēbranæ appareant.*

AA	Pars foraminis subeuntis auditoriū.
B	Quædam vt sic dicam, intertextura in hoc foramine posita.
C	Primum ossiculū auditus malleum referens.

D Neruus ex quinto pari neruorum cerebri.

E Eiusdē nerui ramus per foramen cæcū ad tēporis musculū prorepens.

IF Eiusdem quinti nerui ramus alius, qui elabitur ex eo foramine, per quod ingreditur vena quę tendit ad auditorium.

G Quinti capitis nerui per amplum auditus foramen distributio.

HI Cauitas quędam rotunda, in cuius parte anteriori situm est secundū osiculum insignitum I.

KK Cauernę quędam intra meatum auditorium.

L Osiculi primi ex omni parte liberi facies antica.

M Postica.

N Antica facies osis secundi.

O Eiusdem osis postica facies.

R Tertium osiculū, cuius ante me nemo mentionem fecit.

P Hic tria simul osicula eodem situ, quem in auditorio seruant instrumento, conspiciuntur à facie anteriori.

Q Facies posterior eorundem osium.

FIGVRA V.

OSTENDVNTVR *hac figura omnes dentes tam vnius, quàm alterius maxillæ, euulsi ex suo osse, vt faciliùs radices eorum conspici posint.*

AA Dentes superioris maxillę.

BB Inferioris maxillę dentes.

1.2. Duo dentes cisores, risorij.

3. Vnus caninus.

4.5. 6.7.8. Maxillares.

C Maxillarum pars superior:

D Pars superior dentium.

E Maxillaris diuisus, vt huius cauum interius melius videatur.

FIGVRA VI.

TRIBVS *his figuris depinguntur septem ceruicis vertebræ: prima à fronte, secunda à latere, tertia à tergo.*

AB 2.3. Horum spōdilorum processus à parte postica per medium diuisi.

CC 2.3. Ouales sinus facti in parte sūma processuum lateraliū osis primi.

D 1.2.3. Primę ceruicis vertebrę copula dentem secundę vetebrę complexa, notatum D.

EE 1.2.3. Processus laterales osis primi.

F 2.3. Asperitas quędam in primi nodi parte anteriore.

G 2.3. Processus posticus septimi nodi. Hic fissus non est.

HH 1.2.3. Huius vertebrę summi processus.

III 1.2. Hic, puta, notatur ipsę vertebrę.

K 1.2. Primi duo extraordinarj processus, qui nihil secundum latus differunt, in parte altisima ipsarum vertebrarum.

LL 1.2. Pars processuum lateralium extraordinaria.

MN 1.2. Horū nodorū procesus infimi.

O 1.2. Lateralium processuū foramina.

FIGVRA VII.

AMBÆ *hæ imagines referunt structuram osis siti ad linguæ radicem, vocatum hyoides. Prima illud monstrat à fronte vna cum suis procesibus, qui procesibus styliformibus committuntur, qui sunt in osibus temporum. altera, sublatis procesibus, partem posticam ostendit.*

AB 1. Pars anterior osiculi maioris in osse hyode, peculiariter autem A & B duritiem quandam instar costę notant. asteriscus: tuberculū.

*

CC Sinum factum hac ipsa in parte.

D 2. Huius maioris osiculi postica facies, quę quodammodo compresior est.

EF 1.2. Infima latera osis hyodis, quę copulata osi medio referunt figuram ipsylon *v*.

G 1.2. Horum laterum inferiorū connexio cum primo osiculo.

H 1. Extremitas lateris inferioris, quę annectitur finibus cartaliginis laryngis, quę scuto similis est.

IK 1.2. Latera eleuatiora subtilioraque ac rotunda huius osis.

LM N.1. Tria osicula, vt plurimū cōnata lateribus elatisimis osis hyodis.

Tabula VI. Figura I.

Figura *hæc exhibet vniuersam spinam cum osse sacro, & coxyge ex vno latere.*

AB Collum cuius septem vertebræ sitæ inter A & B suis notãtur numeris.
CD Spinæ pars thoracẽ constituens duodecim constans vertebris, quæ interceptæ C & D numeris suis insigniuntur.
E F Quinque lumborum vertebræ.
GH Os sacrum sex constructum spondylis.
IK Cauda seu coccyx quatuor ossibus constans.
LL Ipsa vertebrarum corpora; licet autẽ quædam solùm notentur, idem tamẽ de reliquis intelligẽdũ erit.
MM Vertebrarum laterales processus.
NN Processus inferiores.
OO Processus superiores PP. processus à tergo.
QQQ Foramina per quę elabitur spinę medulla.
RR Cartilago hanc, & illam vertebram interiacens.

Figura II. & III.


Duabus *his figuris exprimitur os sacrum, cum coccyge superiori loco posita faciem anteriorem, inferior posticam, tertia seorsim collocata coccygem designat.*

AB C.D.E.F.G.H.I.K. 1. Hi characteres signant decem vertebras, quæ ab extremo lumborũ protenduntur deorsum: harum sex priores ad os sacrum pertinẽt, reliquæ ad coccygem.
LL M R.1.2. Earundem vertebrarũ processus laterales. priuatim autem L L. notant latum illum processũ vertebræ secundæ. R processus lateralis vertebræ quintæ tuberculum. cui, vt dicemus, nullum annectitur ligamentum.
NN OO.P.Q.Φ.2. Ossis magni latus sinistrum, in quod os fœmoris inseritur, & priuatim NN. notatur sinus protensus eiusdẽ lateris parte antica.
P Q.Φ. illum notat qui apparet in parte apposita. OO. lineam ceu costam intermediam, qua sinus distinguuntur. In sinu qui retro est, P foueam factam in parte elatiore. Q eam quæ humilior est, Φ interstitium vtranque separans.
S 1.2. Processus elatior è latere sinistro, primæ ossis sacri vertebræ.
T 2. Sinus qui retrò spectatur in altiore, iam dicti processus parte, in quẽ demittitur tuberculũ quoddam vltimę lumborum vertebrę.
VX 2. Prædicti sinus alę. à parte anteriore V, à postica X, notantur.
Y 1.2. Processuum infimorum primæ huius vertebrę cum secunda summa parte connexus, qui in multis conspicitur, similisque est iisdem qui in lumbis habentur.
Z 1.2. Processuum lateralium duarum summarum vertebrarum sacri ossis connexio.
a 1.2. Sexti nodi tuberculi cui adhęret caudula.
bb 1.2.3. Ligamentum cartilaginosum interiacens vltimã sacri ossis vertebram & primam caudę.
c 2.3. Cartilago à caude extremo dependens.
dd Processus postici ossis sacri.
efg h i k.2. Vix conspici possunt: notant autem capacitatem in qua spinę medulla concluditur.
1.2. 3.4.5.6.1.2. Notę foraminum per quę egrediuntur nerui.

Figura IIII.

Hic *triplex apparet scapularum humeri delineatio. Prima anterior, secunda postica, tertia lateralis, quæ trianguli formam habet. Maius latus retro varium est protensum ab Y ad Z, per X transiens. Minus elatus est, à Z ad A per a. Mediũ vero à parte anteriori à B ad Y.*

AB 1.2. Sinus in quem recipitur os humeri, verum propriè in figura se-


TABVLA · V · LIBRI · I ·
FIG · I
III
II
IIII
V
VII
VII
VI

cunda A partem notat altissimam quæ angustior est. B verò quæ tũ sublimior, tum latior est. In prima A notat huius sinus elatiorem partem, vnde enascitur (vt dicemus) copula duplex, qua hic connexus perficitur: prætereà musculi ἀκρώμιον mouentis origo est.

CD 1.2. Scapulæ collum, & C peculiariter huius processus radicem à parte interna signat.

EfF 1.2. Scapulæ processus ex parte interna, F huius tuberculum, quo iungitur clauibus: E cõnexus ad summum mucronẽ processus. f asperitas ex qua ligamentum oritur, quod se inserit in summum huius scapulę, processum quem humeri mucronem, & summũ humerum vocant.

GH 1.2. Radix seu germen spinæ quę est in hac scapula, vt diximus, à parte externa.

K 1.2.3. Spina huius scapulæ, propriè ab H ad K. ἀκρώμιον seu humeri caput, K huius processus colligatio. I pars huius spinæ crassior

I signatur.

L 13. Sinus, cui inseruntur claues.

MM M.1. Alueoli ex costarum contactu.

NO 1. Maxima incuruitas à facie anteriori, cui in 2. figura respondent G & H.

S 2. Scapulæ extrema ora, è parte anteriori.

T 2. Sinus ex quo nascitur magna portio musculi mouentis brachium.

VV 2. Hac in parte maior est scapulæ cauitas è parte forinseca, propter dorsũ lateris anterioris: nã quod interiacet VV & GH subtilius est ac densius.

X 1.2.3. Hic maius latus spatulæ initio suę spinę annectitur certis musculis.

Y 1.2.3. Anguli inferioris connexio.

Φ 1.2.3. Pars altissimi anguli huius scapulæ, qui nonnihil eleuatur ad partem anteriorem.

Z 1.2.3. Angulus altissimus maioris lateris huius scapulæ.

a 1.2. Circulus constitutus in medio lateris altissimi huius scapulæ.

bc 3. Sinus in parte externa huius scapulæ, inter spinam & processum suum elatiorem, b, priuatim partem eius tenuiorẽ & pellucentem notat. c, radium quendam sæpe inuentum in hac scapula, qua venæ ad huius ossis nutritionem introrepunt.

FIGVRA V.

DESCRIBVNTVR *hic claues seu furculæ, imagine prima, superior anteriorq́; eius pars, secunda posterior, tertia inferior.*

A 1.2.3. Furculæ caput, quod ossi pectoris annectitur.

B 1. Huius capituli angulus primus.

C 1.2.3. Secundus.

D 1.2.3. Tertius.

E 3. Linea eminẽtior in anteriore clauium parte apparens, è regione primi anguli, notati B.

F 2.3. Linea eminens in clauium humiliori parte conspicua, & G propriè notat asperdinem, quæ est sub finem huius lineę.

G 1.3. Pars media quę tenuior est, compactior, ac ferè teres.

HI 1.2. Claues hac parte progrediendo versus scapulę summũ processum dilatantur, suntq́; in altiori parte quo loco est I, gibbosę.

LM 3. Fossa quędam in infimi lateris ampliori parte, quę aliquid aspredinis habet.

N 3. Hinc vsque ad M extẽditur quędam asperitas, ex qua oritur ligamẽtum quod in processum interiorem scapulę infigitur.

O 3.2. Gibbus concauę pectoris parti oppositus.

P Asperitas quędam apparens in parte clauium infima, quę finitur vbi cum scapulę capitulo connectitur.

Q 1.2.3. In tertia figura signat tuberculum, quod copulatur dicto processui, in prioribus huiusdem tuberculi ortum.

FIGVRA VI.

DVABVS *his figuris os humeri sinistrum repræsentatur, prima pars eius anterior, posterior altera.*

ABC 1.2. Ossis humeri caput quod scapulæ iungitur.

DE 1.2. Huius capitis tuberculum externum, per quod articuli huius ligamenta connectūtur, priuatim anteriorem faciem D, oppositam E, notat.

FG 1.2. Alueolus capitis ipsius tuberculum seiungens internum, ab eo quod est in latere externo.

HI 2. Sinus partē humeri internam ab externa distinguens: eius terminum ad iuncturam ostendit H. quæ vero in ossis ceruice I.

KL M. 1.2. Huius ossis trochlea, cui cubitus incumbit, priuatim K. eiusdem trochleæ sinum. nam L & M latera monstrant.

N 1. In parte anteriori ipsius humeri ossis fouea supra trochleam.

O 2. Fouea eiusdē ossis a postica facie, in quam maior brachij ossium stipes se abdit, suo nempe processu postico.

P 1.2. Externum humeri caput intra quod recipitur minor stipes brachij.

Q 1.2. Linea quædā elatior hac in parte ossis humeri.

R 2. Sulcus quidam per quam neruus quartus meat ad brachium.

S 1.2. Caput internum ossis humeri.

T 1. Caput internum à facie anteriori habet alueolum quēdam, per quē tertius neruus inter eos, qui ad manum feruntur, delabitur.

V 1. In eiusdē capitis externa parte alueolus est quinti nerui ad manū tendentium.

XY Z. 2. Ossis humeri postica pars. X propriè ostenditur pars elatior, quæ sinuosa est. Z inferior, nonnihil protuberans. Y vero alueolus nerui quarti ad brachium tendentis.

Z

abcd 1. Huius ossis pars anterior, a, notat partem altiorem, b c humiliorē, lateris scilicet nonnihil protuberātis, locus insignitus tribus prioribus humilior est, ac subcauus: sed d, notatur locus tū sublimior tum protuberans.

e 2. Asperitas circa latus anterius huius ossis.

f 1. Alia asperitas quæ habetur in parte anteriori prope sinum, vnde musculus cubitum mouentiū primus externo suo principio progreditur.

FIGVRA VII.

AMBÆ *hæ figuræ duo brachij recti ossa repræsentant, à parte intera, prior, ab externa, altera.*

AB 1.2. Id vniuersum quod cubitū carpumque, seu brachiale interiacet, quodque brachium vocatur, terminus ad cubitum A, ad brachiale B, signatur.

C 1. Maioris cannæ, à facie anteriore processus, qui inseritur in sinum qui est, vt diximus, supra trochleā in priore humeri parte, & propriè notatur pars huius processus externa.

D 1.2. Processus retro spectans priuatim gibberus, & cubitus dictus, character tamē internam partem processus magis notat.

E 1.2. Sinus grādioris cannæ, in quem recipitur humeri trochlea.

L 1. Asperitates quædam apparentes in exortu processus interni cannę grandioris.

M 1.2. Minoris cannæ ceruix.

N 1.2. Caput minoris cannæ, quod humeri externo capiti colligatur per sinum, quem in medio habet.

P 1.2. Ceruix maioris cannæ.

Q 1.2. Caput eiusdē cannę contiguum carpo.

R 1.2. Processus maioris cannę stylo similis, vnde γραφοειδὴς Græcè dicitur.

T 1.2. Cartilago bonam partem cannę minoris obuestiens, qua carpo articulatur, priuatim in priori figu-

ra notat huius cartilaginis partem natam ex infimo sinu articuli, minoris cannæ: quem iam describemus x y z. in altera vero eius cartilaginis partem notat, qua iūgitur articulo cannæ maioris.

V 2. Sinus exsculptus in maioris cannæ articulo, per quem transmeat tendo musculi secūdi extendentium brachiale.

XY Z. 2. Triangulus in parte glabra maioris cannæ. Z particulatim monstrat trianguli caput.

a a 1. 2. Prima linea, prominens in maiori canna.

B b 1. 2. Secunda B. peculiariter in priori figura partem huius lineæ quæ tendit versus collū maioris cānæ.

c c 1. 2. Tertia linea eiusdem cannæ.

d 1. Cannæ huius latus quod est intra primam & secundam lineam.

e 2. Eiusdem latus constitutum inter primam & tertiam lineam.

f 1. Latus maioris cānæ constitutū inter secundam & tertiam lineam.

g g 2. Linea apparens in latere notato e.

h i 1. His locis iungitur vtraque canna nempe h ad cubitum, ad carpū i, iuncturam notat.

K K 1. 2. Vacuum spacium quod inter cannam vtramque interiacet.

n 1. Infimæ coarticulationis cannæ minoris pars interior.

p 2. Eiusdem articulationis pars externa.

q 1. 2. Minoris cannæ processus rudis, iuxta eius collum.

r 1. 2. Linea tenuis cannæ minoris per lōgitudinem, qua parte maiorem spectat, extensa.

ss 1. Dictæ lineæ internum latus.

t t 2. Hoc loco canna minor rudior apparet ratione musculorum ipsum mouentium, qui hic inseruntur.

x y z 1. Sinus exculptus in canna minori, qui carpi processum recipit. z gibberum in eo conspicuum notat. y, & x, duos vtrinque è lateribus tuberculi sinus.

α 1. 2. Pars elatissima articuli cānæ minoris sinū ipsum loco altiori extendens, cui brachiale annectitur: magis autem foras eminet, quam processus styliformis cannæ maioris.

γ δ ε κ ξ. 2. Omnes hæ literę vnionem articuli cannæ minoris ad brachiale ostendunt, priuatim γ suum qui hac in sede primus est, δ secundū, ε & ξ tertium, & κ quartum.

θ 2. Sinus vtrique cannæ communis.

FIGVRA VIII.

HARVM *Figurarum prior faciem manus internā, posterior externam demonstrat.*

I. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 1. 2. Ossa octo carpi singula suo numero locoque conspicua.

I. II. III. IIII. 1. 2. Quatuor palmę seu volę ossa, quæ retinent nomen numeri quo notantur.

ABC 1. 2. Tria ossa pollicis.

DEF 1. 2. Indicis item tria, quæ in cæteris absque omni varietate cōspiciuntur.

N 1. 2. Ossiculum quoddam positum à latere externo ossis octaui τοῦ καρποῦ, i. brachialis, vbi id cum pectine vocato iungitur.

O 2. Ossis octaui processus, qui sese attollit versus internam brachialis faciem.

P 2. Ossis quinti processus, ex quo oritur ligamentū trāsuersum, quod, vt dicemus, deo fauente, in ossis octaui processū notatū O inserit.

Q Altissima cōnexio ossis palmæ, quo sustinetur index, quæ item sexto cohæret; & quadantenus quinto brachialis ossiculo.

R 2. Eiusdem ossis articulatio tuberculum producens, quod se in sinum ossis, digiti indicis recipit.

S 1. 2. Spacium inane inter palmæ ossa, tum id quod indicem, tum alterum quod infamem digitos sustinet. Idem autem de reliquis, quod ad interstitium cōnexionemque attinet, intelligendum est.

T 1. 2. Duo sesamina ossicula, in secundi pollicis internodij parte interna. In priori figura interior melius cōspicitur, posterior in altera.

VV	1. Osſicula duo ſeſamina in primo indicis internodio.
X	1. Oſsiculum ex prædictorum numero, ſed minutius, ſinum in connexione indicis ſecunda.
Y	1. Seſamoides ſitum in tertio pollicis articulo. Cætera de numero horum nihil differunt ab ijs, quę ad indicem pertinent, quare ſuperuacuum duximus ipſa deſignare.

FIGVRA IX.

VTRAQVE *hac effigie exhibentur oculis ſpectandi duo cruris vel tibiæ ſtipites, priori, facies anterior: poſtica verò alterà.*

A B	1.2. Summus articulus maioris ſtipitis, priuatim in ſecunda ipſe connexus notatur.
C	1. Articulus ſuperior minoris ſtipitis.
D	1. Inferna articulatio maioris ſtipitis.
E F	1.2. Inferior articulatio minoris ſtipitis.
F G	2. Sinus ſunt, quibus recipiuntur capita fœmoris.
K	2. Tuberculum ſeparans eoſdem ſinus, quod inter vtrumq; iam dicti oſsis caput inſeritur.
V	2. Horum duorum ſtipitum connexio in parte ſuperiori.
X	2. Connexio eorumdem inferior.
Y	1.2. Stipitum interſtitium.
Z	1.2. Minor ſtipes hac in parte nō planè rectus eſt, nonnihil etiam inflectitur introrſum, foris incurua, intus protuberans.
a b	1. Stipitis maioris anterior pars, in quam figuntur muſculi crus extendentes.
Φ	1.2. Articulatio maioris ſtipitis externum aſtragalum conſtituens, proprieque notant huius articuli proceſſum.
l	1. Sinus rudis, à fronte infimæ iūcturæ ſtipitis grandioris, ex quo oritur cartilaginoſum ligamentum quod in malleolum inſeritur.
m	1. Hac in parte apparet ſinus, quē tres tendones pertranſeunt feſtinātes ad plantam pedis.
o p	1. Pars minoris ſtipitis, excarnis.
q q	2. Stipitis minoris ſinus, per quem ſeptimus & octauus muſculi mouentes pedem traijciunt.
r	2. Sinus in ſtipitis minoris humiliori coarticulatione, ex quo naſcitur ligamentum ad os tali progrediens.
ſſ	1. Primus angulus minoris ſtipitis.
t t	1.2. Secundus.
u u	1.2. Tertius.
x x	2. Primum latus minoris ſtipitis, priuatim notant lineam eminentē, ex qua muſculus pollicem extendens naſcitur.
α α	1. Secundum latus minoris ſtipitis.
β β	2. Eiuſdem latus tertium.
γ γ	1. Primus angulus maioris ſtipitis.
δ δ	1.2. Secundus.
ε ε	1.2. Tertius.
ζ	1. Primum latus maioris ſtipitis.
η	1. Secundum.
θ	2. Tertium.
κ κ	2. Linea aſpera in tertio latere ſtipitis maioris conſpicua, in quam infigitur muſculus in poplite deliteſcens.

FIGVRA X.

DVABVS *hiſce figuris proponitur effigies pedis ſiniſtri: prior connexam eius partem, altera plantam exprimit.*

Γ	1.2. Os, propriè loquendo, tali.
Δ	1.2. Calcanei, vel calcis os.
Θ	1.2. Os σκαφοειδὲς nauiforme.
1.2.	3.4.1.2. In ceruice pedis oſſa quatuor quorū ſingula à numero ſibi impoſito nomina habent.
I.II.	III.IIII.V. 1.2. Oſſa quinque pectinis pedis: non autem in ſecunda figura ſignātur, quod alioqui res perſpicua eſſet.
Λ Ξ	1.2. Oſſa digitorum.
c	2. Pars poſtica oſsis calcanei.
d e	2. Interna eiuſdem oſsis facies. e, propriè ſinum notat, qua tendones aliqui ad plantam pedes contendunt.

fg 1. Externum oſsis calcanei latus, propriè g, locum notat, quo trãſeunt tendones ſeptimi & octaui muſculorum pedis.

ζn 2. Latus infimum oſsis cubiformis, n peculiariter indicat ſinũ, per quẽ traijcitur tendo ſeptimi pedẽ mouentis muſculi.

μ 1.2. Os ſeſamo ſimile, quod habetur è latere externo articuli oſsis pectinis, cui digitus minimus & cubiforme innituntur.

νν 1.2. Interſtitium vacuum inter oſſa pectinis.

ξξ 1.2. Capitula oſsiũ pectinis quæ recipiũtur intra ſumma oſsium digitorum acetabula.

π 1. Hic character nõ oſtendit aliquẽ ſinum peculiarem oſsis pectinis pollicem ſuſtinentis (vt ait Veſalius) nõ enim hoc os magis quàm reliqua proceſſu donatum eſt: verum ei ſinus eſt, per quem irrepit muſculus ſeptimus pedẽ mouentium.


ρ 2. Proceſſus oſsis pectinis minimum digitum ſuſtinentis, cui adnaſcitur muſculus octauus pedem mouentium.

στυ 1.2. Tria digiti indicis oſſa; à quibus reliquorum trium oſſa nihil diſſentiunt.

χφ 2. Pollicis oſſa duo.

ψω 2. Duo oſsicula, quę ſubtus apparent ad os, quod pollicem ſuſtinet, iuxta primum articulum digiti prędicti.

χ 2. Oſsiculum quod inuenitur in ſecundo pollicis articulo. Quę inter oſsicula reſtant, vt ſeſamo ſimilia, notare ſuperſedimus, cùm id ſuperuacaneum videretur.


TABVLA · VI · LIBRI · I ·
FIG · I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
VIIII
X

TABVLA VII. FIGVRA I. ET II.

EX hisce duabus figuris prior effigiem refert laryngis seu gutturis, à parte anteriori vnà cum aspera arteria, eiusq; ramis distributis per pulmonem. Secunda tantum ostendit guttur cum arteriæ asperæ trunco à parte postica. Quoniam verò ipsa ramorum distributio per se satis clara est, nullis characteribus hic opus esse duximus.

FIGVRA III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIIII. XV.

HARVM figurarum tertia monstrat laryngis cartilaginem ueterum scuto similem, et inde scutiformem vocatam, à dextro latere. Quarta eandem monstrat à latere interno: Quinta uerò, à frõte: Sexta ostendit secundam laryngis cartilaginem à parte anteriori: Septima eandem à dextro latere antrorsum; Sed octaua retrorsum: Nona tertiam ostendit cartilaginem à latere dextro: Decima faciem eiusdem anteriorem: Vndecima verò posticam: Verùm duodecima partem imam epiglottidis (quæ tanquam operculũ gutturi imposita est) refert: Decima tertia elatiorẽ, qua palatum spectat: Decima quarta ostendit asperæ arteriæ cartilaginem, effigiẽ C. referentem, à parte anteriori: nam posterior figura Decimaquinta notatur.

AB 3.4.5. Summi processus primæ laryngis cartilaginis.

CD 3.4.5. Duo imi processus eiusdem cartilaginis.

EF 7.8. Secundæ cartilaginis pars, cui annectuntur duo inferiores processus, primæ cartilaginis: In septima tamen figura tantum conspicitur E.

GH 3.4.5. Hoc loco prima cartilago apparet angustior, & breuior quàm alibi vsquam, & inter G & H apparet linea, quæ cartilaginem partitur in duo.

I 1.6.7. Secundę cartilaginis pars interior, quæ respondet cauitati laryngis.

KL 6.7. Eiusdem cartilaginis pars inferior, in qua habetur circulus rotundus. K priuatim huius circuli partem anteriorem notat, quæ sita sub fauciũ adenibus digito tangi potest: L verò posteriorem, quæ ad imum vergit instar processus: eaque iterum notatur L, in figura octaua.

M 7.8. Linea prominens in parte posteriori secundæ cartilaginis.

NO 7.8. Duo sinus, vnus à latere, alter secundum multitudinem huius lineæ situs.

PQ 6.7.8. Duo tubercula secundę cartilaginis quæ finibus primæ inseruntur.

RS 9.10.11. Pars vtraque tertiæ cartilaginis.

T 10.11. Hac in parte tertiæ cartilaginis nihil habetur præterquã quædam texturæ vel mẽbranæ, & copulæ laryngis.

VX 9.10.11. Pars tertiæ cartilaginis cũ interstitio per quod iungitur secundæ.

YY 9.10. Tertiæ cartilaginis processus constituentes laryngis lingulam, per quã vox acuta, vel grauis redditur, prout magis minusve aperitur vel clauditur vterq; hic processus.


Z 9.10.11. Pars tertiæ cartilaginis quę effigiem habet osculo gutturnij seu malubrij similem.


a 12.13. Ostioli laryngem claudentis radix, quæ ex prima cartilagine nascitur.


b 12.13. Ostioli huius apex introrsũ vrgens, & cùm deglutimus, laryngem obtegens.


AD harum partium clariorem intelligentiam, præter figuras modò explicatas, iuuabunt quindecim priores figuræ expressæ tabula decima sexta, lib. secundi.


TABVLA · VII · LIBRI · I ·











































FIGVRA XVI.

FIGVRA *hæc exhibet cùm superiores, tum inferiores palpebrarum cartilagines vndique liberas, quibus cilia innascuntur: hic autem ob rei facilitatem à notis abstinuimus.*

FIGVRA XVII.

OSTENDVNTVR *hac figura cartilagines nouæ lunæ speciem gerentes. Inueniuntur autem in sinubus, qui articulo summo maioris stipitis tibiæ insculpuntur.*

M Cartilago quę est in sinu lateris dextri, in summo articulo maioris stipitis, quo ingreditur caput exterius ossis fœmoris.

NN Cartilago quæ est in latere sinistro, in quod recipitur internum fœmoris caput.

OO Hac in parte hæ duæ cartilagines sũt crassiores quàm in vlla alia.

PP Hoc loco lateris dextri cartilagines committuntur cum illis quę sunt in latere sinistro, vtræque in acutum terminatæ.

FIGVRA XVIII.

AMMBÆ *hæ figuræ monstrant vngues manus eodem planè modo, quo detrahuntur manu cocta ad conficiendum sceleton. harum prior, quæ literis insignitur, ostẽdit unguis partem internam & carni cohærentem: secunda verò oppositam.*

A Pars vnguis extra cutem prominẽs.

B Vnguis radix quæ mollior est & cute obtecta.

FIGVRA XIX.

EXHIBET *præsens effigies cartilaginem, quæ conspicitur in articulo clauiculæ, qua parte hæc colligatur cum scapulæ processu, qui humeri caput quibusdam dicitur.*

FIGVRA XX.

HÆC *forma est cartilaginis quæ inuenitur in eo articulo, per quẽ claues annectuntur ossi pectoris.*

HIC *finem faciemus exponendi figuras libri primi. Confidimus autem nihil hic prætermissum fore, quod dignum ampliori explicatione censeri possit.*

IOAN-

IOANNIS VALVERDI de Corporis Humani Anatome.

LIBER SECVNDVS, In quo de ligamentis, & Musculis agitur.

De Ligamentis. *Cap.* I.



CV'M primo libro, Ossa, & cartilagines cęterarum corporis partium veluti basim, ac propugnaculum prosequuti simus; de ipsorum vinculis hoc secundo agere par est: de carne inquam, de musculis, de membrana carnosa, de adipe, de cute, de cuticula, ac postremò de membrana, quæ ossibus cunctis obtenditur, dicta ob id Periostion, quorum interuentu ossa, & cartilagines connectuntur, vestiunturq́;, ducto à ligamentis exordio; quæ communiter non minus nerui appellantur, vt primo libro diximus, quàm musculorum capita, quam'ue instrumenta, & vasa, quibus facultas sensitrix à cerebro, ad reliquas corporis partes defertur. Ligamenta hæc ex partibus homogeneis conflata sunt, & dura, (licet non æquè ac cartilagines) albicantia, exanguia, & solida, & ex aliquo vt plurimum osse, seu cartilagine, dura'ue quapiam membrana enascuntur. Primum ipsorum munus est, ossa inuicem colligare, ex quo, cùm præcipuum sit, nomen traxerunt. Secundum est, musculorum tendines ita complecti, ne ab eo quo incedunt tramite aberrent, nunc sese in pontem componentia, sub quo deferuntur, vt in parte interna [a] brachialis, ac in tarso videbitur; nunc in anulos adaptata, vt in [b] externa eiusdem brachialis regione admonebimus. Tertius ipsorum vsus est, pauimenti strati'ue instar, musculorum tendinibus substerni, vbi per asperum, atque acutum aliquod os euehuntur, cuius exempla, illius quidem in interna [c] brachialis sede, huius verò in [d] coxendicis osse habebuntur. Quartus est, musculorum tendines obtegere, vt in interna [e] brachij sede visitur. Quintus est, quo, interstitij vice, musculis interiaceant, eos inuicem seiungentes, quod in [f] crure, [g] brachio, & pubis [h] ossis foraminibus præstant, quibus in partibus ligamenta hæc, externos musculos ab internis seiungunt. Sextum haud minoris à primo momenti est, quo [i] musculorum constitutionem ingrediuntur, in eum, quem sequenti capite explicabimus modum. Hisce vinculis alia complura accedunt, quibus fusiùs loquendo, idem nomen adaptari posset, cuius notæ sunt, membranæ musculos obtegentes, Peritonæum, Membranæ cordis, Quæ costas amplexantur, Quæ thoracem intersecant, & Dura mater, quæ omnes non minus, quàm ex supra commemoratis, vnaquæque ex osse, aut cartilagine principium desumunt, & aliquid semper colligant, amplexantur'ue. Hac etiam ratione musculorum quemlibet ligamenti nomine dignari possemus, eosq́; potissimum, qui ex osse, aut cartilagine producti, in aliud inseruntur, cuiusmodi sunt, qui ex [k] coxendice ortum desumentes, ossi femoris implantantur, qui præterquam quòd femoris motus coadiutores existunt, in colligando insuper, tuendo, inuestiendoq́; articulo, opem minimè obscuram conferunt. Porrò ligamenta omnia, pro vsuum quos præstant numero, non parum inter se variant, alia namq́; plures simul præstant, alia vnicum, vt in historiæ progressu obseruabimus. Haud secus quoque ortu, atque insertione differunt; alia enim ex solis educuntur cartilaginibus, in easdemq́; pariter desinunt, vt laryngis nonnulla; aliqua ex ossibus enascuntur, & in ea inseruntur, vt genus humeriq́; ligamenta, atque alia propemodum omnia. Alia rursus ad os, & cartilaginem pertinent,

Marginalia (left): a t.iiii θ. — b t.i.ii.iii. 1.2.3.4.5.6. — c t.vii. ε. — d t.xii. αβλ. — e t.iiii. β t.v. Θ — f t.xv. fi. xv. — g t.vii. υ. — h t.xiiii. b — i t.xv. fi. vii. — K t. viii. A. t. ix. o II.

Marginalia (right): Ligamenta ex quibus conflentur. — Ligamentorum vsus. — Secundus vsus. — Tertius. — Quartus. — Quintus. — Sextus. — Ligamenta alia — Ligamentorum discrimen.

nent, vt quæ pectoris os costarum cartilaginibus colligant. Alia ex osse, aut cartilagine deducta, in aliam quamuis corporis partem terminantur, cuiusmodi sunt omnes propè membranæ. Quædam ex osse quopiam enascuntur, & in idem desinunt, vt quina ex senis, externam brachialis sedem occupantia ligamenta, primum nanque ad radium, vlnamq; pertinet. Ligamentorum quoque substantia minimè omnium eadem sed diuersa est; Aliorum namq; substantia mollior est, & membranæ particeps, vt omnium ferè articulos complectentium vinculorum, quamuis etiam ex his, alia alijs habeantur teneriora; quæ nanque digitorum internodia ambiunt, humeri ligamenta mollitie superant, hæc verò, femoris ligamentis molliora existunt. Alia prædictis habentur duriora, verum cartilaginibus mollitie antecellunt, quale illud est, quod ex [l] medio capitis femoris eductum, in coxendicis acetabulum inseritur; & quæ vertebrarum [m] spinæ corpora intercedunt, & quod ex tuberculo in superiore tibiæ [n] appendicis sede consistente oriri diximus, femoris ossi consertum; atque vt vno verbo dicam, quæcunque ossibus interiacent. Situ præterea inuicem variant. Alia siquidem extrinsecus sedem obtinent, vt molliora; alia intrinsecus consistunt, vt cartilaginea. A figura etiam differentia desumitur, Quædam enim lata sunt, & tenuia, vt quæ inter gemina tum cruris, tum cubiti ossa reponuntur, atque alia item complura, quæ articulos circum vndique complectuntur. Quædam angusta, & crassa sunt, atque horum rursus alia teretia, vt [o] quod ex processu secundæ ceruicis vertebræ prodit, & in occiput inseritur; & [p] quod posteriùs dentem eundem comprehendit; Tum [q] quod in medio femoris ossis capite consistit, in coxendicis acetabulum insertum. Alia plana sunt, vt tertium peculiare humeri ligamentum; & quæ genu colligant, crassa quidem omnia, sed minimè rotunda, vt neque cartilaginea ligamenta tali os fibulæ colligantia. Mutuò tandem ligamenta differunt, quoniam Aliqua solida existunt, vt maxima ipsorum pars; Aliqua peruia sunt, vt brachialis vincula, quę anulorum instar, musculorum tendinibus cedere diximus; quales item sunt [r] membranæ pubis ossis foraminum, neruo venæ arterięque viam prębentes; & [s] quæ tibiam inter, ac suram consistit, quę venę pariter per ipsam transmissę peruia est. Hę sunt vinculorum differentię. Verum id omnibus commune est, vt sensu non nisi obtuso prędita sint, quò minùs continuò membrorum motu defatigentur: qua etiam de causa, vnctuosus ille humor, in articulis occurrens, comparatus fuit, qui ligamenta continuò oblinens, ossium motum reddit faciliorem.

Ligamentorum in substantia discrimen. *In situ.* *In figura.* *Aliæ differentiæ.* *Ligamenta omnia obscurè sentiunt.*

l t.xv.fi.xv o. m ta.xv.f xxviii.2. n ta. xv. f xxvii.x. o ta. xv. f xxvii.I. p ead K. q ead.fi.xv o. r t.xiiii.b s t.xv.fi.xv

De Cute, Cuticula, Membrana Carnosa corpus vniuersum obtegente, & de Adipe, inter cutem, dictamq; membranam reposito. Cap. 2.

QVoniam, qui nobis de Musculis habendus est sermo, aliquid forsan obscuritatis haberet, non pertractata prius Cute, Cuticula, Adipe, Membrana carnosa, quę partes vniuerso corpori communi sunt integumento; quid primùm eę sint, explicare operępretium erit, orationis exordio à Cute desumpto. Quę duritię mollitieq; media est, neruo sanguine referto similis; imò corpus est carnem inter & neruum, medium, nec sanguine admodum refertum vt caro, nec omnino expers vt nerui, ex semine, non minùs quàm spermaticę alię corporis partes, ortum; ex quo fit, vt disruptum, non nisi vestigio aliquo relicto, consolidari possit. Cutis hęc subditis sibi partibus diuersimodè affigitur; aliter enim volę manus, ac pedis plantę, quàm fronti adhęret; secus labijs, naso, auribus, & sedi, quàm cęteris partibus adnascitur. Omnes porrò, perindè ac cuiusuis cęterorum animantium coria, detrahi exactè admodum possunt, ideoq; δέρμα gręcis, quo nomine res detractu facilis designatur, dicta est. Verum aduertere oportet, vti adhęsu variat, ita etiam neruorum in eam pertingentium propaginibus excipiendis differre. Siquidem cutis uolę manus complures excipit neruorum ramulos, vt suo loco dicemus, capitis vero cutis paucissimos, etsi nulla ipsius pars neruis vsquequaque destituitur. Ex quo quidem apparet, quanta ijs fides habenda sit, qui cutis sensum è medio

De cute. *Cutis sensu admodum exquisito prædita.*

medio tollunt; cùm alioqui secus in dies euentus, nos in vulnere affectis, edoceat, quibus ea detracta est, in quibus nō sine magno ipsorum dolore, resuitur, imò longè maiori, quàm pars alia vulneris quæcunque. Eo etiam cutis huiusmodi variat, quòd alijs partibus crassior obtenditur, vt in pedum plantis & capite; alijs tenuior, vt in facie; alijs media, vt in interna manus parte; ea tamē vniuersa homini tenuior, quàm quadrupedibus obtigit. Non minus ex motu ipsiusque priuatione, cutis differentia desumitur, in aliquibus enim partibus mobilis est, vt in fronte, & quoquo modo in occipite, facieque, atque in anteriore colli sede; in alijs immobilis, vt in cæteris omnibus corporis partibus. Quæ motu prædita est, aut particularis musculi interuentu mouetur, vt in fronte, collo, malis, labijsque; aut proximarum partium auxilio, vt cutis genarum. Quinetiam alijs in partibus pilosa cernitur, vt in capite, sub axillis, in pectine, viris in mento; in alijs glabra, vt in volis manuum, ac pedum plantis: Ast ea exiguis quibusdam spiraculis tota peruia est, πόροις græcè dictis, per *Cutis Pori.* quos recrementa corporis expurgantur, & pili enascuntur. Spiracula huiusmodi in manuum volis, & pedum plantis, minora, quam in vlla alia parte habentur. Hisce cutis foraminibus alia insuper accedunt, palàm occurrentia, qualia sunt nasi, oculorum, oris, aurium, pudendi, sedis, & vnguium foramina. Quam ob causam, horum foraminum vnumquodque paratum sit, cum de partibus cuti subiectis agemus, sigillatim edocebimus. Nunc scire expedit cuti huic, cuticulam obtendi, exanguem, & *Cuticula.* ceparum inuolucri modo, tenuem, quamuis in partibus nonnullis, potissimum in manuum vola, in pedum planta crassior occurrat; quam græci ἐπιδερμίδα hoc est, cutis efflorescentiam appellarunt. Cuticula hæc si quando disrumpitur, vt ferè in scabiosis euenit, siue diuellitur, vt cum vesica quæpiam excitatur, facilè nullo relicto vestigio renascitur; secus quàm cutis, tum dictam ob causam, tum quòd in eam complures venarum, arteriarum, neruorumque propagines terminantur: imò nonnulli cutem præterea nihil esse, quam horum omnium congestionem existimarunt. Cuti *Adeps.* copiosus adeps, perinde atque in suibus subtenditur, in quouis corpore nisi admodum gracili conspicuus, atque ideo minimè arduum est, humanum corpus, prædicta membrana carnosa prorsus intacta, deglubere, quod in simijs canibusque non euenit, vt probè in ipsis Galenus aduertit, contrarium in homine obseruaturus, si explorare id ipsi licuisset. Adeps is ex sanguine è venis resudante gignitur, quæ per carnosam membranam reptantes in cutem inferūtur. Qui sanguis tum natiui caloris inopia, tum membranæ huius, suapte natura frigidæ vicinitate, cōgelascit, & in adipem abit: ideoque in frigidis humidisque animantibus, qualis fœmina est, ac sus, copiosior concrescit, quàm calidis & siccis, quales sunt, canis, leo, simia & alia, in quibus omninò paucus, vel nullus conspicitur. Quinimo præter hominem, suem, erinaceum, ouem, & glirum, nullum mihi præterea quadrupes occurrit, cui adeps inter cutem & membranam carnosam repositus adesset. In alijs etiam corporis partibus cōplurimis, adeps iste collectus visitur, quibus quidem opitulatur subuenitque, nutrimentum egentibus suppeditans, atque in molem ipsas attollens maiorem; vnde πιμελὴ, vt arbitror, græcis vocatus est. Adeps hic iuuenibus albicat, senibus verò flauescit, atque id magis minusque, prout senior quis, iuniorque est. Porrò albedinis ipsius *Adeps cur albus.* rationem, in compotem aereæ substantiæ naturam, vt quidam faciunt, referre, omnino mihi risu dignum videtur; hac enim ratione oleum albissimum, dentes verò nigerrimos esse oporteret, quandoquidem nihil hisce minus, nihil illo aereum magis inueneris. Sed hæc cùm ad rem minimè faciant, missa faciamus. Adipi membrana subtenditur, longè cuticula validior crassiorque, & fibris quibusdam implicita, quæ adipem peruadentes in cutem vsque porriguntur, quorum auxilio quoque substratis sibi musculis adhærescit, & cuti præterea validè admodum affigitur, medijs venis quamplurimis, arterijsque nonnullis, nutrimentū cuti deferentibus; nonnullis quin etiam neruorum propaginibus, sentiendi vim ipsi communicantibus, quæ per huiusmodi membranam adipemque prorepentes in cutem adiguntur. Mem- *Membrana carnosa quibus in partibus moueatur.* branæ istius, eadem est vbique crassities; motu nequaquam pollet, præter quàm in collo, fronte, occipite, ac facie, vbi carnosis quibusdam fibris adeo crassescit, vt mu-

sculi nomen adipiscatur. Visi quidem interdum sunt qui aurem mouerent, quod ipsi Romæ in Hispalensi quodam vidimus, cui nomen erat Mansiglio; alij cutem in dorso mouēt, alijsque partibus, in quibus omnibus membrana hæc carnosis fibris referta est, equinæ, asininæque cutis instar. Hanc græci ὑμένα, quod membranam significat, appellarunt. Arabes postea Carnosam summa ratione addiderunt, quo nomine communiter appellatur, licet ij abdominis quoque musculos simul omnes huiusmodi appellatione dignentur. Sub hac membrana inter ipsam & musculos lentus, lubricusque humor consistit, qui musculis motum comparat faciliorem, quod membranis omnibus commune est, quæ corpus aliquod sedem aliquando commutaturum ambiunt. Is etenim humor eas oblinit, quò promptius excurrant: quemadmodum in Peritonæo, intestina obtegente videre est; & in ligamentis, quæ tendinibus, pedum, manuumque digitos adeuntibus patent; atque in membranis cordis.

De Musculis, & primùm quid sit Musculus. Cap. 3.

Musculus quid & ex quibus constet.

MVsculus, pars corporis nostri est [a] organica, voluntarij motus auctor & opifex: conflatur is, ex neruoso ligamento in plura filamenta diducto; ex multis præterea carnosis fibris, filamenta complectentibus, atque integentibus; nec non etiam ex aliquot venarum, arteriarum, neruorumque ramis, nutrimentum, vitam & sensum ipsi elargientibus. [b] Ligamenta statim à musculi principio, in multas partiuntur fibras, ad finem vsque musculi perreptātes, vbi rursus coalescentes, [c] validū quendam funiculum, siue lorum efformāt, Tendinem latinis appellatum. In hunc autem tendinem musculi nequaquam desinunt, nisi cum procul inserendi sunt; ipsius enim caro, locum per quem deducuntur insigniter impediret. Estque illud minimè prætereundum, quod, quemadmodum prior ligamentorum distributio, musculi caput constituit, sic eorundem collectio caudam, medium verò ipsorum, [d] corpus efformat: vniuersum autem in musculorum nonnullis murem effingit, vnde apud latinos Musculi appellationē fuit adeptus. Piscis quinetiam dicitur, quòd ipsi quodammodo sit assimilis; etsi profectò vix vnum aut alterū figuræ huius, in [e] brachio [f] fęmoreque reperias. Deinde musculus omnis, membrana totus integitur, ex ligamentis, ipsius caput finemque ossi colligantibus, educta. Horum musculorum alij breues sunt, alij longi; illi vsquequaque carnei sunt, tendinem prorsus nullùm effatu dignum educentes, hi tendine omnes donantur, licet inæquali, nec eademmet figuram seruanti; alij enim longam, alij teretem, alij aliam obtinent, vti mox dicemus.

Musculi figura.

a tab.xv.fig.xviii.
b ead.C.
c ead.D.
d ead.E.
e t.i.d.t.iii.a.
f t.iiii.φ.

De Musculorum differentijs. Cap. 4.

Musculorū differentiæ quot.

VAriant inuicem musculi, ortu, munere, figura, colore, situ, & fibrarum genere. Quod enim ad ipsorum structuram attinet, ex fibris, venis, arterijs, neruis, carne, atque adipe omnes constituuntur; neque vllus est musculorum, qui singulas hasce partes non obtineat, licet Vesalio secus videatur. Verum id quidem est, in aliquibus, venam, neruum, arteriamque, quæ sua est ipsorum paruitas, intuentium oculos effugere; vt in eo euenit, qui volæ manus tendinem producit. Adeps verò qui ferè inter carnium fibras concrescit, in senibus, atque gracilibus exiguus omninò, vel nullus occurrit; in pinguibus autem, copiosus perpetuò conspicitur, potissimum in duobus musculis [a] nates efformantibus. Varius ergo est musculorum exortus. Quidam enim ex osse prodeunt, vt fęmoris, & cruris motores. Quidam ex cartilagine principium desumunt, vt [b] laryngis musculus, quique inter thoracis [c] cartilagines exurgunt. Alij ex alia quapiam dura membrana producuntur, quales sunt omnes oculorum musculi, & [d] duo hi qui retrò stomachum amplexantes, in primam laryngis cartilaginem desinunt; nec non ceruicis [e] vesicæ, ac sedis musculi. Alij ex membranis musculorum tendines obuoluentibus educuntur, vt [f] qui quatuor manus digitos, pollicem versus adducunt, & ipsius erectionem promouent. Quidam ex ligamentis oriuntur, vt qui [g] primum pollicis manus articulū flectunt; & [h] qui pedum digitos

Ex ortu.

a t.ix.H.
b t.xvi.
c t.vi.x.
d t.xvi.fi.iii.v.I.
e ead.fig.xv M.fi.xvii.N
f t.vii.d.
g t.vi.λλ.
h t.vi.n.

i ta.xvi.fi.xv. xvi.HI. digitos extrorsum agunt. Alij ex alio musculo enascuntur, [i] qualis est, qui ex sedis musculo productus, vesicæ collū iuxta genitale amplexatur. Quidam nulla ex parte principium sortiuntur, verùm membranæ aliquibus partibus carnosæ redduntur, & k t.i.r. l ead.A. musculi nomē accipiunt, veluti [k] qui anteriorē colli sedem, qui faciem, [l] frontemq; m t.iiii.s.lib. iii.i.iiii. fig. xix ⳩. occupant. & [m] qui ex rubēte, carnosoq; testium inuolucro pronascitur. Præterea eo insuper differunt, quòd alijs plura ossa principium porrigunt, cuius notæ sunt hi, qui n t.ii.Θ t.iii. PPP. motui thoracis præsunt; primus [n] abdominis musculus; primus & [o] secūdus brachij motus autores. Alii ex vnico nascuntur, vt reliqua omnis ferè musculorū series. Atq; o ta.ii.iii.M. KΔL.t.ii.Σ. horum alij ex vnico processu, sola ve parte oriuntur, vt ferè fit; Alij ex pluribus, vt p t.vi.Θ. [p] primus cubitum flectens. Alij ex osse simul & cartilagine ortū habent, vt duo [q] re- q t.v.rr. cti abdominis. Fine musculi differunt. Quidā nanque in cartilaginem desinūt, vt la- *E fine.* ryngis, palpebrarū, nasiq; foraminum musculi. Quidā in cutem, vt labrorū musculi. Alij in aliquam membranā terminantur, vt oculorum musculi. Alij diuersis partibus implantantur, vt quatuor genitalis, qui in ipsius corpora, & in principiū meatus vri- r l.iii.t iiii.fi. xxi.x. narii finiunt, musculus item testiculorum, in [r] vas semen à testiculis sursum deferēs, s li.iii.t.ii. fi. vii.bc. insertus; [s] sedis musculi, in exteriorem intestini recti tunicam implantati; colli vesicæ musculus, in penis corpora iuxta ipsius meatum desinens. Adhæc eo etiā discrepant, quòd quidam ex pluribus oborti partibus, in vnam desinūt, vt qui brachiū pectori t t.x.Θ. admouet, qui attollit, qui deprimit, quiq; scapularum motus auctores existunt. [t] Alij u t.v.R.t.vii. L. cōtrà ex vno educti in plura inseruntur, vt [u] qui ex maiore scapulæ latere productus x t.iiii.⳩.t.v. Θ. octo prioribus costis cōmittitur; quiq; [x] quatuor pedis manusq; digitos extēdunt; & qui nasi alas, & qui labiū superius diducunt, in cartilaginē, cutēq; desinentes per- y t.vi Δ. inde, atq; [y] diaphragma altera sede in os, altera in cartilaginē terminatur. Alii à plu- z t.xi.E. ribus enascūtur ossibus, & in plura desinūt, vt tertius [z] thoracē mouentiū, qui ex posterioribus ceruicis vertebrarū processibus ortū adipiscitur, & in aliquot posteriores costas implantatur; huc quoq; omnes scapularum motores pertinent. Varia sunt *Ex munere.* musculorū officia; quidā enim ex osse prodeunt, & illud mouent, quod ipsi adhære- a t.ix.T. t.x. xi.Σ. scit, sic tres [a] musculi è coxendice nascuntur, & in femur cōferuntur; huiusmodi etiā b t.v.ΑΠ. sunt, qui ex fęmore producti in crus finiūt, [b] septimus nimirū & octauus ipsius motores. Alii ab osse quopiā educti, minimè ipsi alligatū mouent; vt omnes cruris motus coadiutores, exceptis primo & octauo, qui, vti diximus ex osse fęmoris educti tibiæ, fibulæque conferuntur. ad id quoq; genus pertinent, qui ex cubiti, crurisve ossibus exorti, digitos cient. Figura etiā differunt; quandoquidem alii lacertas pedibus *Musculorum in figura discrimē.* c t.i.A. captas, murem ve, aut piscem æmulātur, qualis est [c] primus brachialis flexor; & [d] sex d t.iii.z. tus qui attollendo pedi opitulatur, atq, alii complures figuram hanc quodammodo e ta.iii.i.ta. iiii.a. referentes, etsi nullus ad eam propriè accedit, si eos exceperis, qui [e] pollicē, paruumq; à cæteris abducunt, eam satis apposite repræsentātes. Ab huiuscemodi figura, musculi omnes nomen, vti diximus, desumpserunt, licet eorum complures eam insigniter f t.xi.fi.ii. variam nacti sint; Alii siquidem triangulares existunt, vt [f] primus brachiū attollens. g t.x.HIK. h t.vii.x. Alii quadrati, vt [g] tertius scapulæ, & [h] primus radii, quique genarum [i] motui pri- i t.i. LMN. mi famulantur. Sunt qui lateribus quinis efformentur, vt secundus brachii motus k t.iiii.Δ. [k] auctor, & thoracem mouentiū [l] secundus, qui licet quadrilaterus videatur, si tamē l t.vi.R.t.vii. L. insertionem perpendas, tot sunt latera, quot digiti, quibus implātatur. Eandem met m t.ii.PPP. figurā adeptus est, [m] primi abdominis exortus; at longè plura [n] musculo volæ ma- n t.iii.x. nus tendinē producenti, latera obtigerunt, aliisq; omnibus in plures tēdines desinen o t.xii.Δ. tibus. Mira quoq; intuētibus offertur, [o] quarti dorsi musculi forma, cuius quidē corpus aloes radicem, tendines verò, pubem ipsius æmulantur: Perinde quoq; se habet, p t.xiiii.r. [p] vndecimus isq; longissimus dorsum mouentiū musculus. Haud secus, obseruatio- q t.vii.Δ. ne digna est [q] Diaphragmatis figura, proximè ad Raiam piscē accessura, si bifidā is caudā gereret. Sunt & qui teretē specię præ se ferant, vt sedis, vt colli vesicę musculi. Alii in mucronem acuuntur, aliiq; alias exhibent formas, quibus recensendis, ne sim prolixior, supersedebo, donec eos sigillatim prosequar. Illud hoc loco sit intellexisse satis, aliorū latum esse principiū, finē verò angustū; alios cōtra se habere; alios tenues esse ac longos, alios latos & breues; Alijs angustū adesse principiū, alijs amplū; quos-

dam peruios esse, quosdam minimè. Omnibus porrò communis ferè color est, nisi quòd vbi excarnes sunt, neruorũ instar albicant; vbi carne opplẽtur, ipsius colorem induunt, quamuis aliquod neruosorũ filamentorũ, per eos repentium, vestigiũ semper appareat. Et licet ipsorum aliqui liuidi, plumbei've videantur, re vera tamẽ tales minimè sunt; sed hoc fit, quia membrana vsq; adeo crassa obteguntur, vt musculum perspicuo videri non sinat, vnde color ex albo nigroq; permixtus consurgit. A situ quoq; musculorum differentia petitur. Siquidẽ alij extrorsum magis consistunt, alij verò introrsum; Alij oblique in priora descendunt, alij oblique in priora similiter ascendunt; quidã recti feruntur, quidã transuersim, orbiculatim've contendunt. Omnes tamen eundem semper cũ fibris ductum seruant, quæ secundũ musculi longitudinẽ, à principio ad finem perreptãt, præter labiorũ, & [r] genarum musculos, quibus multiplex fibrarũ genus inter se cõplicatarum obtigisse videtur. Pro harũ fibrarum varietate, singuli musculi diuersos vsus obtinẽt, atque ideo qui pluribus præsunt motibus, vt linguę, labiorum, & maxillarum, plura obtinent fibrarũ genera, adeo inuicẽ intertexta, vt summa cũ difficultate distingui queant. Cæteri, quibus vnũ duntaxat fibrarum genus adesse diximus, nõ æquè omni ex parte collectas æqualesq; obtinẽt, qui enim angusto principio, & lato fine sunt, fibras sortiuntur in medio sui corporis tenuiores magisq; seiunctas quàm in principio aut fine; quibus latum caput est, cauda verò tenuis, ij fibras in principio magis quam in fine disiunctas adipiscuntur; qui ab extremis tenuiores existunt quam in medio, in his fibræ opposito modo se habent. Aequalibus, æquales quoque sunt fibrę. Verùm musculi vnico principio, duplicique corpore præditi, duplicis quoque generis fibras sibi vendicant; operanturque ac si gemini essent musculi alius post alium, acuto capite ac rotundo tendine præditi. Aliæ insuper cõplures musculorum differentiæ habentur; alij enim crassi sunt, alij tenues, alij carnosi, & fibris quibusdam interstincti. Alij neruei in ortu sunt, ac dein carnei euadunt, Alij tales sunt quoquo versus. Alij vnum, alij duos habent exortus; Hisq; ortus aut neruei ambo, aut ambo carnei sunt, aut alter nerueus, carnosus alter existit. Differunt quoque musculi corporibus; (corpus eam musculi partem appello, in qua fibræ dissitæ magis cõsistunt, & caro copiosior interiecta est) interdum enim musculi corpus ad principium consistit, nonnunquàm verò ad finem; Aliàs in medio est, quandoque autẽ vniuersus musculus, corpus existit, quandoque duas in partes finditur, interdũ albas quasdã nerueasq; impressiones in medio adipiscitur, quæ varia in ipso corpora ostẽdunt. Variant præterea tendinibus. Alijs enim lati sunt, alijs teretes, alijs breues, aliis longi, quibusdam in multos dirempti, quibusdam non, imò ex plurium musculorum tendinibus vnus cõsurgit. Accedit & aliud ex munere discrimẽ; Alii siquidem rectis, obliquis alii motibus opitulantur, alii ambos præstant huiusce modi motus. His hũc in modum vniuersim positis, operæprecium erit eorũ vnumquemque sigillatim prosequi, ducto à faciei musculis exordio, in quibus eum obseruabimus ordinem, vt vno in corpore inspici omnes possint.

In situ.

Fibrarũ in musculis vsus.

[r] t.iiii.ΔMN

Aliæ musculorũ differentiæ.

Musculorum in corpore discrimen.

In tendinibus.

In vsu.

De Musculis frontis. Cap. 5.

MVsculorùm faciei tanta est confusio, atque implicatio, vt magnam inter Anatomes professores controuersiam pepererit, adeo vt nec Vesalio cum Galeno, nec Realdo cum Vesalio conueniat. Realdum ipse hac in parte sequar, qui omnium rectissimè eos seiunxisse mihi visus est, vti periculum multoties feci. Dico igitur fronti [a] duos adesse musculos, qui ex membrana carnosa, vti diximus, enascuntur; quinimò potius partes ipsius existunt, hacque in parte membrana hæc ita cuti affigitur, vt eam plerique ipsius partem esse crediderint; at sedulò inuestiganti, facilè discrimen innotescet. Horum musculorum vterlibet à suo latere à capillorum principio exoritur, & in arcum versus internum oculi angulum descendit, vbi amplo inseritur extremo, per omnem superciliorum longitudinem diffuso, & suæ vtrique adsunt fibræ, obliquè in orbem ferè à summo ad imum, versus priora repentes, quem in medio longitudinis musculi, carnosiores, quàm alibi existunt.

Faciei musculi confusi.

Frons duobus prædita musculis.

[a] t.i.A.

Ipsorum fibræ.

Estque

Estque horum musculorum munus, supercilia sursum adducere, oculorumque apertioni opitulari. Duo hi musculi, eiusdem membranæ carnosæ auxilio, in media fronte copulātur, vsque adeo distinctè, vt nesciam quomodo id Vesalij oculos effugerit, præsertim cùm id euentus quotidie commonstret, in his qui vulnus aliquod in fronte acceperunt, quandoquidem si solus ipsis musculus transuersim dissectus fuerit, nequeunt ab eo latere oculum diducere, alterum interim prorsus expeditum habentes. Quinetiam citra vulnus, id in quibusdam secundum naturam cōspicitur; quod quidem solo existente musculo, esse nequaquam posset. Ac propterea chirurgi summoperè caueant oportet, ne in eorum errorem incidant, qui aliquem oculorum affectum è medio tollere volentes, transuersas fibrarum horum musculorum sectiones moliuntur, efficiuntque vt oculos in posterum diducere nequeant.

Munus.

In fronte cauenda est transuersa incisio.

De Musculis Palpebrarum. Cap. 6.

PAlpebrarum vtraque, tam superior quàm inferior, ex membrana efformatur caluariam obtegente, dicta vulgo Pericranio, (quæ vnum idemq; cum alba siue adhærente dicta oculi tunica, corpus constituit) atque ex carnosa mēbrana, cuti pariter adiuncta, licet ea minimè ratione, vt ex ambabus vnū idem consurgat. Tria hæc corpora, ad palpebrarum oras coalescunt, vbi cartilago reponitur, quam [a] ταρσὸς vocari diximus, ex qua oculorum pili ita enascuntur, vt ex quatuor horū corporum congestione, palpebrarum corpus extruatur vnicum, ita vt cęterarū corporis partium nulla illi assimiletur. Per reliquam omnem palpebrarū regionem, ea in qua pili nascuntur excepta, membrana carnosa cuti adhærescit, nullo interim, præter vnctuosum quendam humorē, ipsis interiecto. Carnosa huiusmodi membrana tū in superiore, tū inferiore palpebra, carnosas quasdā fibras adipiscitur, ex quibus duo inter hāc atque albam seu adhærentem membranam, musculi educuntur, tenues, lati, & ęquales, suum quiq; oculi angulum occupantes. Qui ad [b] maiorē consistit, ex medio palpebræ inferioris enascitur, & per lachrymalem defertur, ibiq; à sui etiam lateris supercilio principium assumit, atque inde ad mediam vsq; palpebram superiorē contendit. Huius finis [c] amplus, vt reliquū ipsius omne, in dimidiam sui lateris cartilaginē, ex qua pili oculi producūtur, inseritur. Alter [d] musculus, minorē angulum vniuersū occupat, priori æqualis, à medio enim inferioris palpebræ exortus, per dictum angulū circunducitur, ad dimidium vsq; superioris ipsius sedis, vbi [e] priori ità committitur, vt nisi varijs operibus, eundem tamen in finē directis, distinguerentur (secundus enim musculus externum angulum occupans, versus suum principium trahit, quæ dimidia est inferioris palpebræ sedes, prior itidem versus suum principium adducit, quæ reliqua est eiusdē palpebræ medietas) vterque vnus videretur; tanta est fibrarum similitudo, tam congrua ipsorum adhæsio, & coitus. Horum musculorum munus est, superiores palpebras occludere, quæ solæ homini motu cientur, cùm inferiores immobiles perstent. Præter duos hosce musculos, [f] alium pariter sibi palpebra vendicat, suæ apertionis coadiutorem, de quo mox verba faciam.

a li.i.t.vii. fi. xvi.
b t.i. C.t.xv. fi.xx.C.
c t.i. c.t.xv. fi.xx.F.
d t.i. d.t.xv. fi.xx.eDF.
e t.i.D.t.xv. fi.xx.E.
f t.xv. fi.xx. B.

Palpebræ ex quo constituantur.

Primus palpebrarum musculus.

Secundus.

Ipsorū munus.

Tertius.

De Musculis Oculorum. Cap. 7.

MVsculorum in oculis consistentium numerus, à Vesalio assignatus, nonnihil mihi suspectam ipsius diligentiam reddit; imò cuiusuis potius cæterorum animantium, quàm hominis oculos, eū pertractasse, hinc apertè conijcio. Nam præterquam quod neruum visoriū in medio posterioris oculi sedis è regione pupillæ cōmitti negat, musculū præterea quendam cōminiscitur, quem totū hunc neruum cōplecti asserit; qui quidē in bobus, in veruecibus, alijsq; brutis semper occurrit; in homine nunquā mihi eū videre contigit, vt neq; Realdo, quemadmodū ex eius met ore accepi. Propterea, quanuis interdū etiā reperiretur, (quod vti dixi, nunquā mihi hactenus visum est) monuisse saltem debuit, eū vt plurimū non inueniri. Aliū preterea musculū [a] inter oculi motores reponit, qui mehercule nihil minus quā ipsū mouet,

a t.xv.fi.xx.B

Oculo quinque tantum adsunt musculi.

Ex membrana enim carnosa enascitur, non procul à fine musculi frontis, & in superiorem palpebram desinit, oculo prorsus intacto; imò attollendæ palpebræ deseruit, in quam inseritur, cum oculum diducimus, ideoque musculus is tertius erit palpebrarum, ad quas referendus venit. Oculus autem quinque duntaxat sibi musculos vendicat, ex quibus [b] quatuor in interna oculi orbita enascuntur, ex dura matre visorium neruum obuoluente principium ducentes, & in oculi medium terminantur, cum circum ambientes, singuli equaliter; atque ex simul omnibus tenuis membrana pellucens conflatur, album ipsius omne obtegens, quod, oculo suam sedem tenente, conspicitur. Hi omnes musculi tenues admodum sunt, duo suprà, duo infra positi, ad suum vnusquisque latus; cunctique angusto principio enascuntur, postea verò sensim, ac sensim ampliantur, donec ad oculi medium perueniant, qui circulus est maioris ipsius rotunditatis, ita vt eorum vnusquisque triãgularem figuram ostendat. Musculi hi præterquam quòd oculo intra cranium vincto detinendo auxiliantur, ei etiam mouendo deseruiunt, singuli versus suum principium trahentes. Atque ideo vbi eorũ aliquis seorsum operatur, versus illud latus oculum flectimus, sursum deorsum've magis, prout superiorem inferiorem've agimus; vbi duo alterius lateris operantur, rectà oculum, versus illud latus, conuertimus; vbi simul omnes in opere sunt, si æquè trahãt, rectum firmumq; oculum detinemus; si alius post alium, oculum quoquo versum ducimus, citra vllam alteriùs musculi opẽ, secus quàm existimauerit Vesalius. Quintus à membrana etiã carnosa exoritur, & in inferiorẽ oculi sedem sese inserit; & versus suum principiũ trahens (vt alius quiuis musculus solet) oculum, (inquit Vesalius) sursum agit, musculus hic etsi eũ, quem affert Vesalius, situm obtinet, nulla tamen ratione oculũ sursum agere potest, cùm in humiliorẽ sedem inseratur.

Oculo quinque tantum adsunt musculi. *Quatuor oculi musculi.* *Ipsorũ munus.* *Quintus musculus.*

b ead. fi. xxii. HILM.

De Musculis Nasi. Cap. 8.

IAm diximus ex nasi ossibus duas prodire cartilagines, ex quibus duæ insuper educuntur, Alæ nuncupatæ, nasi foramina constituentes. Scire igitur oportet cartilagines hasce siue alas à quatuor cieri musculis, quorum duo [a] priores, à suo vterque latere, à nasi principio iuxta lachrymalem originẽ sumunt, perque latera ipsius deorsum feruntur, quousque in sui lateris cartilaginem inserantur, quam nasi fenestras constituere diximus. Duo hi musculi adeo euidentes in homine occurrunt, vt quantumuis exigui tenuesque, nesciam, quomodo Vesalium latuerint. Nasus adhæc, duos alios adipiscitur musculos, [b] quorum vterque è genæ summo enascitur, & in externum foraminis nasi latus, à suo latere inseritur. Tum hi, tum superiores duo, alis nasi aperiendis simul deseruiunt, ita tamen vt priores versus suam originem trahendo, eas attollant; hi verò versus suum principium trahendo, ipsas diducant. Vesalius adhæc duos quoque alios in interna narium amplitudine musculos constituit, nullatenus à membrana carnosa seiunctos, qui duarum instar membranarum sunt, & nasi alis, vt ipse refert, occludendis inseruiunt. Sed, præterquam quod hac in parte, nihil excepta cute, ac membrana carnosa consistit, nasus musculorum ad vtrunque superioris labij latus consistentium ope occluditur, nullo interim alio ad id requisito. Itaque licet huiusmodi musculi quatuor sint, (vti Vesalius prodidit) minimè tamen ij sunt, quos ipse descripsit, vt facilè vnicuique, paulò diligentiùs id inquirenti perspicuum fiet.

Nasi musculi quatuor. *Primus & secundus.* *Tertius et quartus.* *Duo musculi à Vesalio propositi.*

a t.i. D.t.ii.C. b t.i.H.t.i.

De Musculis Genarum. Cap. 9.

GEnarum motores musculi quatuor sunt, quorum [a] primus & secundus, in suo vterque latere consistentes, tenues, neruosiq; sunt, atque insigniter lati, exordiuntur enim nõ iuxta mamillares ossium temporũ processus, vt inquit Vesalius, ibi nanq; membrana nondum in musculũ abijt, sed iuxta malarum apicem; atque inde ad scapulas vsque descẽdunt, & supra clauiculas deducti, ad os pectoris pertingunt, ibiq; inuicem cõmittuntur, eiusdem carnosæ membranæ beneficio; & per colli mediũ ad labium vsq; superius perreptant; indeq; transuerso per mediam faciem ductu supra imum rursus exterioremq; genarũ musculi apicem ferũtur, quem molitorem vocari

Musculi quatuor genas mouentes. *Primus & secundus.*

b t.ii.r.

image
not
available

Haud secus quoque duo alij inferiùs consistunt, vtrinque vnus, nonnihil breuiores, sed latiores, prodeuntque ex humiliori maxillæ inferioris regione, ad interna ferè maxillarium latera, ac inde in priora obliquè ascendunt, donec lato fine in medium omnes sui lateris labrum conserantur. Sunt itaque quatuor omnes lati, videnturque singuli duplici principio insigniti, ob fibrarum varietatem, quæ initio paululum seiunguntur, postea verò sensim ità committuntur, vt vbi ad labrum perueniunt, sibi ipsis inuicem incumbant, labrorum cuti cōmixtæ atque implicatæ. Quatuor horum musculorum ope labra duodecim motibus aguntur, quatuor obliquis, vtrunque labrum duobus; & rectis octo, labrum vtrunque quatuor. Recti quidem fiunt, quando vociferamur, cumq; os occludimus, & cùm labra intrò adigimus, vel extrorsum abducimus; licet ab internis horum musculorum fibris, motus introrsum efficiatur, extrorsum verò, ab externis. Quatuor obliqui motus, vnico duntaxat laborãte musculo, altero vero cedente, celebrantur. Si enim dexter, sinistro remisso, laboret, dextram labij partem obliquo, sinistram verò pendente motu attollimus. Hac eadem ratione reliqui tres motus absoluuntur. Verùm quò validiore motu superius labrum ageretur, totusque aliquo musculo refertus euaderet, in eum illius musculi caput vnum, vtrinque inseritur, quem ex Malę summitate prodire diximus, & in nasi alam sui lateris, extrinsecus recondi, nasique alis diducendis, sursum trahendis conferre.

Horum musculorum munus.

De Musculis Maxillæ inferioris. Cap. II.

PRoditum antea est, in homine, cæterisque omnibus animantibus, pręterquam in Crocodillo ac Psitaco, inferiorem maxillam, immota interim superiore, moueri. Nunc scire oportet, trifariã huiusmodi motum absolui, aut sursum scilicet, quemadmodum vbi os occludimus, aus deorsum, vt quum ipsum aperimus, aut extrorsum, introrsumque ac in latera, vti cùm mandimus. Motus hosce, musculi octo peragũt, qui à diuersis quos edunt, motibus (videntur enim circum vndique maxillam agere) Masseteres græcis, hoc est Molitores dicti sunt; nec solũ musculos hosce hoc nomine designarunt, sed eos etiam omnes, qui quoquo modo ad mandendum cōferunt; Ipse autem obscuritatis euitandæ gratia, eum duntaxat Molitorem appellabo, qui præcipuus est huiusce operis adiutor, reliquos à sedibus, quas singuli occupant, nuncupabo. Est igitur Masseter seu [a] Molitor, primus maxillæ huius musculus, qui iuxta lineam in malæ medio conspicuam exoritur, amplo nerueoque principio è tota inferiori ossis [b] *iugalis sede*, toto *sui ductu* ad aurem vsque pronato, quemadmodum vnicuique licet, digitis in seipso percipere. Si quis enim pollicem inter aurem ac inferiorem maxillam collocet, medium verò digitum genæ admoueat, prematque, velut in os eum adacturus, inter vnum, alterumque digitum, liquidò musculum persentiet, potissimum si dentes comprimat, tunc enim veluti contractus durior occurrit. Verùm aduertere oportet, quemadmodum originis musculi huius principium nerueum est, tale quoque ipsius reliquum existere, quod ab inferiori ossis iugalis sede introrsum enascitur. Pars verò ab externo eiusdem ossis iugalis latere pronata, longè carnosior est, vt reliquus quoque musculus vniuersus; ast musculus hoc enatus principio, deorsum tendit, donec posteriorem omnem inferioris maxillæ partẽ extrinsecus, capite partim carneo, partim nerueo comprehẽdens, totæ huic parti validissimè inseratur, ac potissimum tuberculis quibusdam, quæ in imo huius maxillæ consistere diximus, hacque in parte coangustatus, in apicem veluti obtusi trianguli desinit; imò musculus ipse vniuersus ferè triangularis est, cuius primum latus, totum ipsius principium occupat, quæ vniuersa est ossis iugalis longitudo, secundum à malæ summitate, ad dictam vsque inferioris maxillæ asperitatem porrigitur, tertium ab aure ad finem vsque secundi protenditur, cui adiungitur angulum ita obtusum cōstituẽs, vt aliud latus videatur. Sicque musculus is quatuor latera obtineret, tria grandia, vnum verò exiguum, in quod fibræ ipsius omnes terminantur, quæ amplo principio prodeunt, sensimque omnes inuicem veluti currus radij committũtur, donec ad ipsum perueniant, rectà semper à principio ad finem tendentes. Ex quo mirari subit

Primus maxillæ inferioris musculus.

a t.ii. C. t.iiii △ t.v. D.

b t.ii. B. tab iiii. D.

ſubit nonnullos, qui ex eo ſtatim varias in eodem muſculo fibras haberi aſſerunt, quòd varium ſenſuum iudicio ductum alias ab alijs ſeruare intueantur. Quod quidem minimè ita ſe habet, imò eandem omnes progreſſus rationē ſeruant, rectà ſcilicet à principio in finem; ſed vti euenit latum eſſe principium, finem vero anguſtū, ſic fit, vt quæ à medio principij naſcuntur, rectà incedere, quæ verò à lateribus prodeunt, obliquè deferri videantur. [c] Secundus muſculus, inferiorem mouens maxillam, à [d] verticis frontiſque ac temporum ſui lateris oſſe producitur, lato arcuatoque principio; primùm à verticis frontiſque oſſe, digito altius, à temporum commiſſura exorditur, deſcenditque ſenſim ac ſenſim, craſsior, atque carnoſior redditus, ſed anguſtior, [e] cauitatem inter iugale os & capitis oſſa exculptam adimplens, à qua, ut nuper diximus, principium deſumit. Aſt vbi ad os iugale peruenit, impensè craſſus euadit & anguſtus ac ſuperiori quoque iugalis oſsis ſedi adnatus, ita molitoris principio committitur, vt haud mirum ſit, ſi nonnulli ambos vnicū eſſe prodiderint. Vniuerſum muſculi huius corpus ad os vſque iugale, carneum exiſtit, ſed externa ſede, ob membranæ ipſum obtegentis craſsitiem, liuidum apparet, pręcipue ad ſui principiū, & quà oſsi committitur; interna verò ſede, eiuſdem cum carne coloris eſt, deſcenditque à commiſſuris pronatus, quas inibi capitis, & maxillæ oſſa edere diximus, donec in breuem deſinat tendinem, ſed præualidum, atque neruoſum, adeoque latum, vt acutum inferioris maxillæ proceſſum, in quem validiſsimè adigitur, totum complectatur. In hunc tendinem omnes muſculi huius fibræ terminãtur, ad quem inſtar peponis torulorum coeunt. Eſtque ipſius munus, maxillam contrahere, quod tanta vi molitur, quantum ij nobis demonſtrant, qui grauiſsima pondera dentibus attollunt. Tertius [f] muſculus maxillæ huius motor in ore deliteſcit, neruoſum principium aſſumens ex tota [g] cauitate inferiorū cuneiformis oſsis proceſſuum, veſpertilionum alis conſimiliū; ſimulatque verò ab huiuſmodi egreditur cauitate, amplus, carneus, & craſſus efficitur, & eiuſdem ferè cum molitore appellato figurę; validiſsimè nãque in internam poſterioremque inferioris maxillæ ſedem, lato fine adigitur, vbi minus quàm alibi lata eſt, ſinumque vti diximus obtinet, in quo muſculus iſte latitans, minus loci occupat. Eſtque ipſius ac duorum prædictorū munus, vnà cum ſuis alterius lateris cõiugibus, inferiorem maxillam claudere, quòd potiſsimum duo priores præſtant. Conferunt præterea, anterioribus ipſorum principijs operantibus, maxillæ antrorſus ducendæ; poſterioribus verò operantibus, eidem retrorſum agendæ: ſicque motus ad mandendum requiſitos obeunt, à temporum muſculis quodammodo adiuti, prout has, illaſque fibras remittunt, colliguntve. Horum inſuper maſſeterum atque in ore deliteſcentium muſculorum opera, maxilla hæc in latera circumagitur; dextro enim maſſetere, & ſiniſtro in ore latitante cõtractis, maxilla dextrorſum flectitur; reliquis verò alterius lateris operantibus, ſiniſtrorſum agitur. [h] Supereſt vt de quarto muſculo, ſuoque coniuge verba faciamus, quorum vterque à ſuo latere ab oſsis temporum proceſſu ſtylum ſcriptorium referente producitur, nerueo latiuſculoque principio; at protinus carnoſi tenueſque fiunt, ac verſus menti ſummum tendentes, ſub ipſum inſeruntur, ea in parte mutuò congredientes, quæ aſpera, & inæqualibus quibuſdam exiguiſque tuberculis prominens conſpicitur. Duo hi muſculi ori aperiendo deſeruiunt, peculiare quid obtinentes, quod nulli præterea muſculo, eo excepto, qui oſsi hyoidi implantatur, obtigit, eorū enim vterque inter exortum atque inſertionem nerueus, tenuiſque redditur, vbi faucibus committitur, in tendinem ſeu ligamentum abiens, ita vt eorum vteruis ex duobus conflatus videatur; quod quidem non ſine maxima prouidẽtia effectum eſt, quò ſcilicet loci minus occuparent, prout eius partis colli ratio poſtulabat.

Marginal notes (left): c t.ii.A.t.iiii.r. — d li.i.t.ii.a. — e ead. A.li.ii. t.v.G. — f t.v.vi.D. — g lib.i. t.iiii. fi.vi.P.t.v. fi. iii.H. — h tab.v. HI. t.iii. O.t.vi.I

Marginal notes (right): *Secundus maxillæ inferioris muſculus.* — *Muſculi huius vſus.* — *Tertius muſculus.* — *Muſculorum iſtius maxillæ munus.* — *Quartus muſculus.* — *Quarti paris neruorum maxillæ inferioris munus.*

De Muſculis Oſsis Hyoidis. Cap. 12.

OS Hyoides appellatum, laryngi ſuperpoſitum conſiſtere, ac linguæ radicis, fundamentique vice, ſuper quod ea motu cietur, eſſe, antea prodidimus. Nunc ſcire oportet, huiuſmodi os duodecim muſculis exortum porrigere, quorum octo

ipſum

ipsum motu agunt, quatuor nequaquam, ideoque proprios illos, communes hosce appellabimus. Proprij quatuor vtrinque consistunt, paria quatuor cõstituentes. Horum [a] primus & validissimus ex eminentiori pectoris ossis sede, interiùs nonnihil, lato & carnoso principio exoritur, reptatque super asperam arteriam, ac primam laryngis cartilaginem, pari semper magnitudine seruata, donec in [b] anteriorem istius ossis partem adigatur, mediam omnem ipsius amplitudinem carnoso fine comprehendens. Hic in sui medio, secundum longitudinem, lineam obtinet, cuius interuentu coniugi suo ad alterum latus posito, committitur. Duo hi musculi nota insuper quadam, inter asperam arteriam atque laryngem, insigniuntur, quæ illorũ vtrunque in duos alios partiri videtur, quod tamen re vera non efficit. Munus amborũ est, hyoides os deorsum trahere, nonnihil extrorsum, etsi admodum obscurè, nec nisi, vbi à superioribus sursum plus æquo vellitur. Præterea primæ laryngis cartilagini, atque asperæ arteriæ [c] propugnaculi loco deseruiunt. Secundum par, primo opponitur; ambo enim ab inferiore maxilla sub summo mento enascuntur, deorsumque nonnihil feruntur, arctiores paulò redditi, donec anteriori ossis huius sedi, iuxta duos priores implantentur, eodem prorsus cum illis modo. Horum munus est, os id sursum modicè in exteriora protrahere. [d] Tertij paris musculi impensè tenues teretesque sunt, prodeunt à suo quisque latere, ab ossis temporum [e] processu stylum referente, paulò infra quartum maxillæ musculum, atque in os hyoides inferuntur, ad [f] quatuor priorum latera, inibi videlicet, vbi laterum ossis huius ossicula cum medio coeunt. Musculus hisce id muneris demandatũ est, vt præsens os rectum contineant, ne in latera reuellatur, simulque ipsum nonnihil attollant, ac retrorsum contrahant. [g] Quarti paris musculi, vtrinque singuli occurrunt; longi ambo, cæterorumq; corporis musculorum tenuissimi. Vterque ipsorũ nerueus in medio efficitur, quemadmodum de [h] quarto inferioris maxillæ musculo retulimus. Ambo à suo quisque latere [i] ex elatiore scapulæ sede, iuxta ipsius ceruicem, & processus anchoræ similis radicem, principium obtinent carnosum, quod sub secundo scapulæ ossis musculo se recondit, ac dein [k] primum capitis musculum obliquè subit, qui musculum hũc de quo agimus adeò comprimit, vt eum neruosum magis, tenuemque inibi reddat; simulatque autem ipsum euadit, musculus denuò carnosus vti prius efficitur, donec in eandem ossis hyodis regionem adigatur, in quam sese tertium par inseruerat. Hi sunt ossis hyoidis peculiares proprijque [l] musculi. Communes quatuor existunt; quorum duo [m] ex humiliori huiusce ossis regione producuntur, ac primæ laryngis cartilaginis lateribus distẽduntur, quousque ad humiliorem cartilaginis sedem perueniant, in quam secundum omnem latitudinem implantãtur. Reliqui [n] duo, teretes propemodum gracilesque, ac ex toto carnosi, ex media interna istius ossis sede principium desumunt, & radici laryngis operculi conseruntur. Quatuor horum musculorum munus, in musculorum laryngis enarrationem reijciam; quandoquidem illi magis, quàm huic ossi deseruiunt.

Primum propriorum ossis hyodis musculorum par. *Secundum par.* *Tertium.* *Quartum.* *Priores duo ex communibus.* *Reliquo duo.*

a t.ii.F.t.iiii. C.t.iiii. S. b li.i. t.v.fi. vii. * ABC. c t.v.NQ. d t.ii.F.t.iiii. B.t.iii.R. e lib.i. t.iiii. fi.vi.i. f t.iii.B. g t.v.RS.ta. iiii.VV. t.iii. D.t.ii.H. h ta. v. inter R & S. i li.i. t.vi. fi. iiii.F. k t.iiii.b.ta. ix.r. l t.iiii.o. m t.xvi.fi.i. F. n ead.fig.ii iii.K.

De Musculis linguam mouentibus. Cap. 13.

Linguam mollis quædam & fungosa caro efformat, eius magnitudinis, quam oris amplitudo postulat, tamque varijs fibrarum generibus refertam, ob multiplices quos obit motus, vt summo negotio inuicem distinguantur, quamuis ad radicem nonnihil distinctè occurrant. Lingua tota per mediam sui longitudinem [a] tenuissimæ membranæ ad linguæ crassitudinem latæ, interuentu dirimitur, vt facilè in quouis homine conspicitur, ita vt tota ex duobus [b] corporibus, ex membrana, ipsa dirimente; ex multis venis arterijs, ac neruis, atque ex binis omnia hæc integentibus membranis, conformetur; quarum interior musculis omnibus communis est, altera verò pars illius existit, quæ totã oris amplitudinem succingit, atque alterius illius, quæ asperam arteriam omnem, & æsophagum intrinsecus ambit; in quam priuatim rami quidam [c] tertii neruorum cerebri paris conseruntur, à quibus gustatus facultatem adipiscitur. Sed ad linguæ musculorum distinctionem accedens, dico decem omnes

Linguæ substãtia quæ. *Lingua ex quibus constet.*

a ta.xv. fig. xxvi.ii. b eadem.KK LL. c li.vi.t.i. fig. ii.YY.

d ead. DD. omnes existere, quamuis Vesalius nomen tantummodo recenseat. Horum [d] priores duo crasi rectique sunt, atque aliquot locis, licet perobscurè, ac si plures duobus essent, discreti; qui ex [e] media superiorique ossis hyodis regione carnosum ac modicè fungosum principium desumũt, ac in priora porriguntur, donec in linguæ radicem inserantur. Horum munus est, linguam introrsum colligere. Tertius & [f] quartus ex binis ferè superioribus [g] ossiculis nascuntur, quæ ad ossis hyodis latera consistere, ac ad temporum vsque processus stylo similes protendi retulimus. Etsi nonnunquam ab [h] humilioribus ossis hyodis lateribus, quæ superioribus primæ laryngis cartilaginis processibus colligantur, ortum desumunt, quum scilicet superiora ossis huius latera, cartilaginis ligamenti've naturæ participant, quod plerunque contingit præsertim in mulieribus. Ex vna istarũ partium musculi præsentes educti, nonnihil obliquè feruntur, ac deinde linguæ lateribus implantantur. Ipsorum munus est, ambobus simul trahentibus, intrò linguam, modicè deorsum compellere; vno verò contracto, altero remisso, linguam in agentis latus pertrahere. [i] Quintus & sextus carnosi pariter sunt, & quodammodo crasi; contrarioque à duobus proximè commemoratis modo sese habent, nam ex ossis temporum [k] processibus stylum referentibus exorti, linguæ radici ad tertii quartique fines conseruntur. His id muneris concreditur, vt vbi simul agunt, linguam introrsum, modicè in superiora trahant; vbi autem alter tantum contrahitur, eam in alterum latus, sursum pariter impellant. Septimus & octauus [l] ex interna laterum maxillæ inferioris parte, iuxta dentium molarium radicem producuntur, lato & modicè neruoso principio; & sub linguam ad latera, secundum ipsius longitudinem inseruntur, fine vsque adeo lato, vt à ligamento is ad duum vsque priorem insertionem protendatur. Horum musculorum munus est, vt vbi simul operantur, linguæ partem hiante ore occurrentem deprimant; altero autem tantùm contracto, eam in agẽtis latus coarctent. Nonus ac [m] decimus ex humiliore posteraque inferioris maxillæ [n] sede iuxta menti summum à tuberculis in ipso consistentibus enascuntur; indeque nonnihil ascendunt, versus fauces deducti, quousque in linguę radicem, lato fine principio simili, adigantur. Musculi hi, vt inquit Vesalius, haud vno plures existunt, qui linguæ ad inferiorem maxillam cõtrahendæ deseruiunt, nunc rectà, nunc ad latera, prout hæ, vel illæ fibræ operi adhibentur: Mihi autem duo videntur, idque potius præstantes, vt linguam educant, quam intrò ad maxillam cogant. Præter hosce musculos, complures fibrarum [o] differentias lingua, vti dicebamus, adipiscitur, quarum ope omnia motuum, quos in dies experimur, genera obit. Hæ autem fibræ omnes, linguæ [p] vinculo colligantur, fulciunturque; quod licet per quàm tenue, ac membranosum sit, linguæ tamen præ molli flexuque facili spina est, prout ea postulabat.

Margin notes (left): e li.i.ta.v.fi.vii.C.D. — f tab.xv.fig.xxiiii.xxv.E. — g li.i.ta.v.fi.vii.IK. — h ead. E F. — i tab.xv.fig.xxiiii.F. — k li.i.ta.iii.fi.vi.L — l tab.xv.fig.xxiiii.xxv.G — m ead.HH. — n lib.i.t.ii.fi.viii.H. — o ta.xv.fig.xxvi.KKLL. — p ead. LL.

Margin notes (right): *Tertius et quartus.* — *Quintus et sextus.* — *Septimus & octauus.* — *Nonus & decimus.* — *Fibrarum linguæ discrimen.*

De Musculis Laryngem mouentibus. Cap. 14.

a lib.i.t.vii.fi.ix.x xi. Laringi [a] cartilagines tres, seu seueriùs loquendo, quinque adesse diximus, quæ decem propriorum musculorum, octoque cõmunium impulsu omnes mouentur. Propriorum, priores quatuor, bini [b] vtrinque consistunt, in priore ipsius parte versus latera repositi; suntque hi breues, lati, tenues, atque carnosi; vnusque alteri incumbit; ac ambo à parte secundæ cartilaginis, primæ subiacente carnosum principium desũmunt, & in imam primæ cartilaginis sedem inseruntur. Ac superior fibras adipiscitur, à primæ cartilaginis fine inchoantes, & obliquè anteriora versus descendentes, donec in secundæ cartilaginis partem laryngis priora spectantem desinant. Inferior vero fibras suas obtinet, sursum contrario ductu, obliquè pariter in priora procedẽtes; adeo vt superiores vtrinque fibræ cùm inferioribus ✠ efformẽt. Munus horum musculorum est, primam cartilaginem secundæ nectere, quò laryngis rimam tibiarum lingulæ similẽ occludant. Quatuor hi musculi hunc ferè in modum positi occurruut; in nonnullis verò vnicus duntaxat, paulò crassior, vtrinque visitur. Ac in his, vt optimè Vesalius animaduertit, exigui duo musculi comperiuntur, qui vtrinque singuli ex media lineæ secundæ cartilaginis longitudine producti,

Margin notes (left): b ta.xvi.fi.iiii.N.fi.v.

Margin notes (right): *Priores quatuor laryngis musculi.* — *Musculus in nonnullis occurrens.*

ĉti, obliquè deorsum tendunt donec in inferiorem primæ cartilaginis [c] processum inserantur; deficientium supplentes defectui. Quatuor reliqui, vtrinque bini in tota posteriore secundę cartilaginis parte, secundum ipsius longitudinem, quà æsophago iungitur, consistunt. Eorum verò [d] duo priores, vterque à suo latere ab [e] infima secundæ cartilaginis parte carnosi enascuntur, rectaq; sursum procedunt, lati aliquantisper redditi, donec in [f] tertiæ cartilaginis partem secundæ commissam neruoso fine inserantur. Horum musculorum quilibet sinum in cartilagine secundum ipsius longitudinem constituit, adeo profundum, vt ademptis musculis, cartilago in medio vnius & alterius, instar dorsi promineat. Reliqui duo, istis [g] adhærescunt, suntq; omnino carnei, ac à suo vterque latere, à secundæ cartilaginis sede producitur, quæ primę cartilaginis internam regionem respicit; & [h] inferiorem illius processum principio carnoso excipit; indeq; sursum obliquè protenditur, donec in totam sui lateris cartilaginis sedem, à priori non comprehensam, inseratur. Ad quatuor hosce musculos attinet, tertiam cartilaginem ad laryngis latera retrorsum uertere, & consequenter laryngis rimulam tibiarum linguæ similem diducere. Nonus ac [i] decimus ad tertiæ cartilaginis finem, quà larynx [k] æsophago, tertiaq; cartilago secundæ committitur, sedem obtinent. Ac ipsorum vterque à suo latere ex tertiæ cartilaginis basi producitur, quà primæ appropinquatur, & per medium corporis seu basis tertiæ, ad ipsius vsque medium ascendit, vbi duæ istius cartilaginis partes committuntur; quam quidem in sedem, coniugi suo copulatus desinit. Duo hi musculi breues sunt, exteriusq, teretes instar pyri, [l] intus verò cartilaginis, cui connascuntur, figuræ respondent, suntq; in fine latiores crassioresq; quam in exortu: Ac ipsorum quidem interest, tertiæ cartilaginis corpus coarctare, binaq; ipsius latera inuicem adducere, & consequutione quadam commemoratam lingulam constringere. Hi, liquidò cartilaginem hanc geminam esse, attestantur; secus enim neque ab his duplicari occludi'ue, neque à quatuor primam secundæ nectentibus diduci posset.

Quartus, & Sextus. — *Septimus, & octauus.* — *Nonus ac decimus.* — *Quarti paris munus.*

c li.i.t. vii. iii.iiii. v.C I — d t.xvi. fi. v vii. P. — e li.i.t. vii. vi.vii.L. — f ead.P Q.v & vii. iūgitu ad xv. decim & vndecima — g t.xvi.fi.vi viii.R. — h ead.fi.vii ix.T. — i ead.fi.vi.vi viii.V. — K ead. fig. i iii.v.H — l ead. fig. v vii.P.

Duo musculi à Vesalio additi.

Decem hisce musculis duos insuper alios Vesalius adijcit, tertiam cartilaginem primæ compingentes, quos latos, carnososq; aliorum modo esse memorat; vtrinque singulos reponi; vnà, ex media primæ cartilaginis sede, secundum totam ipsius internæ sedis longitudinem, educi; atque horum musculorum quemuis tria ostendere principia, ea ratione distincta, vt triplex musculus esse videatur, alioqui re vera vnicus, à principio obliquè sursum ascendens, donec anteriori tertiæ cartilaginis sedi à suo latere implantetur; tandemq; ipsius, simul cum suo coniuge munus esse, tertiæ cartilaginis latera ita diducere, vt lingula in sui medio consistens, adeo claudatur, vt aëri exitum præcludat. Duos hosce musculos, nec mihi vnquam, neque Realdo videre licuit, quamtumuis id sæpe sæpius, nec oscitanter simul indagantibus; quinimò nullum omninò intra laryngem, carnis vestigium occurrit: atq, ideo nunquam in homine musculos huiuscemodi haberi asseram, ni priùs eos intuear. Eos tamen huc referre libuit, quò curiosis quibusdam explorandi campum porrigerem, posset'ne meam ipsorum sedulitas euincere. Ex reliquis hisce musculis omnibus, quatuor laryngem aperiunt, ij scilicet, qui secundam cartilaginem tertiæ committunt; cęteri siue sex, siue octo sint, eo claudendo seruiunt. Communes faucium musculi, sic dicti quòd è larynge non educantur, octo sunt; quorum [m] priores duo ex inferiori [n] ossis hyoidis regione initium sumunt, lati & carnei, ac lateribus admodum contigui; indeque deorsum protensi, & mutuò paululum abscedentes, singuli in sui lateris humiliorem [o] primæ cartilaginis sedem adiguntur, fine, ipsorum principij modo, lato & carnoso. Tota verò horum musculorum pars, deorsum per anterius primæ cartilaginis latus procedens, fibris quibusdam, quemadmodum musculus musculo ipsi committitur. Ac horum quidem musculorum interest, anteriorem primam laryngis cartilaginem, ea nonnihil sursum adducta, à posteriore seiungere. Iuxta horum musculorum finem, duo [p] alij musculi in primam cartilaginem inseruntur, æquè propemodum atque illi, lati; qui ex interna ossis pectoris sede, iuxta æsophagum, carneam angustamq; sumunt originem; atque inde supra laryngem conscendunt, sensim ac sensim latiores redditi, donec iam dictæ primæ cartilaginis

Priores duo communes laryngis musculi. — *Ipsorum munus* — *Tertius, & quartus.*

m ead.fi.i. F.t.v.o — n ead.A. — o ead. iux N. — p ead.G.t.v

ginis

ginis regioni implantentur. Ad hos pertinet, inferiores primæ cartilaginis sedes comprimere, ea deorsum protracta, simulque asperam arteriam modicè coarctare, quod nobis, quo minus vocem loquentes duplicemus auxilio est; ita vt larynx haud plus æquo dilatetur. Quintus & sextus, [q] transuersi situantur, & vnà ex posteriore [r] æsophagi regione dorsum spectante, eodem principio vtrinque singuli, secundum ipsius longitudinem nascuntur; ac inde transuersim in priora porriguntur, æsophago semper adhærentes, toto eo ductu, quo ipsum attingunt, & latiores, carnosioresque continuò redditi, donec in primæ cartilaginis latera, secundum ipsorum longitudinem inserantur. Musculis hisce id muneris concreditur, vt primæ cartilaginis latera retrorsum contrahant, eamque ita secundæ applicent, vt laryngis lingula coarctata, vocem foras protrudant. Septimus & [s] octauus, propemodum teretes, ex media interiori ossis hyoidis regione principium sumunt, radicique laryngis [t] operculi conferuntur, quod ἐπιγλωττὶς græcè dicitur, quòd linguæ faucium superincumbat. In bobus hi, alijsque animantium nonnullis cõspicui occurrunt; In homine hactenus, etsi complures aperui, nunquam mihi sese obtulerunt: imò ipsummet operculum hanc ex seipso functionem obit, fibrarum quarundam neruosarum quibus præditum est, auxilio, satis ad eam absque alterius musculi ope, idonearũ. Quod quidem efficit, vt de Vesalij diligentia iterum dubitem; licet in opere vsque adeo prolixo, veniam mereatur, si quandoque somnus obrepserit. Ad rem igitur rediens, dico, laryngem peculiari vinculo destitui: tenuem enim tantummodo membranam obtinet, cartilaginum connexus amplectantem; at singulas vtrinque iuxta tertiam cartilaginem, glandulas adipiscitur, ipsum assiduò irrorantes.

q t.xvi.fi.i.ii.iii.iiii.v.I.
r ead.fi.ii.iii.v.H.
s ead.fi.v.vi.L.
t ead.fi.ii.iii.iiii.v.L.

Quintus et sextus.
Ipsorũ munus.
Septimus, & octauus.

De Musculis Brachium mouentibus. Cap. 15.

QVoniam scapulæ motores, multoque minus capitis & dorsi musculi, satis benè inspici nequeunt, non ablatis brachii motoribus, ideo priùs de his agendũ duxi, qui septem vniuersim sunt. [a] Primus ex media [b] tota pectoris ossis longitudine, (à suo vterque latere vbi ferè contigui ambo sunt) principium desumit, atque ex ipsi consertis cartilaginibus, ac etiam ex [c] septimæ & octauæ costæ cartilaginibus, nec non ex [d] media clauiculæ sede, pectoris os respiciente. Pars è clauicula educta, carnosior est, quæ à pectoris osse procedit, neruosior atque tenuior; quæ à cartilaginibus pectoris ossi implantatis, omninò carnea; quæ verò à septimæ, & octauæ costæ cartilaginibus, iuxta mucronatam cartilaginem enascitur, tenuis aliquousque, atque neruosa occurrit. Ab hisce principijs, musculus is, multò carnosior & crassior efficitur, sed tantisper angustatur, donec [e] amplo, forti, neruoso, & breui tendine, subtus ceruicem capitis fœmoris implantetur in interiore ipsius regione, nonnihil in priora, secundum ipsius longitudinem. Musculi huius fibræ haud eædem omnes occurrũt, principio scilicet admodum lato, fine verò insigniter angusto existente. Quo quidẽ efficitur, vt quæ à parte principii clauiculæ proxima exoriuntur, deorsum procedãt, quæ autem ex septimæ, atque octauæ costæ cartilaginibus emanant, sursum ita ferantur, vt inuicẽ occursantes, superæ inferis supergrediantur, & vnà cum illis [f] ✠ efforment. Quæ à pectoris osse prodocuntur, citra ascensum, descensum've rectà transuersæ procedunt. Verum quia eundem omnes ductum seruant, à principio scilicet ad finem, nunquam diuersa fibrarũ genera esse dixerim, imò vnius vice habeo. Diuersa cui sic lubet, appellet, dummodo ipsorum progressum intelligat. Posses & geminum musculum dicere, fibrarum quas obtinet differẽtia spectata. Musculi huius interest, brachium pectori adducere, nulla interim alterius musculi ope accedente, trium nanque is vicem subit, ob tria quibus donatur principia. Vbi fibræ à clauicula prodeuntes operantur, ipsum magis sursum adducunt: vbi verò ex cartilaginibus septimæ & octauæ costæ, procedentes fibræ in opere sunt, ipsum deorsum agunt; sin quæ à pectoris osse principiũ sumũt cõtendantur, rectà versus pectus trahitur, cùm superiores vnà cũ inferioribus laborant, brachiũ erectũ continent, cõmuni omniũ vi, qua fibræ omnes versus principiũ trahunt. Musculus hic anteriore sede totus in finẽ vsq; carnosus

a t.i.ii.iiii.Δ, t.iii.L.
b ea.i.à K ad R.
c ead.à R ad S.
d ead. ab R ad L.
e t.i.iiii.Q.
f t.iiii.Q.

Primus brachij musculus.
Ipsius munus.

carnatus existit, posteriore verò liuescit, neruosusq; antequam desinat efficitur: Ac quinque inæqualibus lateribus vniuersus efformatur; quorũ [g] primum à media clauicula ad elatiorem vsque ossis pectoris sedem protenditur; secundum, [h] os vniuersum occupat; tertium [i] ex mucronatæ cartilaginis summitate, in eam vsque cui implantatur sedem porrigitur, quod quidem latus anteriorem vallis axillarum marginem constituit, quartum secundum capitis musculi longitudinem perducitur, quintum [k] à summa ad dimidiam vsque clauiculam extenditur.

g t.i, ab L ad K.
h à K. ad R.
i ab R ad Q.
k à Q ad L.

Secundus brachium mouentiũ musculus.

Secundus brachium mouens [l] musculus admodum quoque carnosus est, multisq; præditus exordijs, licet ita continuatis, vt vnicus musculus ex multis efformatus videatur, proditque ex medio clauiculæ secundum ipsius longitudinem, versus humerum, non procul à prædicto, atque ex scapulæ processu, qui humeri summum dicitur, vbi clauiculæ committitur, necnon ex vniuersa scapulæ spina, principio nerueo, quod protinus carnosum, crassum, præminensq; redditur, ac eundem in modum tantisper instar trianguli [m] coangustatur, donec in [n] humeri os secundum ipsius longitudinem, obliquè nonnihil ab antica in posticam regionem, longe infrà ipsius ceruicem, per quam valido tendine inseratur, ex carne neruoque mixto, interiùs tamen quàm exteriùs neruosiore.

l t.i.P. t.ii.M. t.iii. K. t. iiii. Ξ t.v.γ t. ix. l.t.x.Δ t.xi. fi. ii.
m t.xi.fi.ii.D
n t.xi.P

Secundi huius musculi figura.

Musculus is Δ græcorum literæ imaginem æmulatur, vnde ipsum δελτοειδῆ nuncuparunt, Alij, ἐπωμίδα, quasi rem humero incumbentem dicas appellarunt, quod humeri articulum complectatur, obtegatque. Ipse verò brachium attollentem, vel secundum brachij motorem semper vocabo. Musculi huius latera tria sunt, quorum [o] primum à media clauicula ad summum vsque humerum, & hinc per scapulæ spinam, ad eius vsque basim protenditur. [p] secundum ex eadem clauicula deorsum ad internum musculi huius insertionis latus cõtendit, cuius quidem lateris medio musculus is primo committitur. [q] Tertium obliquè, nonnihil in priora, e scapulæ basi, vbi scapulæ huius spina educitur, ad externum capitis huiusce musculi latus progreditur, Horum laterum primum maius est, reliqua duo minora. Præsentis autem musculi fibræ, vt & prioris, pro sui principij ratione variant: Nam quę à scapulæ spina dependent, obliquè in priora feruntur, quæ ab humeri summo enascuntur, rectà deorsum contendunt, quę à clauicula prodeunt, obliquè in posteriora porriguntur. vbi verò ad musculi finem perueniunt, haud sese, prioris fibrarum more, intersecãt, sed paulatim implicantur.

o t.xi.fi.ii. ab A. ad C transeundo per B.
p ead. ab A. ad D
q ead. a C ad D

Ipsius munus.

Munus huiusce musculi est, brachium varias in partes attollere, pro fibrarum, quas obtinet, varietate. Vbi nanque fibræ à clauicula prodeuntes laborant, *ipsum versus colli anteriora, & faciem attollunt*, Vbi ex summo humero, & clauicula ipsi adhærente nascentes operantur, rectà ipsum attollunt, sin verò quæ à scapulę spina emanant, contrahantur, ad posteriora brachium assurgit. Aduertere autem oportet, principia hęc non ex tota prędictorum ossium amplitudine, sed ab eminentibus eorum partibus, instar crassiusculæ lineæ pronasci.

Tertius musculus.

Tertius [r] musculus carnosus crassusque occurrit, & prę cęteris huiusce articuli musculis, quodammodo teres, proditq. carnosus à scapulæ [s] basis fine, partimque etiam ex ipsa basi, licet maiorem sui exortus portionem ab anteriori latere desumat, cui dimidio tenus adhæret. Ac deinde à scapula statim abscedens, sursum in priora tantisper fertur, quousque ad humerum pertingat, cui valido breuique tendine implantatur, eodem prorsus modo, quo primum inseri diximus, adeoque ipsi propinquus, licet paulo magis retrorsum, vt spatium maius non intercedat, quàm quod [t] tendini quarti brachij musculi excipiendo sit satis, quamuis interdum ossis humeri capiti nonnihil priore viciniùs inseratur.

r t. xiii. S. t. vii. M. t. viii. K ta ix. N. t. x.xii. R. t. xi. L.
s t.xi. T. fi. i, t.vi. fi. iiii. Y.
t t.vii. O.

Ipsius munus.

Munus huic musculo concreditur, brachium ad scapulas adducendi, priori oppositè, qui pectori ipsum admouet.

Quartus musculus.

Quartus [u] musculus ab apicibus posteriorũ processuum dorsi vertebrarum, à [x] sexta scapularum vertebra ad sacri vsque ossis dimidium, recto principio, ac membranæ instar tenui exoritur, & obliquè sursum ab vtrisque principij capitibus super musculos thoracem mouentes procedit, donec ad costarum regionem retrorsum magis prominentem pertingat, ibique carnosus crassusq; redditur, ac deinde sensim ac sensim angustatus procedit, & externum axillę cauitatis latus constituens, subtus ossis humeri ceruicem, secundum ipsius longitudinẽ in medio tendinum [z] primi [a] tertijq; musculi, valido, lato, ac breui fine, sese inserit.

u t.ii. r. t. ix. o. t.x.xi.Θ.
x t.x.a T. ad S.
y t ii.l.m. versus N.
z t. iiii. Q.
a t.vii.M.

ita

ita vt musculus tribus inæqualibus conformetur lateribus; quorum longissimum illud est, quod obliquè ab osse sacro in priora per apices notharum costarum, in eam vsque sedem, in quam desinere diximus sursum conscendit: post id, quod per dorsi longitudinem ab osse sacro ad sextam vsque scapularum vertebram porrigitur: tertium minimumque illud est, quod à posteriore sextæ scapularum vertebræ processu abscedit, & super humiliorem scapulæ apicem progreditur, obliquè pariter sursum ad caput contendens. [b] Musculi huius fibræ inuicem variant; nam quæ ab osse sacro conscendunt, rectiores prolixioresque sunt; reliquæ deinceps breuiores sunt, & transuersim magis procedunt, quò sublimiùs emanant. Hæc autem fibrarum differentia tum in hoc, tum in cæteris musculis, ex principij latitudine dependet. Musculus is eo munere perfungitur, vt brachium deorsum nonnihil in posteriora trahat, magis minusve, prout superiores, inferioresve fibræ laborant. [c] Quintus brachij motus opifex musculus, impensè carnosus occurrit; & à scapulæ basi procedens, [d] sinum omnem adimplet, qui inter superius scapulæ latus, & ipsius spinam consistit, qua in parte ita ossi committitur, ac si ab eo vniuerso nasceretur. Ast vbi ad elatiorem scapulæ huius ceruicis regionem pertingit, in priora, sub [e] validissimo ligamento, scapulę huius processum anchorę similem summo humero colligante prorepit; ac in admodum latum, validumque tendinem, articuli huius ligamento transuersim insertum, desinit. Musculus hic oblongus est, superiùs gibbus, inferiùs vero sinui, quem implet similis; & fibris secundum sui longitudinem exporrectis pręditus; estque id sui muneris vt brachium retrorsum agat, eo paululum sublato. Sextus [f] musculus perquàm carnosus est, ac internam scapulę huius regionem costas respicientem occupat; & ex eius [g] basi principium sumens, tantisper angustatur, dum ad interiorem articuli huius sedem perueniat, in quam [h] lato tendine velut in semicirculum inseritur. Musculus is admodum figura respondet, scapulę; supernumque ipsius latus quinto musculo ita cohęret, vt vnicus vterque videatur, scapulam antrorsum trahens; at si diligenter attenderis, secus est, imò musculus hic brachij deflexionis in posteriora adiutor existit, antrorsum nonnihil ipsum reflectens. [i] Postremus brachij motus auctor musculus, externam omnem scapulę regionem infra spinam occupat, omninò carnosus; & ab ipsius [k] basi enascitur, deinde arctior pro scapulę forma efficitur, donec extrinsecùs in articuli huius ligamentum, [l] lato, breuique tendine, ac velut in semicirculum inseratur, adeò vt postremorum trium musculorum capita, articulum hunc circum vndique amplexari videantur. Estque musculi huius officium, brachium nonnihil retrorsum torquere; trium autem omnium interest ipsum quoquo versum agere.

b t.ix.O. — Ipsius munus. — c t.xii.H. ta. xiii.X. ta.vi. K.t.vii.I ta. x.L.t.xi.G. — Quintus musculus. — d lib.i. t.ii.R t.vi.fi.iiii.b. — e t.v.c. — Ipsius munus. — Sextus musculus. — f ta. vii.r ta. viii.H. — g t. vii. inter duo L L. — h ead.K. — Ipsius officium. — Septimus musculus. — i t.xi.r.t.ii.I t.ix.M.ta.x. Q.t.xii.P. — k ta.xi.ab H ad I. — l ead.K. — Ipsius munus.

De ligamentis Humerum scapulis committentibus. Cap. 16.

HVmeri os scapulis tria validissima ligamenta colligant, preter commune vinculum, articulos omnes instar tenuis membranę ambiens. Quod in hoc articulo velut in orbem à supercilijs ceruicis scapulę huius, exoritur, ac totum articulum ambiens, in radicem interni capitis humeri primùm inseritur, postea in externum latus vniuersum, tandemq; in dicti ossis ceruicem adigitur. Ex tribus hisce vinculis priora duo instar neruorum teretia sunt, tertium verò latiusculum. Omnium [a] primum ex apice interioris scapulę [b] processus enascitur, & [c] internis anterioribusque capitis humeri partibus implantatur, ipsumque complectens, [d] impressioni seu sinui quem in hoc capite exculpi diximus, validissimè adhęrescit. [e] Secundum vinculum multo crassius atque validius, [f] ex elatiore scapulæ ceruicis sede, vbi summo humero submittitur, principium assumit; & in [g] omnem exteriorẽ maioris tuberculi capitis humeri regionem inseritur, iuxta sinum, quo [h] externum primi cubitum flectentis [i] musculi caput trãsmittitur. Anterius autẽ ligamenti huiusce latus, posteriori primi ligamẽti connascitur lateri, ac simul vtraq; transuersum efformant ligamentũ, quod dicti huius musculi caput amplectitur. Tertium [k] ligamentum ex eadẽ quę primum exortum regione deducitur, indeque obliquè tantisper procedit, dum in externum

Commune articuli huius ligamentum. — Primum humeri ligamentum. — a t.v.d. — b ead.b. — c li.i.ta. vi.fi. vi.D. — d ead.I. — Secundum. — e t.v.e. — f li.i.ta.vi.fi. iiii.A. — g ead.E. — h t.vi.n. — i t.v.f. — k t.xiii.V. — Tertium.

omne capitis humeri tuberculum implantetur, posteriorem articuli huius regionem ambiens, finis enim ipsius haud minorem exortu latitudinem obtinet. Præter hæc tria ligamenta, quæ potissimùm humeri os, ne deorsum extrorsumve luxetur, continent, [l] aliud insuper adest, quod ab interiori scapulæ processu eductum, in elatioris eiusdem scapulæ processus apicem, intacto humeri osse inseritur; & ne humerus eam in partem labatur, prohibet. Cui etiam suppetias fert, neruosum primi cubitum flectentis musculi principium, quod vti dicemus, ab elatiori scapulæ ceruicis regione natum, inter hæc ligamenta defertur, per impreßionem in humeri capite consistentem, deorsum, cubitum versus procedens.

Quartum ossis humeri vinculum.

l t.v. c. inter a & b.

De Musculis scapulas mouentibus. Cap. 17.

SCapula ijsdem quibus & brachium motibus cietur, prætèrquàm quod quoquouersum minimè agitur: motus autem ipsius omnes musculi quatuor absoluunt. Quorum [a] primus à secunda, tertia, quarta & quinta, sextaque interdum costa, priusquàm in cartilagines abeant, exoritur, lato [b] principio, ac in plures veluti vngues digitosve dirempto, quorum vnusquisque costæ suæ affigitur. & inde retrorsum tendit, angustior semper redditus, & craßior, donec in latum [c] tendinem partim nerueum, partimque carneum desinat, quod interiori sedi scapulæ huius processus, anchoræ similis implantatur. Ibi autem neruosior efficitur, vnde (ab istius processus appendice) [d] nerueum principium internæ partis musculi, cui primum inter cubiti flexores locum aßignabimus, educitur. Musculus is totus carneus est, præterquam sui initio, suasque fibras obtinet, quæ à principio ad finem nusquam interfectæ feruntur. Atque id ei muneris concreditum est, vt scapulam pectori adducat, sursum deorsum've, prout fibræ superiores inferiores've operantur; rectà verò, vbi fibræ simul omnes in opere sunt. Secundus [e] musculus ex ea linea educitur, quam occipitij os transuersam obtinere diximus, ab ipsius medio ad aurem vsque porrectam; externum cuius latus, ab auris pinna æquè distat, atque ab occipitij sinu: itaque si occipitij oßis regionem ab ipsius sinu ad aurem vsque porrectam in duas æquales portiones diuidas, conspicuum fiet, musculi huius principium dimidium illud versus foßiculum occupare, & in ipsius medio coniugi suo copulatum, vtrunque per posteriorum dorsi processuum apices, ad octauam vsque scapularum vertebram descendere. Vnicuique horum musculorum quatuor adsunt latera; quorum vnum transuersim secundum occiput fertur, æqualis cum sui principio latitudinis, quod licet tenuè, carnosum tamen existit; Alterum [f] per medios apices posteriorum ceruicis vertebrarum processuum, ad octauam vsque scapularum vertebram deorsum tendit. Tertium [g] à fine primi iuxta occipitij sinum, exoritur, & obliquè versus posteriora tantisper descendit, dum ad apicem posterioris octauæ scapularum vertebræ processus perueniat, qua in parte neruosus paululum redditus, coniugi suo committitur, amboque apicem monachorum cucullæ similem constituunt; imò duo hi simul musculi dictæ cucullæ similes admodum existunt; ac eorum vterque iuxta insertionem, inter nerueum carnosumque mediat. [h] Quartum à scapulæ ceruice, iuxta clauiculam ad octauam vsque thoracis vertebram protenditur, modicè arcuatum & membranæ instar tenue; quod quidem ideo effectum est, quo minùs pondere grauaret, & consequenter impedimenti minus incommodique musculis afferret, externam scapularum regionem occupantibus, quos supergreditur. Duo hi musculi carnosi vsquequaque occurrunt, nisi qua dorsi apicibus committuntur, suntque vniuersi tenues, si eam duntaxat sedem exceperis, quæ humeri summo, & latiori clauiculæ sedi validisimè implantatur. [i] Fibræ musculi huius non eundem omnes ductum seruant, tanta est principij latitudo; imò quæ ab occipitio & ceruice manant, obliquè ad humeros descendunt, donec ad scapulę spinam, ad humeri summum, & ad clauiculæ caput perueniant, eo magis transuersæ quo humiliorem exortum

Primus scapulæ musculus. *Ipsius munus.* *Secundus musculus.* *Primum horum musculorum latus.* *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *Secundi musculi fibræ.*

a t.v.r.
b ead. ab i. ad K.
c ead. I.
d ead. b. tab. vi. n.
e t.ix. ΓΔ. t.ii. L K. tab. iii. G t. iiii. b.
f t.ix. ab I. ad G trāseundo per K.
g ead. ab L ad H transeūdo per r.
h ead. ab H ad G.
i t.ix. ●.

tum

tum nanciscuntur, idque ad ceruicis vsque radicem, qua in parte, æquè transuersim situantur. Quæ autem à scapularum vertebris enascuntur, obliquè itidem ad humeros ascendunt, eo magis transuersæ, quò altiùs ad ceruicem feruntur, donec æquè ac postremæ, quas per ceruicem descendere diximus, transuersum situm acquirant. Fibræ huiusmodi vniuscuiusque musculi officium esse commonstrant, *Munus.* non modo scapulam sursum adducere, sed deorsum etiam & ad dorsum vellere, pro ipsorum differentijs; adeo vt motus obeant contrarios, nullam interim partitionis notam præ se ferentes, ex qua plures esse duobus colligere possimus. Si quis tamen quatuor esse contenderet, quemadmodum de superiorum palpebrarum musculis prodidimus, functionum duntaxat pugnantia ductus, haud mihi, longè aberrare videretur, tuncque ipsorum [k] diuisio à summo humero ad primam thoracis vertebram haberetur. [l] Tertius scapulam mouens musculus ex transuerso primæ, tertiæ, quartæ, & quintæ vertebrarum ceruicis processu ita enascitur, vt *Tertius musculus.* duobus principijs secunda vertebra seiunctis, præditus esse videatur; quamuis interdum etiam, ex transuerso secundæ vertebræ processu exortus sui portionem assumat. Principia hæc simulatque ex reliquis vertebras ceruicis amplexantibus musculis emergunt, vnà coeunt, & tenuem ualidumque musculum efformant, latiorem paulò, minusque crassum; qui lato & carnoso fine, in internam superioris anguli scapulæ basis sedem inseritur, eamque sursum versus anteriora, & ceruicis latera trahit. *Ipsius munus.* [m] Quartus musculus, latus tenuisque, ac omni ex parte carneus existit, & ex quinta, sexta, & septima ceruicis vertebris, nec non ex posterioribus *Quartus musculus.* trium priorum thoracis vertebrarum processibus enascitur, & [n] toti propemodum scapulæ basi carneus, ac æquè atque in exortu latus, implantatur, fibras obtinens, obliquè à thoracis vertebris ad scapulæ vsque basim porrectas. Musculus is illi proximè assidet, quem monachorum cucullæ similem esse diximus; & detracta cute, in scapulis, ad inferiora prædicti musculi latera, humiliores musculi huius, suique coniugis apices sese offerunt; Quorum munus est, scapulam in posteriora, nonnihil sursum attrahere.

k ead. ab H ad K.
l t.vi.K.t.vii. H ta. viii. I. t.x. xi. C ta. xii. G t.xiii. Q.
m t.x. H.I.
n ta. x. inter I & K.

De Musculis Caput mouentibus. Cap. 18.

AGentes de prima & secunda ceruicis vertebra, Caput per se solum, & ad ceruicis motum agi diximus; proprio quidem motu antrorsum, retrorsumque agitur; motu autem ceruicis, ad latera cietur, vt cuiuis in seipso experiri licet. Ambos hosce motus musculi plures absoluunt; quos nunc aggredimur, ab his inchoantes, qui priuatis capitis motibus præsunt, qui quatuordecim sunt, vtrinque septeni. *Primus & secundus capitis musculi.* Primus & [a] secundus vtrinque singuli ex apicibus posteriorum processuum quintæ, quartæ, tertiæ, ac primæ thoracis vertebrarum longo principio erumpunt, quod simulatque à quinta vertebra emergit, acutum efficitur, sensimque ac sensim ita diffusum progreditur, vt ad tertiam [b] secundamque thoracis vertebram porrectum, ad lateralium harum vertebrarum processuum latitudinem accedit; hancque eandem latitudinem seruans ascendit, ex posterioribus postremarum quinque colli vertebrarum apicibus, leuem exortum assumens. Simulatque autem tertiam vertebram excedunt, sensim ac sensim vtrique inuicem abscedunt, donec occipitis ossi ambo implantentur, fine [c] transuerso ac lato, quanta est spatij inter externum alterius horum musculorum latus, & aurem, latitudo, quantaque inter internum eius latus, & occipitii sinum: adeo vt tanta sit insertionis vtriusque musculi amplitudo, quantum inter vtranque aurem spatii relinquunt; estque ipsorum recessus forma [d] triangularis. Haud secus ambo hi musculi eandem quodammodo [e] figuram æmulantur, etsi latera insigniter inæqualia sunt: primùm nanque prægrande visitur, & per dorsi medium procedit; secundum primo æquale, per latus externum fertur; Tertium perquam exiguum occurrit, estque transuersum illud caput, quo in occiput inseruntur. Fibræ horum musculorum obliquè sursum perreptant, ab apicibus posteriorum processuum, inferio-

a t.xii. r t.x. xi.A.
b t.xii.A.
c t.xii. BC.
d ead. BED.
e ead.BCA.

Secundũ caput mouentium musculorum par. inferiorum vertebrarum inchoantes, & ad transuersos superiorum vertebrarum processus feruntur, dum simul omnes in occipitium desinant; transuersis enim processibus modicè admodum, vel nihil omnino affiguntur. Tertius & [f] quartus musculi acuto principio ex medio lateralium quartæ, ac quintæ thoracis vertebræ processuum emanant, carnosum obtinentes exortum & lacertam imagine referentem. Ast vbi ad [g] ceruicis initium pertingunt, ambo in teretem abeunt tendinem; postea verò carnosi extemplo redeunt, donec in occipitis medium adigantur. tenues in medio redditi, perinde atque [h] musculum inferioris maxillæ mototrem effici tradidimus. *Alius musculus.* Vtrique horum musculorum ante insertionem alius adiungitur, qui ex posteriore septimæ colli vertebræ processu, nerueo teretique principio deductus, carnosus in ascensu efficitur, & simul cum prædicto in occipitis medium inseritur, dextris sinistrisque lateribus, in fine inuicem [i] coeuntibus. *Duo alij.* Hac quoque in parte duo præterea musculi, [k] vtrinque singuli occurrunt, qui ex apicibus lateralium secundæ, ac primæ thoracis vertebræ processuum partim carnei, partim neruei erumpunt, sursumque nonnihil in priora, carnosiores, latioresque redditi porrigũtur, dum radici mammillaris osis temporum processus implantentur. *Caro musculis hisce subiecta.* [l] Musculis hisce ingens carnea moles vtrinque subiacet, quæ à lateralibus colli vertebrarum processibus enata, obliquè sursum ad posteriores processus tendit, donec occipitis osi conferatur; quæ quidem caro fibras adipiscitur, obliquè ab exterioribus introrsum ascendentes. Quatuor hi musculi omnes conspicuo seiuncti visuntur, portio tamen secundi paris videntur, quòd eandem obeant functionem, caput nimirum & ceruicem quodammodo attollendi: Vbi nanque lateris vtriusque musculi vnà contrahuntur, capiti rectà extrorsum flectendo auxiliantur; sin alterius duntaxat lateris musculi laborent, circumuersioni capitis famulantur. *Tertium capitis musculorũ par.* Quintus [m] & sextus impensè tenues existunt, & ex apicibus posteriorum secundæ colli [n] vertebræ processuum, exortu non admodum neruoso prodeunt, & rectà sursum tendentes (non adeò tamen, quin magis ad finem quam ad exortum, inuicem distent) tereti capite in medium occiput implantantur. *Quartum.* Horum est, vbi simul contrahuntur, caput retrorsum agere; altero duntaxat laborante, circumuersioni ipsius opitulari. Septimus [o] & octauus, tertio pari subiacent, substantia, forma, & situ illi consimiles, prodeuntque ad suum quisque latus, principio carnoso, tenuique à [p] tuberculi illius lateribus, quo primam ceruicis vertebram posteriori sede, quà *reliquæ processus obtinent, insigniri diximus.* Musculi hi sese initio contangunt, postea verò in progressu paululum diducuntur, sicque dirempti occipitis osi figuntur. *Quintum.* Estque amborum munus, attollendo capiti famulari. Nonus [q] & decimus, carnei, longi ac propemodum teretes, ab occipitis osse, iuxta externum latus quarti paris enascuntur, & obliquè tantisper descendunt, donec in [r] apicem lateralium primæ ceruicis vertebræ processuum, ad suum quisque latus, in- *Sextum.* serantur. Vndecimus [s] & duodecimus, eandemmet cum proximè explicatis figuram sortiuntur, & [t] ex posteriore secundæ ceruicis vertebræ processu erumpunt, & obliquè nonnihil ascendentes, lateralibus primæ ceruicis vertebræ processibus, pari cum prædictis forma, implantantur. Horum musculorum vnusquisque, vnà cum tertii quartique paris sui lateris quolibet, absolutum efformat triangulum, ita vt tertium par, quintumque ac sextum, simul omnia [u] duos in occipite triangulos constituant, alterum ad dexteram, alterum verò ad læuam. Quorum primus angulus, in medio occipite consistit; secundus iuxta posteriorem secundæ ceruicis vertebræ processum; tertius (in dextri lataris triangulo) iuxta lateralem primæ ceruicis vertebræ, eiusdem lateris processum, in sinistri autem lateris triangulo, *Ipsorũ munus.* oppositi. Munus noni, decimi, vndecimi, & duodecimi musculorum est, primam ceruicis vertebram, & consequenter caput, supra secundam circumflectere; musculis enim dextri lateris in se contractis, prima ceruicis vertebra in posteriora sinistrorsum flectitur; sinistris autem laborantibus, opposito motu agitur; *Septimum capitis musculorum par.* adeo vt retrorsum caput agentes musculi duodecim sint, secundo pari duorum duntaxat musculorum vice, connumerata. Nunc [x] antrorsum ipsum agentes enu-

f t.x.xi.B.ta.xii.FF.t.xiii.A t.v.r.
g t.xiii.A.
h t.v.HI.
i ta.xiii.à C ad D.
k t.xiii.FF.
l t.xiii.GG.
m t.xiiii.AB
n t.xiiii.fi.ii.E.
o ead.FG.
p li.i.ta.v.fi.vi.M.
q t.xiii.HI.
r ead.D.
s ead.KL.
t ead.iuxta E.
u t.xiiii.AHKBLI.
x t.iii.F.t.ii.l.t.iiii.O.t.v.K.

y t.iiii.x. z ead.y. enumerandi nobis supersunt, qui duo duntaxat sunt, & vtrinque [y] singuli à media superiore ossis pectoris sede, nec non ab [z] ea clauiculæ regione, quæ huic eidem ossi, lato, & neruoso ex ortu prodeunt; etsi verò longè neruosior principij huiusce pars existit, quæ à pectoris osse, quàm quæ à clauicula sumit originem; non ideo tamen continuum esse desinit, principium vniuersum, & quo sursum obliquè procedente, latior paulò quàm crassus educitur musculus, qui carnoso, & crasso fine, in mammillarem sui lateris, temporis ossis processum inseritur, quem vndique amplexatur. Verùm aduertere oportet, inter partem à clauicula productam, & eam quæ ab osse pectoris emanat, [a] sinulum instar trianguli exculpi, citra cutis detractionem in quouis homine conspicuum; imò verò is principium alterum ab altero seducere videtur [b] adusque musculi ferè dimidium, quà ex vtroque principio corpus assurgit, in eum quem diximus modum desinens. Principia hæc siue duo, siue vnum sint, parum omnino interest, quemadmodum etiam & illud, leue est, an ex hisce musculis vnusquisque in plures vno partiatur, vt multi existimarunt. Sat est intelligere, qualis eorum structura sit, quale munus, contrarium scilicet octo primorum muneri, caput retrorsum trahentiũ. Et propterea ambobus vnà contractis, caput demittitur, quemadmodum vbi annuimus, siue rigida, siue inclinata ceruice; altero autem duntaxat laborante, ad trahentis latus inclinamus; vbi verò vicissim nunc hic, nunc ille trahit, caput circumagitur, vti cum renuimus, multò euidentiùs, quàm in vllo ex prædictis. [c] Musculis hisce quatuordecim, alii pariter accedunt, sub æsophago delitescentes, qui ex corporibus priorum quatuor thoracis vertebrarum, omniumque ceruicis exoriuntur, quibus in transitu innituntur, ac deinde occipitis ossi iuxta [d] anteriorem nucæ foraminis regionem subobscurè implantantur. Verùm de hisce musculis copiosiùs, de dorsi motoribus agentes, verba faciemus; elatiorem nanque ipsius regionem, immoto prorsus capite inflectunt. [e] Quatuor insuper habentur musculorum paria, vtrinque bina, ad verticis latera consistentia, quorum etiam tractationem in caput reiicio, verticis motoribus dedicandum, quòd sit illud præcipuum ipsorum munus.

Marginal notes: a eadem inter Y & X. — b t.iii.F. — *Horum musculorum munus.* — c t.vi.P.t.vii. CD, tab. viii. AB. — *Musculi duo ceruicis flexores.* — d li.i. ta.iiii. fi.vi.o. — e t.viii. C t. xiii.H. — *Quatuor alij.*

De Vinculis Capitis, & priorum duarum Ceruicis Vertebrarum. Cap. 19.

DIximus superiore libro, Caput primæ ceruicis vertebræ, & hanc secundæ, & secundam rursus capiti committi. Superest vt de vinculis ossa huiusmodi colligantibus agamus. [a] Quorum primum perquàm validum est, & articulum ambit vniuersum, inter primam ceruicis vertebram & caput, nihil præterea peculiare obtinens. [b] Seccundum, caput secundæ vertebræ deuincit, estque teres, perquàm validum & cartilaginis naturæ compos; ex dentis [c] apice, quo secundam hanc vertebram insigniri diximus, eductum, & occipitis ossi, iuxta foraminis nucæ [d] anteriora consertum. Ligamentum hoc præterquàm quod secundam colli vertebram, occipitis ossi alligat, prædicti dentis ope adiutum, veluti axem pariter efformat, super quem caput circumagitur. [e] Tertium illud est, quod primæ ceruicis vertebræ ab vno in alterum latus transuersim obtendi, & posteriorem dentis secundæ vertebræ regionem amplexari diximus; insigniter quidem validum, neruosum, & cartilaginis naturæ particeps; inter spinalem medullam & secundæ vertebræ dentem repositum: estque sui muneris, dentem hunc fortiter continere, in vehementioribus ad posteriora capitis motibus; ne scilicet luxetur, & spinali medullæ officiat, quod absque insigni noxa nequaquam contingeret. Quartum [f] secundam colli vertebram primæ colligat, membranæ instar tenue, communemque cum cæteris cuiuscunque articuli ligamentis naturam, commune munus adeptum.

Marginal notes: a tab.xv. fig. xxvii.EEEE. — *Ligamentũ quo primæ colli vertebræ caput alligatur.* — b tab.xv. fig. xxvii.I. — c ead.H. — *Secundum ligamentum.* — d li.i. ta.iiii. fi.vi.o. — e tab.xv. fig. xxvii. K lib.i. ta.v.fi.vi.a. — *Tertium.* — f tab.xv. fig. xxvii.E F. — *Quartum.*

De Musculis Abdominis. Cap. 20.

ETsi musculorum capitis tractationi, minimè satis apposite abdominis musculorum explicatio subnectitur, sic tamen ipse progrediar, vt à Vesalio quò minùs potero recedam; & si cui molestiam istud afferet, capita eo, qui magis arriserit, ordine percurrat; quandoquidem id citra graue negotium licet, paginis aliquot transactis. Musculi ergo Abdominis octo vniuersim sunt, quatuor paria constituentes. Quorum [a] primus omnibus incumbit, proditq; carnoso exortu ex [b] sexta, septima, octaua & nona costis, priusquam in cartilaginem abeant, iuxta [c] secundum, motorem thoracis musculum, cui pectinatim inseritur; ille siquidem quosdam veluti vngues digitos've porrigit, hic verò media vnguium interualla occupat; post nonam autem costam, etsi eodem modo à reliquis costis enascitur, prædicto tamen musculo haud mutuo ingressu committitur, sed illi duntaxat, cui quintum inter thoracis motores locum assignabimus. Principiũ id, tenue carnosumque est, atq; inde in priora deorsum fertur, sensim ac sensim crassius euadens, & posterioribus lumborum [d] vertebrarum processibus toto ductu connatum; Dexter autem sinisterque musculus [e] membranea tenuitate in abdominis medio coeuntes, spatium omne inter costas & os ilium, descendentes obtegunt, dum nerueo extremo, in [f] totam Appendicem inserantur, quæ ossium coxẽdicis elatiorem sedem occupat, spina latinis dicta. Estque illud animaduertendum, carnosam horum musculorum partem posteriùs exortam ad [g] rectum duntaxat sui lateris musculum peruenire, ibiq; in tenuem, neruosamq; membranam conuerti, quæ membranas supergreditur, quibus secundum par præditum esse dicemus, in eam vsque sedem, in qua eos inuicem committi diximus; & in elatiores Ilium & Pubis ossium regiones totas inserũtur, præter eam quam [h] sextus, & septimus fęmur flectentes musculi progredientes integunt. Musculi hi fibras suas obliquè in priora, eodem cum ipsis modo, porrectas obtinent, ideoque obliqui descendentes dicti sunt. [i] Secundum par priori substernitur, proditque neruoso tenuique principio, ab ossis ilium summitate, cui appendicem obtendi diximus; nec non ex posterioribus sacri ossis processibus, lumborumque vertebris; post exortum verò, carneis quibusdam fibris ipsi additis augetur. Duo hi musculi obliquè sursum feruntur, dum quatuor infimarum costarum apicibus implantẽtur, Vbi verò in abdominis medium pertingunt, ad suũ quisque latus recto [k] musculo assidens, in nerueam tenuemque membranam abeunt, minimè quidem simplicem, vt ait Vesalius, sed in duas diremptam, quæ medium recti sui lateris musculi occupant, ac deinde superiùs quidem mucronatæ pectoris cartilagini, inferiùs verò pubis ossi figuntur, & secundum mediam abdominis lõgitudinem, ità, quemadmodum & priores duo, [l] committuntur, vt nisi & diuisionem & fibrarum discrimẽ accuratissimè inspicias, vnum omnes videantur, quamuis in abdominis medio, hoc est inter vnum & alterum rectorum musculorum, crassiores paulò reddantur. Iuxta externum rectorum musculorum latus, secundum ipsorum longitudinem, à costis ad os vsque pubis, duum horum musculorum membranæ, quarti paris neruorum membranis, nec non mẽbranæ, quæ intestina & coctionis organa obtegit, Peritoneum dicta, valide adeò [m] connascuntur, vt in eum locum desinere videantur; at si sedulò attenderis, prætergredi eas obseruabis. Fibræ horum musculorum obliquè sursum porriguntur, cum priorum duorum, ipsis incumbentium fibris sese implicantes, vnde musculi obliqui ascendentes dicti sunt. Inter duas hasce membranas quas duo ij secundi musculi possident, [n] musculus alter reponitur, & vtrique tertium abdomen mouentiũ musculorum par constituunt, ac vtrinque singuli ex media ossis pubis regione, duplici principio nascuntur, [o] altero superiore interioreque, [p] altero inferiore ac exteriore, quæ licet disiuncta minimè sint, substãtia tamen variant. Superiùs nanque introrsum vergens, carneum omninò est, ac superiùs latum & obliquè deorsum in exteriora fertur, in apicem, antequam ad mediam pectinis regionem perueniat, desinens. Inter musculi huius & sui coniugis oppositi lateris principium, veluti triangulus

Primum abdominis musculorum par.

Secundũ & tertium.

a t.i.Θ. t.iiii. O t.ix.P.
b t.i.ii.iii.PP
c t.i.5,6.7.8. t.ii.iii. ooo.
d t.xi.Δ.
e t.i. ab R ad X.
f lib. i. t.i.ii. iii.n.12.13.14.
g t.i.Θ.
h t.viii.ΘΔ.
i t.iiii.π t.v. a t.xi. a b.
k t.v.x.t.vi. b
l t.iiii.PP.
m t.v.x. t.vi. b.
n t.iiii. n t.v. Δ.
o t.v.o.
p ead.n.

gulus efformatur. Inferius autem principium extrorsum nonnihil porrectum nerueum vsquequaque est, & sursum reptans, sensim ac sensim ampliatur, dum omnem musculi huius latitudinem producat, qui duobus hisce principijs enatus, sursum per abdominis medium coniugi suo alterius lateris adhærens, ad vmbilicum vsque porrigitur; iuxta quem nonnihil inuicem [q] abscedentes, & latiores paululum effecti procedunt, donec lato & carneo extremo supra mucronatam cartilaginem ad ossis pectoris latera, in cartilagines septimæ octauæque costæ inserantur. In hisce musculis [r] impressiones quædam habentur, transuersim per ipsorum latitudinem ductæ, quarum duæ ferè supra vmbilicum visuntur, altera infra, nonnunquam verò tres supra vmbilicum consistunt. Omnes autem ad digiti latitudinem accedunt, suntque albæ ac carnosæ, musculis hisce, vti dicemus, abdomen versus collectis continendis inseruientes. Horum musculorum fibræ, per ipsorum longitudinem nequaquã porriguntur, sed in dictas hasce impressiones terminantur, ita inuicem complicatæ, vt aliæ ab alijs produci videantur. Cunctis hisce musculis, [s] alij duo subiacent, vtrinque singuli, qui abdomen vniuersum transuersim amplexantur, dicti ob id transuersales, atque ex transuersis lumborum vertebrarum processibus, nec non ex musculis dorsum mouentibus principio partim nerueo partim carnoso, instar membranæ tenui, enascuntur; ac dein carneis quibusdam fibris, quæ ipsis iunguntur, adaucti, ex eminentiori quoque ossis ilium regione, & spuriarum costarum apicibus principiũ desumunt. Ast vbi à suo quisque latere ad externum rectorum [t] musculorum latus pertingunt, sub ipsis nonnihil, neruosi tenuesque rursus efficiũtur, ac tenuem membranam producentes, inuicem in medio abdomine committuntur, ipsumque vniuersum complexi, medio pubis ossi, & mucronatæ cartilagini conferuntur. Musculis his [u] ea subest membrana, quæ chartæ pergamenæ modo, intestinis, omnibusque coctioni famulantibus organis obtenditur, cui prædictorum musculorum membrana, secundum externi rectorum musculorum lateris longitudinem ita cohæret, vt difficili negotio illaceri diuellantur. Reliquum horum musculorum, quæ vniuersa est eorum carnosa pars, dictæ membranæ affigitur, eũdem prorsus in modum, quo musculi sibi ipsis adhærent. Omnes hi musculi, præterquã quod abdominis calorem fouent, coctionique opitulantur, thoraci quoque mouendo deseruiunt, cùm spiritũ ducimus; simulque ad faciliorem fœcum expulsionem, spiritus retentione, ac intestinorum cõpressione conferunt, hacque de causa, quò minùs fœces ad ventriculum deferantur, prohibent; nec non etiam parientibus auxilio sunt, vti perspicuum euadet, vbi de Diaphragmate verba faciemus.

q ead.q.

r ead.uuu.

s t.v.y.t.vi.Δ.

Quartum par.

t t.xi.x.

u li.iii.t.i.fi.i. BCD.

De Testium Musculis. Cap. 21.

VTrique testiculo tenuis adest musculus, [a] ex ea productus membrana, quæ à Peritonæo exorta, vasis semen ad testes deferentibus obtenditur. Hæc in posteribus partibus, simulatque à peritonęo abscedit, carneis quibusdã fibris ipsi commissis adaucta, in binos hosce musculos abit; qui membranæ testes succingenti semper hærentes, deorsum prorepunt, dum vnà cum membrana, iuxta [b] imam testium regionem in [c] vas illud inserantur, per quod semen à testibus in genitale profunditur. Aduertere autem oportet, membranam hanc, nulla in parte testibus, nec seminarijs ductibus connasci, præterquam in ista, ideoque musculi hi testem nullatenus attingunt, imò his proportione respondent, quos à membrana carnosa prodire diximus. Musculis hisce id muneris demandatum est, vt sursum nonnihil testes adducãt, licet vsqueadeo obscurè, vt ferè non percipiatur, vtque ipsis sustinendis opitulentur, ne seminis vasa, à quibus itidem pendent, onere nimio reddant imbecillia. Mulieres quoque [d] binos & ipsę musculos his non absimiles adeptæ sunt, quos vti alia sua generationis organa intus reconditos gerunt. Ea siquidem peritonæi [e] pars, quæ vtrinque à lateribus vtero connascitur, pluresque ad eum & venas & arterias, veluti Mesenterium ad intestina, deducit, ac primam illius tunicam procreat, crassior pariter efficitur, carnosarum quarundam fibrarum accessione, obliquè deorsum ab ilium

a li.iii. t.iiii. fi.xxi.Y.

Duo virilium testium musculi.

b ead.I.

c ead. fi.xxii. xxiii.xθ.

Ipsorũ munus.

Duo muliebriũ testiculorum musculi.

d li.iii.ta.v. fi.xxv.N.

e lib.iii.t.v. fi.xxv.P.fig. xxvii.EE.

regionibus ad vteri vsque latera tendentium, adeo vt duo hi musculi non minus functione, quàm specie ac substantia illis similes reddantur, quos viris adesse retulimus.

De musculis Thoracem mouentibus. Cap. 22.

MVsculi Thoracis motuum autores, octo etiam abdominis musculis connumeratis, octuaginta nouem sunt, vtrinque quatuor & quadraginta, paria totidem constituentia, atque vnus lateri vtrique communis. [a] Primus musculus ex inferiori, interiorique clauiculæ regione secundum ipsius longitudinem, quà primam respicit costam, carnosum principium assumit; ac eodem modo anteriori eiusdem costę regioni, iuxta ipsius cum pectoris osse connexum, carneus inseritur; estque impensè breuis, sed admodum latus, tenuisque ac omnino carneus; fibras adeptus obliquè ac ferè transuersim à clauicula in priora repentes, dum superiori primæ costæ regioni, eique pectoris ossis sedi applantetur, quæ huius costæ cartilaginem admittit. Ad hunc pertinet primam costam sursum nonnihil versus exteriora retrahere, & consequenter Thoracem dilatare. *Secundus.* [b] Secundus musculus grandis est, & carneo principio ex interiore scapulæ basi erumpit, atque inde supra costas exporrectus, latiorq; , sed paulò tenuior redditus procedit, donec secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, sextæ, septimæ, octauæ, interdumque nonæ costæ inseratur, in singularum interuallis, secundū longitudinem, paulò ante cartilaginum exortum, in apices quosdam ceu digitos, vnguesve discretus, qui in sex inferioribus costis cum [c] primo abdominis musculo pectinatim inseruntur; secundus enim hic musculus super singulas costas exporrigitur, primus verò abdominis, ipsarum mediis iniicitur. Reliquum musculi huius costis, perinde ac mutuò solent musculi, committitur; estque ipsius munus, costas extrorsum reuellere & consequenter Thoracem explicare. *Tertius.* [d] Tertius musculus ex posterioribus trium postremarum colli vertebrarum, eodemq; posteriori primę Thoracis vertebrę processū, neruoso, tenui, latoque principio erumpit, & inde in priora [e] primo caput mouentium musculorum pari, [f] nonnullisque aliis dorsum, Thoracemq; mouentibus instratus, deorsum porrigitur, carneus semper & latus euadens, vbi ex commemorato primo caput mouentium musculorum pari emersit. Vbi verò primam Thoracis costam contingit, nonnihil versus latera porrigitur, in tres veluti digitos discretus, in quatuor primarum costarum interualla exporrectos, illisque implantatos. *Musculi huius est, Thoracem dilatare.* *Quartus.* [g] Quartus vnà cum [h] longissimo dorsum mouentium musculo ex posteriori ossis sacri regione, & interiori ossis coxendicis parte, quà extra sacrum os prominent, exoritur; & illinc transuersis lumborum vertebrarum processibus affixus, vnà cum [i] duodecimo dorsum mouēte musculo sursum deducitur, cui ita affigitur, vt non immeritò partem ipsius esse multi prodiderint. Quum primùm verò ad duodecimam thoracis vertebram pertingit, tanto interuallo ab ea seiungitur, vt hinc ipsum oriri complures sibi persuaserint. Indè obliquus nonnihil extrorsum conscendit, & quosdam tendines propemodum teretes effundit, tuberculis illis implantatos, quæ prioribus decem costis, paulò antea quàm transuersis vertebrarum thoracis processibus inserantur, adesse retulimus. Musculus hic ad tendinum vsque initium carnosus existit, & ad primam ferè thoracis vertebram terminatur, quamuis interdum adeo conscendat, vt ipsius tendines ad transuersos septimę ceruicis vertebrę processus pertingant, quibus perinde atque costarum tuberculis affiguntur. Verum aduerte, eum vndecimę, ac duodecimę duntaxat costæ carnosum applantari; quò enim altiùs conscendit, eo euidentiùs tendines sese produnt, ipse verò musculus, quasi in eos absumptus, neruosior tenuiorque redditur. Estque id ei muneris demandatum, vt costas deorsum adducat, & consequenter thoracem arctet. *Quintus.* [k] Quintus lato ac tenui ex ortu ex posterioribus vndecimę ac duodecimæ, interdumque decimę thoracis vertebrarum processibus, nec nō ex aliquibus lumborum vertebris erumpit, & [l] quibusdam dorsum mouētibus musculis, [m] quartoque thoracem agente transuersim incumbens, recta propepodum in priora contendit. Ast vbi predictos musculos transcendit, in costas adigitur, & carneis quibusdam

Left-margin notes:

- Secundus.
- Tertius.
- Quartus.
- Quintus.

Right-margin notes:

- a t.iiii.d. t.v. Z.
- b t.ii.iii.ooo, t.i.5.6.7.t.iiii, l.ta.v.m. t.vi. R ta.vii. l. ta. viii.F.ta.xi.x. t.xii. S t. xiii. T.
- c t.iii.PP.
- d t.xi.F.
- e t.xi.AA.
- f ead. QRS.
- g ta.xii.Δ ta. xi. Q ta.xiii. oo.
- h t.xii. K.ta. xiii.r.t.xii. N
- i t.xii.à K ad L.
- k t.xi.A.
- l hæc videbis in tab.xiii. & xiiii.
- m t.xii.A.

n t.ii.iii.ooo. busdam fibris sibi commissis, adaugetur, sicq; in tres veluti [n] digitos diremptus desinit, nonæ, decimæ ac vndecimæ costarum interuallis iniectos, ipsisq; costis implantatos multò ante, quàm cartilagines euadant, & cum [o] primo abdominis musculo ser- (o ead.pp.) ratam compagem efficientes. Huius est, thoracem distendere; retractis quibus inseritur, costis. [p] Sextus in thoracis cauitate sedem obtinet, & per omne internum ossis (p t.viii.B.) (*Sextus.*) pectoris latus exporrigitur, secundum omnium integrarum costarum cartilaginum longitudinem, quibus vsque adeo diffusus affigitur, vt ad costas propemodum externo suò latere pertingat. Musculus is triangulo est assimilis, ex duobus prælongis lateribus, vnoq; ad modum breui efformato; estq; tenuis & omni ex parte carnosus, fibras adeptus, transuersim à pectoris osse sursum in posteriora ductas. Huius interest, (q t. vi. xv. t. viii.EEE.) thoracem arctare, cartilaginibus ad pectoris os attractis, inuicemq; collectis. [q] Musculum hunc alij vtrinque triginta quatuor subsequuntur, costarum spatia replentes, (*Intercostales musculi.*) ideoq; Intercostales vocati. Quorum viginti, spuriarum costarum interualla occupant, quaterni inter duas quasque costas positi, duo quidem externam, duo verò internam faciem tenentes. Externorum primus ex ima primæ costæ regione secundũ ipsius longitudinem enascitur, illinc, vbi à laterum thoracis vertebrarum processibus abscedit, in eum vsque locum, quo in cartilaginẽ rursus abit; & isthinc obliquè deorsum tendit, dum superiori secundæ costæ lateri, æquali ad exortum fine inseratur. Secundus ex ima etiam primæ costæ regione à pectoris osse ad cartilaginis extremum prorumpit, deorsumque perinde ac primus fertur, à quo fibrarum tantummodo ductu euariat; illius enim fibræ obliquè in priora, huius verò obliquè in posteriora repunt. Quod quidem in eam me sententiam adducit, vt hos duos esse musculos existimem, non autem vnum, quemadmodum ait Vesalius; pro fibrarum enim varie- (r t.viii.EE.) tate, contrarias functiones obeunt, licèt eundem omnes in scopum directas. [r] Reliqui exteriores musculi eundem prorsus cum hisce duobus exortum, eandemque terminationem adipiscuntur. Interni vtrique, ex elatiore inferioris costæ regione prodeunt, tantisper ascendẽtes, dum imæ superioris costæ sedi, quæ ipsi proxima est, intrinsecus inserantur, carnosi pariter ac externi, fibrasque obtinentes obliquè sursum in priora protensas, externorumque musculorum fibris decussatim intextas. Super- (*Interni intercostales integrarũ costarum.*) sunt alij viginti, inter quinque illegitimas costas repositi, duo in quolibet interuallo, qui prioribus integrarum costarum musculis, & subtus eos positis correspondẽt, (*Viginti alij spurijs costis interiecti.*) carnosi pariter ac tenues; thoracique arctando inseruientes, vt ipsorum situs perspicuò commostrat, quandoquidem oppositam sibi inuicem originem sortiuntur, & inferiore superiorem, superiore vero inferiorem costam pari conatu trahentes, costæ inuicem adducuntur. Hi sunt proprij omnes, alterius lateris musculi, thoracis motuum opifices, quibus totidem alterius correspondent. Superest vtrique lateri cõmunis [s] musculus explicandus, qui vitalia & coctioni famulantia organa veluti pa- (s t.vii.Δ.li.vi. t.v. fi. x. A. li.iiii.t.i.fi.i. l.fi.ii.RR.fi. iii.H. fi.iiii. Q.fi.v. E.fi. vi. no.fi.xii. I) ries interiectus dirimit, vnde græcis Διάφραγμα, latinis verò septum trãsuersum fuit (*Septum transuersum.*) appellatum. Hic à cęteris omnibus corporis musculis euariat; latus etenim est, & orbicularis, caputque [t] in sui medio gerit, qua in parte per quam tenuis & neruosus occurrit. Ex eiusmodi principio fibræ quædam radiorum instar emittuntur, quæ à musculi huius centro ad ipsius circunferentiam porriguntur, vnà cum musculo desinentes, pars quidem in pectoris ossis summitatem, subtus mucronatam cartilaginẽ, (t t. vii. inter Klmn.) pars verò in interiorem summarum cartilaginum, priorum quatuor spuriarum costarum sedem; Toti autem duodecimæ cartilagini carnosus adnascitur, & ad inferiorum costarum extrema, nonnihil secundo abdominis musculo, & lõgè magis quarto coniungitur. Scire autem oportet, musculi huius fibras, rectà in vndecimam tho- (u ead.q.li.iii. t.v.fi.xxvi. Q) racis vertebram excurrentes, nequaquam in ipsam inseri, quòd illi [u] arteria magna, necnon etiam sextus femur mouẽs [x] musculus obtendantur; Ac propterea fibræ hu- (x t.vii.t) iusmodi hac in parte, in duos [y] tendines, tenues & validos conuertuntur, qui deor- (y ead. op.) sum ad magnæ arteriæ latera nonnihil protenduntur, sensim ac sensim angustiores redditi; & sese arterię subijcientes tantisper porriguntur, dum in denudatas quasdam lumborum vertebras longo capite, validissimè adigantur: Musculus hic propemodum orbicularis est, situmque modicè obliquum à superis ad infera obinet, secun-

dum

dum costarum, quibus supplantatur, extrema; estque à sui medio ceu centro (qua in parte vti diximus exoritur) ad sui vsque dimidium neruosus, & membranæ instar tenuis; isthinc verò ad costas vsque carnosus. & quemadmodũ quò propiùs sui principio centro've accedit, eò tenuior ac neruosior euadit; sic quò sui extremo seu circunferentiæ vicinior fit, eò crassior & carnosior efficitur: ac pars ipsius neruosa acutum angulum in priora porrigit; carnea verò deorsum fertur, extremæ reticulæ imaginem præ se ferens. Septum id vniuersum duplex tegit membrana, subter quidem quæ iecur atque omnia coctionis organa inuestit, quàm Peritonæum vocari diximus; super verò, quà cor & pulmones respicit, quæ costas succingit, πλευρὰ ob id græcis dicta. Musculus præterea is, duplici foramine, (quod paucis alijs contigit) peruius occurrit; [z] altero in sui medio, nonnihil dextrorsum venam cauam transmittente, cui Diaphragma ipsum medijs duabus mẽbranis, quibus obduci diximus, validissimè affigitur. [a] Alterum foramen paulò infra musculi medium consistit, Modicè ad læuam, quod æsophago viam præbet, vnà cum duobus sexti neruorum cerebri paris ramis ad ventriculi orificium reptantibus. Præter hæc duo foramina, [b] cauitas quædam in Diaphragmate adest iuxta vndecimam thoracis vertebram, à [c] fibris illis producta, quas in duos tendines abire prodidimus, & per eam [d] arteria magna & venæ sine pari extremum transmittuntur. Musculi huius officium est, mucronatam cartilaginem introrsum trahere, ac spuriarum costarum extrema nonnihil sursum ad sui principium, quod in medio consistit, vellere, vt duo neruorum rami, quos vtrinque in sui medium nonnihil antrorsum inseri dicemus attestantur. Quum itaque musculus is in sese colligitur, notharum costarum extrema ad suum principium adducit, inferioremque ac anteriorem thoracis partem, quam spuriæ costæ occupant, coarctat, posteriorem vero distendit, septem postremis costis inuicem abductis, quemadmodum adhibita diligentia vnusquisque in seipso experiri poterit, manu costis admota, & spiritu valenter ducto. Neque verò hic audiendi sunt, qui Diaphragma deorsum agi, vbi aerem attrahimus, contendunt; nam qui aluum vi adhibita exonerant, spiritum quandoque continent, simulque thoracem validè comprimunt, quod quidem minimè contingeret, si spiritum intrò ducentes, vnà thoracem dilatare cogeremur. Atque hi sunt respirationi deseruientes musculi, quibus octo abdominis accedunt, huius quoque functionis aliqua ex parte adiutores; primum quidem par ima thoracis parte compressa; secundum vnà cum tertio costis deorsum attractis, validè thoracem arctat; quartum costas introrsum adducit, leuiter eas comprimens. Præter hosce musculos, respirationi quoque famulantur, qui dorsi & brachiorum motibus præsunt; quamuis perobscurè, & vrgente duntaxat necessitate. Quam ob rem scire expedit, bifariam respirationem obiri, aut aere scilicet foras acto, aut eodem intromisso; quorum vtrunque aut naturaliter fit, cordis duntaxat euentandi, & spirituum recreandorum gratia; aut compellente necessitate, vt cùm ingenti calore æstuamus, aut vbi ab opere quopiam ingenti nixu administrato, desistimus. Haud secus, aerem foràs protrudimus, aut naturaliter, vt cùm expiramus, aut violenter, vti quum loquimur, efflamus've. Naturalis igitur inspirationis, solum Diaphragma opifex existit; expiratio verò concidente thorace perficitur. Quod quidem ex seipso, laxato Diaphragmate, sua grauitate præstat, quemmodum in inflato, ac soluto vtre fieri conspicimus. Accedente autem quapiam necessitate, vt cordis calore adaucto, aut alia quauis de causa, alij deinceps suppetias ferunt, prout maior ipsius postulat necessitas.

Diaphrægmatis foramina.

z t. vii. s. — a ead. r. — b ead. q. — c t. vii. o p. — d ead. q.


De vinculis Thoracis. *Cap.* 23.

QVemadmodum plura & varia sunt Thoracis ossa, sic varia quoq; ipsorum vincula esse oportuit. Præcipua verò ea sunt, quę duodecim thoracis vertebras deuinciunt, de quibus vnà cum aliis dorsi ligamentis, verba faciemus. Quę costas vertebris hisce colligant, communibus articulorum vinculis assimilantur; quamuis tamen hac in parte ad cartilaginum duritiem accedant, potissimum inter transuer-

sorum processuum radices, quà vertebris costæ primùm articulantur, & istorum met processuum apicem, quà iterum committuntur. Quà etiam pectoris ossi iunguntur nullum sibi peculiare ligamentum vendicant, præter communem ossibus obductam membranam, ὑπεζωκὸς ob id græcis appellatam, quæ pectoris ossi obtenditur, longè ac in parte robustior, & quodammodo gemina, & hanc etiam ipsæ costarum cartilagines vnà cum costarum ossibus communem obtinent, quam ideo veteres secundum membranam costas succingentem vocarunt. Aduertere autem oportet, cartilaginibus costas minimè alligari, sed in eas vti diximus abire; & proinde peculiari vinculo nequaquam donantur.

De Musculis dorsum mouentibus. Cap. 24.

SI quid est quod figuræ ossium notitiam exposcat, id profectò est horum musculorum enarratio. Iam diximus dorsum in ceruicem, scapulas, lumbos, & os sacrum, cui Coccyx articulatur, dirimi; horum quoque ossium connexus formam, structuramque tradidimus. Nunc scire conuenit, dorsum omne ad os vsque sacrū, in neutrum latus inclinans arcuatim inflecti, extendi, & in latera moueri: Ceruix etiam eisdem ex se ipsa motibus cietur; ac lumborum vertebræ eodem prope cum thoracis vertebris motu aguntur, præterquam quòd illæ seorsum singulæ, Thoracis autem vertebræ omnes vnà mouentur. Diuersa hæc motuum genera, tum ex diuersis vertebrarum articulationibus, tum ex musculorum situ innotescunt, qui sexdecim in totum sunt, octo paribus comprehensi. [a] Quorum primum à quintæ thoracis vetebræ corporis lateribus, vbi costæ ipsis articulantur, principium sumit carnosum, tenue, ac instar trianguli apicis acutum; atque inde altiùs à medio quartæ thoracis vertebræ corpore obliquè conscendit. Et fibras quasdam obtinet, eodem ductu, obliquè à posterioribus in priora ad tertiam vsque thoracis vertebrā conscendentes, quà vtriusque lateris musculi inuicē conterminantur: Initio siquidem vniuersum vertebræ corpus ipsis interiacet, ac deinde sensim ac sensim appropinquantur, dum ad anteriorem primæ ceruicis vertebræ regionem pertingant, vbi simul ambo, nerueo, atque hastæ mucronis instar acuto extremo in [b] Tuberculum inseruntur, quo vertebram hanc ea in parte insigniri diximus; ossi etiam occipitis, [c] iuxta dorsalis medullæ foramen, quodammodo implantati. Duos hosce musculos alij quatuor, alij sex esse prodiderunt, ducti, aut albis quibusdam fibris, linearum modo eorum vtrunque dirimentibus; aut diuersis cuiuslibet, tum principijs, tum insertionibus animum adhibentes. Verùm nec fibræ definito numero comprehensæ, nec semper eædem sunt, præterquam quod longè minùs penetrant, quam vt musculos dirimant; nec duo tantummodo forent principia, sed multò plura, singulæ nanque vertebræ suum haberent principium, sicque thoracis vertebrarum tres, verticis autem, musculi septem forent: ita vt aut pro binis vti diximus, aut pro vicenis habendi sint. Præcipuum horum musculorum munus est, ceruicem & consequenter caput quodammodo inflectere; ambobus enim vnà laborātibus, rectà ceruix in priora flectitur; altero autē duntaxat in se collecto, in contracti latus inclinatur; quemadmodum ipsorum situs, figura, & fibræ luce clariùs ostendunt. Quinetiam & trium priorum thoracis vertebrarum flexio penes hosce musculos efficitur. [d] Tertius & quartus à suo vterque latere, è superiori exteriorique primæ costæ regione, illinc vbi dorso connectitur, ad eam vsque sedem, qua in cartilaginem abit, lato & carnoso exortu prorumpunt. Huiusmodi autem principio educti, sensim ac sensim arctati conscendunt, & in interiorem transuersorum processuum, omnium ceruicis vertebrarum, regionem adiguntur; quamuis primæ difficulter affigantur, vbi enim ad ipsam perueniunt, trianguli veluti verticem efformant, quinimo vtrique trianguli seu citharæ figuram referūt; cuius primum latus ossis primæ cartilaginis vniuersam occupat longitudinem; secundum ad ceruicis longitudinem fertur; tertiū à principio cartilaginis primæ costæ, ad primam vsque ceruicis vertebram porrigitur, idq; latus obliquè retrorsum tendit. Vtriusque huius musculi fibræ obliquè à superis ad infera



Costarum vincula.

Primum dorsi musculorū par.

Ipsius munus.

Secundum par.

a ta. vii. C D t. viii. A B.

b li. i. ta. v. fi. vi. M.

c li. i. t. iiii. fi. vi. O.

d ta. v. vi. Q t. vii. G. tab. viii. C. tab. xiiii. N.

infera instar citharæ fides deferuntur, eisdem affixæ processibus, quà musculum inse ri diximus, foramine peruium, quod iecoris venam vna cum arteria traijcere suo lo cò dicemus. [e] Quintus & sextus musculus, ad suum quoque latus singuli consistentes, ex radice trãsuersorum sextæ thoracis vertebræ processuum, ad posteriorum processuum exortum erumpunt, sursumq; perreptant, ex reliquis etiam quinque thoracis vertebris enascentes, sensim ac sensim validiores crassioresq; redditi, donec [f] in externam sedem transuersorum septimæ ceruicis vertebræ processuum, validè inserantur; & deinde reliquarum omnium ceruicis vertebrarum transuersis processibus ad exteriorem eorum sedem deinceps implantantur; licet in primum laxiùs quàm in aliorum vllum inserantur. Duobus hisce musculis, ac duobus proximè enarratis vis est, in latera ceruicem inclinandi, dexteris quidem laborantibus, dextrorsum, sini nistris verò sinistrorsum: ita tamen vt tertio & quinto vnà trahentibus rectà flectatur; tertio trahente, quinto autem laxato, antrorsum in latera reclinetur; sin contra, retrorsum. [g] Septimus & octauus musculus vtrique ex posterioris processus septimę, aliarumque omnium thoracis vertebrarum radice, quà inuicem vertebræ articulantur, originem deducunt, & vbi ad septimam colli vertebram pertingunt, validiùs amplioriq; principio ab illa, quam ab aliarum thoracis vertebrarum vlla enascũtur, præterquam quod in illius apicem fibræ à thoracis vertebris enatæ infiguntur, insertionemque in apicem posterioris septimæ istius vertebræ processus moliuntur; atque hac in parte mutuo sese contangunt: sicq; vnà, posteriorum duntaxat processuum apicibus inuicem dirempti conscendunt, ex radicibus transuersorum processuum aliarum omnium ceruicis vertebrarũ principia semper ducentes, dum in [h] totam inferiorem spinæ secundæ ceruicis vertebræ sedem eodem ambo fine implantentur; fibræ autem ex lateralium processuum radicibus enatæ obliquè introrsum conscendunt, donec in posteriorem superioris processuum inserantur. Et proinde horum musculorum interest, vbi simul laborant, rectà caput attollere; alterutro autem laborante, in trahentis latus nonnihil adducere. Hi sunt ceruicis motuũ, musculi opifices, qui omnes capitis etiam motibus secundariò famulantur. [i] Nonus & decimus dorsi motores, carnei crassique nascuntur ex elatiori posteriorique coxendicis sede, quæ è regione superioris partis priorum transuersorum sacri ossis processuũ consistit; deinde ex tota etiam hac sacri ossis regione musculus hic exoritur; indeque paulò angustior redditus, sursum ad duodecimam costam protenditur, humiliori eius sedi carneo fine implantatus. Ab interno etiam latere musculus iste, transuersis omnium lumborum vertebrarum processibus, secundum ipsarum longitudinem ab interna sede ascendens inseritur, lateribus etiam vertebrarum, iuxta foramen, vnde nerui emergunt, applantatus; ita vt quatuor lateribus musculus is efformetur; [k] quorum primum à coxendicis ossibus ad os vsque sacrum secundum omne musculi principium porrigitur; secundum duodecimæ costæ longitudinis partem occupat; tertium omnes lumborum vertebras; quartum à duodecima costa, ad externum exortus latus producitur, quod ad medium propè superioris ossis ilium sedis, quæ spina ossis huius dicitur, consistit. Musculi huius fibræ ab exterioribus obliquè introrsum ascendunt; & quæ ab osse sacro principium ducunt, in postremam lumborum vertebram terminantur, quæ verò consequuntur, deinceps in superiores desinũt. Ambo hi musculi vnà cõtracti rectam lumborum flexionem in priora moliuntur; alteruter autem laborans eos in latus flectit. Ac illud quidem minimè ignorandum est, duos duntaxat hosce musculos, lumborum in priora flexionis, autores priuatim existere; thoracis autem vertebras priuatum musculum minimè adeptas esse, eiuscemodi motus opificem; quanquam duo recti abdominis musculi, thoracem deorsum trahẽtes, ad thoracis lumborumq; vertebras flectendas aliquid conferunt. [l] Vndecimus ac duodecimus reliquis corporis totius musculis longitudine prestãt, & singuli vtrinque à sacri ossis [m] extremo prodeuntes, in primam ferè thoracis vertebram terminantur; quamuis ipse in nonnullis ad primam vsque ceruicis vertebrã eos conscendere obseruauerim, [n] quarto dorsum mouenti musculo nonnihil similes, quem ab osse sacro prodire, ac in ascensu lumborum vertebris, necnon costarum

rum

Tertium par.

Secundi & tertij paris munus.

Quartum par.

Ipsius munus.

Quintum par.

Ipsius munus.

Sextum pars.

e t. xiii. H

f li.i. t. v. fi. vi. paulò infra tertium. H

g t. xiii. l. t. xiiii. O

h li. i. t. v. fi. vi. B

i t. vii. u. t. viii Ξ. t. xiii. a. t. xiiii. P

k Primũ est inter a & b; secundũ inter c & d. tertium inter a & d. quartũ inter b. & c. in figura è regione posita.



l t. xii. N. t. xiii. r. xiiii. Q R S.

m t. xiii. l.

n t. xii. Δ

rum principijs affigi diximus, vbi à transuersis thoracis vertebrarum processibus
abscedunt. Musculus enim is, ex totius ossis sacri spinæ summo secundum ipsius lon
gitudinem, atque ex omnibus lumborum spinis, neruosum, tenue, validumque
o t.xiiii.T. principium desumit, quod illi, quem mox [o] decimum tertium appellabo, subiacet.
p ead.S. [p] Pars autem principij huius ex interna ossis ilium sede, quæ extra sacri ossis latera
retrorsum prominet, educta; vsquequaque carnosa est, & perinde ac ea istius ossis
sedes, in summo acuta. A neruosis hisce principijs musculus hic sursum ascendens,
q ead.R. subcarneus, teres, ac læuis posteriùs efficitur, latusque ipsius [q] externum transuersis
lumborum vertebrarum processibus in transitu connascitur, qua in parte carnosior,
rotundiorque musculus euadit. Anteriori autem sede inter crassam carnosamque
r ead. inter R & Q. ac nerueam, & tenuem ipsius partem [r] modicè caua, & longa impressio consistit, quæ
in decimo tertio musculo, de quo mox verba facturi sumus, exculpitur. Vbi verò ad
vndecimam thoracis vertebram pertingit, arctior multò redditur, sicque sensim ac
sensim ad primam vsque thoracis vertebram angustatur, leuiter admodum singulis
posteriorum ipsius vertebrarum, validè autem transuersorum processuum apicibus
s t.xiiii.MM adhærescens, per [s] annulares quosdam tendines, qui ab anteriori eius regione dedu-
t t.xii.AMM cti in horum processuum apices inseruntur, perinde atque de [t] quarto thoracē mo-
uente musculo retulimus, quem singulis costis tendinem exporrigere diximus;
quamuis illius tendines extrorsum magis conscendant, & ab externo latere produ-
cantur, huius verò ab interna sede prorumpant, & obliquè versus exteriora, quem-
admodum & fibræ ipsius, ascendant. Hi simul ambo trahentes, thoracem ac lumbos *Sexti paris mu-*
u t.xiiii.r. rectà extendunt; alteruter autem, in latus. [u] Decimus tertius, & decimus quartus *nus.* *Septimum par.*
x ead.V. prædictis duobus substernuntur, & [x] ab illa ossis sacri sede principium obtinent, quæ
ab ipsius spina ad eius cum ilium osse connexum pertinet. & quemadmodum sedes
hæc ascendens latescit, sic pariter musculi huiusmodi se habent dum ad transuersos
quintæ lumborum vertebræ processus pertingant, qua in parte ampliores quàm ali-
bi occurrunt, atq; inde transuersis etiam aliarum omnium lumborum vertebrarum
y ead.X. processibus affixi ascendunt, donec ad posteriorem [y] vndecimæ thoracis vertebræ
processum perueniant, quam in partem acuto fine inseruntur. Duo hi musculi ab
initio ad finem mutuò committuntur, inter posteriorum processuum interuallum
sese ambo adigentes, adeo vt nihil omnino ipsis interiaceat, quàm ligamenti ampli-
tudo, quod inter vnum alterumque processum reponi sequenti capite trademus.
Fibræ horum musculorum interiora versus, ex transuersorum processuum apice,
ac posteriorum processuum inferiorum vertebrarum radice, in omnem vsque supe-
riorum vertebrarum spinæ amplitudinem obliquè assurgunt. His vnà laborātibus, *Ipsius munus.*
dorsi pars, cui ab ortu ad insertionem committuntur, extenditur; altero duntaxat in
z ead.Y. se collecto; obliquè versus trahentem agitur. [z] Decimus quintus, & decimus sextus *Octauum par.*
a ead. iuxta X. ab [a] vndecima thoracis vertebra erumpentes ad primam vsque conscendunt, poste-
riores thoracis vertebrarum processus toto itinere amplexantes. Duo hi musculi om-
ni ex parte carnei sunt, ac plurimis iisdemque præualidis fibris intertexti, & iuxta
duodecimam thoracis vertebram tenues, quemadmodum etiam decimus tertius, &
decimus quartus tenues ea in parte visuntur; sursum vero porrecti, sensim, ac sensim
b ead.a. crassescunt, dum ad posteriorem quintæ thoracis vertebræ [b] processum pertingant,
vbi crassiores iterum euadunt, & rursus assurgunt, tenues vsqueadeo redditi, vt iux-
ta posteriorem primæ thoracis vertebrę processum crassi æquè ac iuxta eundem met
c ead.o. [c] vndecimæ processum existant. Hi quoque musculi posteriorum processuum inter-
ualla opplent, inuicem inibi adhęrentes, nullo pręterea interiecto, pręter ligamen-
d ta.xv.fi.xv. T. tum, à superiori spina in inferiorem porrectū, illi simile, quod inter [d] cruris & [e] cu-
e t.vii.V. biti ossa reponitur. His fibrę multò rectiores, quàm aliorum vlli dorsi musculorum
obtigerunt, ac propterea recto ipsum motu, sine ulla ferè in latera flexione cient.
Estque ipsorum munus vertebras, quibus affiguntur, connectere, & consequenter *Octaui paris*
dorsi regionem vniuersam extendere, reliquis adiuuantibus musculis, quibus eadem *munus.*
functio concredita est.

De Vertebrarum dorsi ligamentis. Cap. 25.

Ligamenta vertebrarum dorsi.

QVæ primam ceruicis vertebram capiti, quæ secundam primæ, ac secundam rursus capiti ligamenta deuinciant, iam enarrauimus. Superest vt de his, quæ cæteras dorsi vertebras annectunt, verba faciamus: ab ijs, quæ ceruicis vertebras alligant, exorsi. Inter secundæ ac tertiæ, pariterque inter reliquarum omnium ceruicis vertebrarum corpora, non cartilago, vt inquit Galenus, sed cartilagineum [a] ligamentum reponitur, quod vertebras hasce, nullo interiecto, inuicem adducit. Caue autem ne tibi in hædi, aut vituli spinam incidenti, cartilago inter vertebram vnam atque alteram occurrens, imponat; quandoquidem præter hanc de qua nunc agimus, non minus in nuper natis puerulis, quàm in prædictis animantibus tenellæ adhuc ætatis, duæ cartilagines occurrunt, inter appendices corporis vniuscuiusque dorsi vertebræ consistentes; in medio verò duarum appendicum, ligamentum reponitur, quod eas, nulla interim interueniente membrana colligat, vt facilè quiuis explorare poterit. Quinetiam vertebræ huiusmodi validissimis quibusdam ligamentis, lubrico humore oblitis, insuper alligantur, quæ dorsi ossibus circum vndique obuoluuntur, & licet admodum crassa, & omni ex parte robusta sint, in vtrisque tamen anterioris partis lateribus euidentiùs multò sese produnt, quòd hac in parte crassiora, quàm alibi existant. Ligamentis hisce id muneris concreditum est, vt omnes dorsi vertebras connectant, simulque prohibeant, ne dorsum plus æquo extendatur, colligatur've, sitque venæ cauæ, ac arteriæ ipsi assidentibus ruptionis causa. Adsunt insuper vertebris hisce alia rursus ligamenta membranarum instar tenuia, quæ spatia inter transuersos vertebrarum processus occupant, nec non alia spinas inuicem colligantia; quæ iuxta processuum apices magis crassescunt, inuicemque coeuntia, ligamentum constituunt, cartilaginis naturæ particeps, per vniuersam Dorsi spinam deductum. Alia præterea ligamenta membranarum modo tenuia, sed perquam valida, articulos amplexantur, quorum interuentu superiores cuiusque vertebræ processus inferioribus copulantur. Rursus, inter vnamquamque vertebram, ligamentum aliud priuatim reponitur, subrubeum, nec aliorum vlli corporis ligamentorum roboræ inferius, quod ex interna sede foraminis vertebrarum spinalem medullam transmittentis, ad radicem *posteriorum processuum*, inter ascendentes, & descendentes processus exoritur, & in eandem sequentis vertebræ sedem desinit: quod minimè inconuenit, si è superiori vertebra educi, & in inferiorem desinere dicatur; aut contra, quandoquidem æquè ab vtrisque producitur. Vnum tantummodo nobis ligamentum relinquitur, de quo (licet humano in corpore non occurrat) verba seorsum faciemus, cùm sit apud vnumquemque notissimum. In canibus igitur ac bobus, cæterisque animalibus ceruicem facilè attollentibus, ligamentum conspicitur, quod ex septimæ ceruicis vertebræ spinæ lateribus enascitur, & ad caput assurgens, nulli præterea vertebræ connascitur, quousque ad secundam ceruicis pertigerit, cuius spinæ lateribus in summo apice inseritur: Animantium verò nonnullis, vt ouibus, ad os vsque occipitis porrigitur. Ligamentum id perquàm tenui membrana inuoluitur, geminumque apparet, ob altam impressionem ipsius longitudini porrectam. Estque ligamentum illud, quod communiter Comam appellamus, eius præ duritie prorsus ineptum: & mulieres per iocum, ipsius esum ad capillorum flauitiem conciliandam, liberis commendant.

a tab. xv. fig. xxviii. 3. h. i ta. vi. fig. i. RR.

Alia ligamenta.

Ipsorũ munus.

De Musculis Cubitum flectentibus, & dentibus. Cap. 26.

Prior cubitum flectens musculus.

CVbiti flexio duobus absoluitur musculis; quorum [a] prior duo perquàm valida, seiunctaque obtinet principia, [b] Alterum quidem omninò nerueum ac teres,

a t. i. ii. z. ta. iiii. t. ta. v. ξ. ta. vi. ⊖. i. ta. vii. R. ta. ix. Q. ta. x. c. ta. xi. y.
b t. vi. m.

c li.i.ta.vi.fi. iiii.A. res, quod ex eminentiori scapulę [c] ceruicis parte, iuxta sinus humerum excipientis oram emergit, & inde in priora sub articuli huius [d] ligamento, transuersim ipsi obducto procedit, [e] sinuque vehitur, quem in anteriori capitis, & ceruicis humeri parte haberi diximus: [f] Alterum verò partim nerueum, partim carneum, & priore admodum latius. Neruea huius pars crassa est, ac propemodum teres, ex [g] apice interioris eiusdem scapulæ processus anchoram referentis educta: Carnea verò lata est ac tenuis, ex reliqua processus parte vsque ad radicem prodiens. Duæ huiusmodi partes quamuis variæ sint, non ideo tamen seiunguntur, sed vnà humero nunquam affixæ descendunt, ante transactam ipsius ceruicem, ibique neruoso principio committuntur, & ex vtrisque musculus consurgit. Carnosa principij huius pars, [i] asperitati, quam humeri os hac in parte obtinere tradidimus, lato & nonnihil carneo extremo infigitur; sed vsque adeo fortiter, vt ansam præbeat nonnullis existimandi, principium huiuscemodi, carnosum musculum seorsum existere, brachio attollendo famulantem. Vbi duo hæc principia inuicem coiuerunt, vltrà connexus regionem, carnosum musculi huius principium ab humero paululum abscedit, & alterum ipsi subiacentem [k] musculum conscendit, teres carnosumque tantisper redditum, dum proximè ad cubitum accedat, vbi neruosius euadens, in crassum, [l] teretem, ac validum tendinem desinit, qui cubiti articulo expansus, & subdito ipsi musculo suffultus, in [m] interiorem radij appendicis partem (nonnihil & articuli ligamento adnatus) inseritur, quam inæqualem, latam, modicèque prominentem esse superiore libro prodidimus. Musculus is, ille est, quem vulgo brachij Piscem nuncupant, qui se in quouis lacertoso, gracilique homine conspicuum offert, & subliuidus apparet. [n] Secundus cubiti flexor musculus, huic vti diximus subtenditur, exactè carneus, & multò iuxta finem latior, proditque [o] ab anteriori ossis humeri regione secundum medij ipsius longitudinem, lato & carnoso principio, quod ossis huius latitudini ab externo latere versus internum obtenditur, ab ea sede incipiens, in quam [p] primus & secundus brachium mouentes musculi desinunt, & obliquè paulatim descendens versus anteriorem ossis regionem, secundum attollentis brachium musculi insertionis formam dilatescit, indeque ab exterioribus introrsum modicè ad inferiora declinat, donec ad internum insertionis dicti musculi latus perueniat. Deinde ad idem rursus eiusdem musculi latus paululum prorepit, sed non adeo altè conscendit, atque iuxta externum ipsius latus enascebatur; ita vt alterum principij huius cornu in externo humeri habeatur latere, alterum in interno, & cauitas in anteriori sede consistat, principiumque in medio depressum, ad latera verò acuminatum existat. quod quidem complures eò adegit, vt non vnicum, sed gemina esse principia contenderent; ipse obscuritatis vitandæ gratia vnius loco habebo; duo cui sic lubet appellet. Ad enarrationem vt redeam, musculus hic tali enatus principio, rectà deorsum protenditur, sensim ac sensim crassior & carnosior effectus, humeroque semper à quo exoritur, affixus; licet eo validiùs quò magis deorsum fertur, quousque cubiti articulum contingat, quem sua amplitudine, carneaque substantia in tota anteriori sede integens, validissimè articuli ligamento, & anteriori vlnæ, ac radij sedi ampla implantatione inseritur, ea parte, quæ articulum transcendit, montis imaginem repræsentans, fibræ musculi huius, vt & primi rectà à principio ad finem tendunt, ideoque idem est vtriusque officium, rectà scilicet cubitum, nullam in partem declinans, flectere; nam mehercule, si sedulò aduertatur, nullam prorsus in latera flexionem cubitus experitur, vti Vesalius hoc loco luce clariùs ostendit. Hactenus de musculis cubitum flectentibus egimus, nunc tempestiuum est extensionis opifices prosequi. Quorum [q] primus, lato, valido, nerueoque principio [r] ex anteriori scapulæ latere, iuxta ipsius ceruicem producitur, ex sinu inibi exculpto emergens; & paulò post exortum carnosior efficitur, ac rectà deorsum ad internum latus posterioris humeri sedis fertur, subtus ipsius ceruicē firmiùs inibi adactus, vbi [s] quarti musculi brachiū mouētis caput inseritur. A carnoso huiuscemodi principio, rectà deorsum fertur, medio interni, & posterioris humeri

Margin notes (left): c li.i.ta.vi.fi. iiii.A. — d t.v. d.e. ad f vsque. — e li.i. t.vi. fi. vi.H I. — f t.vi.n o. — g li.i.ta.vi.fi. iiii.E. — h t.vi.P. — i li.i.ta.vi.fi. vi.D. — k t.vi.rr.t.vii. r. — l ead.q. — m t.viii.Q. — n t.viii.r.ta. iii.ss.t.ii.N. t.xiii.aa. ta. iiii.xx. t.v.θ. t.vi.rr. t.vii. P.t.ix. R.ta. x.d.c.xi. g. — o t.viii. LM. — p ta.iiii. g h. t.xi.P. — q t.xi. f. t.iii. ix.xi.xii. T. ta.ii.P. ta.x. xiii. b. t.iiii. u.t.v.a.t.vi.λ. t.vii.N.t.x.a — r li.i. t.vii. fi. iiii. Q. — s t.x.c.t.xj.ø.

Margin notes (right): Alter musculus. — Prior cubiti extensor musculus

lateris tantisper adnatus, dum partim carneus, partim nerueus in internum latus posterioris vlnæ [t] processus inseratur. Musculũ hunc aliqui in duos partiuntur, vt alter quidẽ à scapula, alter ex brachio nascatur, in medio coeuntes, siue commixti. Alij vnicũ faciunt, duplici principio insignitũ quemadmodũ & nos ipsi facimus, nulli tamẽ interdicentes, quò minus geminos, si visum fuerit, appellet. [u] Secundus cubitum extendens musculus à posteriori ceruicis humeri [x] sede ad radicem vsque capitis eiusdem humeri carnosus exoritur, & rectà deorsum per externam sedem posterioris humeri lateris, cui firmissimè adhærescit, protenditur, carnosusq; hac in parte redditus, ad ossis circiter medium descendit, ibique ita [y] nuper dicto commiscetur, vt discerni minimè queant; quamuis interim vtriusque ipsorũ fibræ nusquam implexæ ab imo ad summum rectà porrigantur, ac tertius hic musculus suum semper seruet incessum, donec in externũ posterioris ulnæ [z] processus latus, quod cubiti summum dicitur, validissimè inseratur. Atque ita ex tribus hisce musculis vnà coeuntibus tendo consurgit, qui cubitum amplexatur vniuersum, ita tamen, vt quæ inferiorem ipsius sedẽ vniuersam, cui innitimur, pars obtegit, longè neruosior, quam quæ latera, superiorem've ipsius regionem integit, existat. Estque illud notatu dignum, ex trium horum musculorum congressu liuidum corpus consurgere, quod eo neruosius euadit, quò cubito propiùs accedit. Est autem duobus hisce musculis id muneris demandatum, vt rectà cubitum, brachio in neutrum latus inclinato, extendãt.

Alter.

t li.i.ta.vi.fi. vii.D.

u t.ii.O.t.iii. ⊖ t.ix.s ta.x. b.t.xii.V.ta. xiii.C.

x t.x.a.

y t.xi.ta.ii.& Q.

z t.ii.R.

De Musculo Volæ manus membranam constituente.
Cap. 27.

Vola manus neruosam tenuemque sibi membranam vendicat, ex [a] musculi tendine productam, qui [b] tereti, ac neruoso principio, ex interiori ossis humeri capite producitur, atque ilicò carnosus crassiorque redditus, talis ad dimidiam circiter vlnam prorepit, vbi denuo gracilescit, in tenuem ac latiusculum desinens tendinem, qui sensim ac sensim ad manus vsque volam ampliatur, vbi per omnem eam porrigitur, (præterquam in musculosam pollicis substãtiam, & in eam, quæ paruum respicit digitum) ad extremam vsque digitorum aciem; in quam veluti deperditus desinit, *in internam cuiuslibet eorum lateris regionem*. Membrana hæc adipis, aut carnis, (vt dissectionis professores communiter appellant) inter eam & cutem repositæ interuentu, cuti adnascitur. Estque illud minimè prætereundum, in hominum nonnullis musculum hunc desiderari, in quibus hæc manus membrana ex duorum musculorum brachiale flectentium tẽdinibus interdum producitur, qui vnà coeuntes, latescere incipiunt, antequam ad brachiale pertingant; interdum verò ex vinculo enascitur, internæ brachialis sedi transuersim obducto. Cæterum membrana hęc, vt manus vola depilis existat, vt multi existimarunt, neutiquam in causa est; siquidem & musculosa pollicis caro, & ea in manu, quæ paruo digito respondet, & digitorum latera, in quibus membrana eiusmodi deest, glabra etiam existunt. Neque verò, exquisitiorem huic parti sensum largiri, præcipuum est ipsius munus; sed tutiorem duntaxat, ac firmiorem compræhensionem manui comparat. Quam etiam ob rem, plurimis eam neruis præditam esse oportuit, à quibus exactiorem tactus sensum nancisceretur, quemadmodum copiosiùs suo loco disseremus. Ad externum principij huiusce membranæ latus, [c] exiguus admodum musculus, quadratus vt plurimum comperitur, de quo ne verbum quidem Vesalius; is ab [d] eo musculo, qui paruum digitum à cæteris abducit, exoritur, & in externum membranæ huius latus, ab eius exortu ad mediam circiter volam inseritur. Estque ipsius officium, membranam hanc, quum manus volam explicamus extendere.

Tendinis volæ manus officiũ.

Alter membranæ huius extensor musculus.

a t.i.≈K.t.ii. h.t.iii.Y. ta. iiii.a.

b t.iii.Y.

c t.iii.q.

d t.iiii.ℨ.

De Carnea substantia, ad internam manus regionem occurrente. Cap. 28.

AD internam manus regionem per vniuersam quatuor digitorum longitudinem, ac secundum, tertiumq; pollicis articulum, & horum digitorum pulpas, Monticulos Chiromanticis dictas, necnon ad volæ medium, corpus quoddam reperitur, quod in ea parte, cui prædicta membrana obtenditur, inter ipsam & cutem ferè vniuersum reponitur. Id carneum exactè non est, vt musculorum corpora, sed cerebri, neruosiue' adipis modo albicat, multis neruorum capitibus, & venis quibusdam refertum, quæ ipsum veluti ex carne adipeq; conglobatum videri efficiunt. Ac pauimenti stratiue' instar hisce neruis substernitur, quorum vi interior manus facies vniuersa sensu adeò exquisito pollet; In id etiam secundariò deseruit, ne tendines digitorum flexionis auctores, vola nobis validè percutientibus, contundantur. Ad digitorum præterea æqualitatem comparandam, vacuis ossium repletis, non parum confert, quod quidem, ad exactionem manus contactum, plurimum habet momenti.

De musculis manus digitos, mouentibus. Cap. 29.

a t.iiij. β t. v Θ t. vi. ε. b li j. t. vi. fi. vi. S. c t. iiii. Y d ead. X Z. e t. iiii. y t. v. i. t. vi. x. ta. vii. Q. f t. v. μ. t. vi. ε. g t. iiii. θ. h id clarius demonstrari nequit, quàm vti videre est ī manu ta. iiii. t. vi. γ.

Primus digitos mouens musculus.

MAnus digitorum motus musculi octo & viginti absoluunt. Quorum [a] primus, tereti, grandiq, ac modicè neruoso principio, [b] ab interna interioris capitis humeri sede producitur, sub [c] musculi capite, quem volæ membranam proferre diximus, ex [d] duobus præterea manum flectentibus musculis, atque ex [e] superiore duorum illorum, quibus radius deorsum nonnihil in priora flectitur. Atq; inde deorsum, amplior euadens, ad vlnæ radijq; medium leuiter vtrisque adhærescens perreptat, moxq; decliuiùs, exactè iam carnosus ac teres, sed in amplitudinem nonnihil depressus, ad brachiale circiter fertur, Verùm multò anteà quàm ad ipsum pertingat, in [f] quatuor carnosas partes dirimitur, quarum vnaquæque tenuior neruosiorq; redditur, dum in teretem desinat tendinem; simulq; omnes lubrica membrana inuoluuntur, ac [g] valido illo ligamento subtenduntur, anulo interna parte simili, quod à processu quinti ossis brachialis ad octaui processum transuersim tendere diximus. Transacto brachiali, inuicem abscedunt, sicq; procedentes, secunda digitorum ossa, in quæ inseruntur, adeunt, latiores, tenuioresq; redditæ, & per omnem ipsorum longitudinem porrectæ. Dum verò primum digitorum os perreptant, transuerso inuoluuntur [h] ligamento, quod ab altero ossis latere productum, in alterum inseritur, ac ponticulum siue canalem effingit, sub quo tutò deducuntur, nuspiam adhærentes, vnà cum alijs [i] quas pariter sub ipsis ferri dicemus, in nullam partem declinantes. Tendines hi primi huiusce musculi, priusquam ad secundum digitorum os pertingant, dirimuntur, ac per ipsorum rimam sequentis musculi tendo transmittitur. Musculi huius est, secundum quatuor digitorum os recta versus brachiale flectere, vbi tendines connectuntur. Illud autem minimè ignorandum est, quod quemadmodum parui digiti os cæteris aliorum digitorum ossibus minus existit, sic quoq; tendo in ipsum insertus tenuior est, vt & carnosa pars, ex qua educitur. [k] Secundus musculus [l] primò substernitur, & exiguam sui principij portionem ab [m] interno humeri capite sub primi principio desumit; reliquum ipsius vniuersum ex radice anterioris vlnæ [n] processus enascitur, cuius interuentu humero articulatur. Et vbi ex hac parte prodiit, exactè carnosus, teresque vt primus efficitur, & ad brachij medium inter cubitum, ac manum perreptat, vlnæ in transitu firmiter adnatus, non procul à sede, vnde [o] membrana siue ligamentum exoritur, inter radium, & vlnam tota ferè longitudine consistens. Vbi autem paulò vltra medium cubiti longitudinis

Ipsius munus.

Secundus musculus, secundi pollicis articuli flexor.

K t. vi. Ξ. ta. vii. c l t. v. Θ. m li. i. t. vi. fi. vi. s. n li. i. t. vi. fi. vii. c. o t. vii. v.

pertingit, angustior nonnihil redditus, in [p] quatuor partes carnosas perinde ac primus, diuiditur, quæ ante brachiale in quatuor abeunt neruosos tendines, tanto primi musculi tendinibus crassiores, quanto secundus hic musculus primum crassitie antecellit. Tendines hi perquam humida & lubrica membrana, cæterisque omnibus rubicundiori obuoluuntur, cuius auxilio inuicem cohærent; sicque sub primi tendinibus, per transuersum internæ brachialis sedis [q] ligamentum, in manus volam contendunt, atque ibi æquè inuicem abscedunt, perinde ac de primi tendinibus diximus, teretesque redditi, singuli pariter sub primi musculi tendinibus, in suum digitum excurrunt. Et per omnem primi ossis longitudinem, primi & secundi musculi tendines communi vinculo deuinciuntur: At priusquam ad secundum os pertingant, in quòd primi tendines, paulò latiores redditi adiguntur, operæprecium fuit, vt secundi huius musculi tendinibus aditus pateret, primi tendines [r] dissindi, vti diximus, mirabile prodentes artificium, sicque per ipsorum medium secundi musculi tendines erumpunt, ad tertium digitorum os, in quod inseruntur, prorepentes. & quemadmodum in brachiali, & primo digitorum osse, sub ligamento deducebantur, haud secus quoque qui per secundum os deferuntur, sub consimili alio ligamento contendunt, quod toti internæ digitorum sedi obtenditur, tendinibus nullatenus affixum, secus quam in vola manus, vbi singuli tendines propria membrana, neruosis quibusdam fibris, ipsis connata, includuntur. Musculi huius interest, tertium quatuor digitorum articulum inflectere. [s] Tertius musculus, meo quidem judicio, admodum à secundo distinguitur; non ideo tamen, quin secundi pars connumeretur, cuiquam renitor; vt neque obsto, quò minus secundum hunc in quinque partes carnosas, & consequenter in quinque tendines diffissum pronuntient; dummodo tertium appellare per eos mihi liceat. Prodit igitur musculus hic carnoso teretique principio, ex vlnæ sede, qua hæc à radio [t] abscedit, iuxta vlnæ sinum, in quem radij caput excipitur; ac dein radio attenditur, ex vniuersa ipsius longitudine semper enatus, atque ex ea potissimum sede, vbi neruosum [u] ligamẽtum secundum cubiti longitudinem porrectum, ex radio incipiens, enascitur; ex quo ligamẽto musculus etiam is principij sui portionem assumit. Atque in hunc modum ad brachiale contendit, elatiori secundi musculi lateri semper attensus, nunquam interim aliter illi connatus (*præterquam iuxta cubiti articulum*) quàm musculi mutuò committi soleant. *Vbi autem ad brachiale pertingit*, in teretem protinus abit [x] tẽdinem lubrica obductum membrana, ab ea dissimili, quæ inibi secundi musculi [y] tendines inuestit. Quinetiam sub transuerso [z] brachialis ligamento defertur, ac sub illo quod ad pollicis radicem consistit; qua in parte brachiali os, pollicem sustinens, sinu ad id requisito donari tradidimus, ad quem tendo reflexus, mediusque inter [a] tendines primum pollicis os, & secundum flectentes, occultatus, ad secundum digiti os pertingit, vbi transuerso ligamento in tota secundi ossis longitudine exceptus, ad tertium os accedit, cui paulum latescens validè inseritur. Musculi huius officium est, tertium pollicis articulum flectere. Tres hosce musculos tredecim alij subsequuntur, singulis nempe primis digitorum omnium articulis bini, secundo vero pollicis articulo terni deseruientes. Eorum qui primis famulantur articulis, ij quos quatuor digiti sibi uendicant, [b] omnino carnei sunt, & rectà secundum manus longitudinẽ tendunt, postbrachialis ossibus connascentes, donec ad digitos pertingunt, vbi primorum in digitis ossium lateribus inseruntur. Duorum verò paruo digito inseruientium, [c] alter ex elatiori sede externi lateris ossis posthrachialis eundem digitum sustinentis, carnoso principio exoritur, quo brachiali etiam nonnihil connascitur; ac inde rectà carnosus semper permanens, primum adit digiti os, vbi in latiusculum conuertitur tendinem, quo exteriori principij ossis lateri, paululum versus interiora inseritur. [d] Alter ab interno eiusdẽ ossis latere iuxta brachiale principium desumit, & hinc inter os id, ac sibi proximum, carnosus vsque permanens ad primũ parui digiti os contendit, cuius interno lateri, in tenuem commutatus membranam, implantatur. Vbi duo hi musculi æqualem præstant operam, paruus digitus rectà flectitur; altero autem seorsum laborante, obliquè nonnihil in trahentis latus adducitur. Et

quod

Ipsius officium.

Tertius musculus.

Tertij musculi officium.

Tredecim alij musculi.

Prior musculus paruo digito inseruiens.

Alter.

p t.vi.δ.

q t.iiii.ε.

r in manibus t.iiii.& v.

s t.vi.ι.t.v.ρ. t.vii.ob.cab. vi.Ξ.

t li.i.ta.vi.ῶ. vii lh.

u t.iiii.θ.

x t.vi.θ.

y ead.Ξ.

z t.iiii θ.

a t.vi κ λ.ta. vii 1.2.3.

b t.viii.iuxta Δ.

c t.iiii.ζ.

d ead.iuxta ζ.

quod de duobus hisce musculis prodidimus, idem quoque de subsequentibus alijs inter post brachialis ossa repositis, intelligi volumus; ita vt inter singula duo ossa bi *Musculi sex tribus digitis inseruientes.*
e t.viii.Y. ni musculi consistant, & [e] is, qui indicis interiori lateri inseritur, interno postbrachialis ossis indicem sustinētis lateri adnascatur, in volam magis quàm in externam manus regionem, vt & cæteri primos articulos flectentes musculi, protuberans. Musculi huiusmodi octo sunt, & cum tribus enumeratis vndecim; sequitur duodecimus,
f t.vi.a. t.iiii.i [f] qui ex superiori transuersi brachialis ligamenti sede principio carnoso exoritur, & toti primi pollicis ossis longitudini interna regione attensus. perpetuò carneus illi ferè vniuersus inseritur, perquàm obscurè secundo articulo connatus. Is *Musculi duo primum pollicis articulum flectentes.*
g t.vi.a.t.vii.2. primi pollicis internodij flexor existit. [g] Tertiusdecimus huic subijcitur ipso minor, atque ex eodem transuerso brachialis ligamento, & ex brachialis quoque osse primum pollicis os sustinente producitur, non vltra medium porrectus. Huius interest, digitum hunc à reliquis diducere, primumque ipsius internodium flectere. Cæterum musculus is vnà cum priùs enarrato, ad pollicis radicem, carneam molem
h ta.vii. xiii. 1.2.3.ta.viii. Y. constituit, quam Chiromantici montem Veneris, siue Martis appellant. [h] Decimus *Tres secundum flectentes.* quartus, decimus quintus, & decimus sextus, magis differentem situm ab illis, qui quatuor digitorum prima ossa flectunt, quàm duo pollicis ossis flexus opifices, obtinent. nam qui quatuor digitorum motui præsunt, rectà secundum manus longitudinem situantur; qui verò primum pollicis os inflectunt nonnihil obliquè procedunt, sed transuerso quodammodo situ locantur. Omnes enim è vola manus exoriuntur paululum vltra circulum, quem linea, pollicis volam ambiens, Chiromanticis
i t.vii.1. Vitalis appellata, constituit. [i] Primus quidem ipsorum latū, & modicè obliquum principium sortitur, ex osse postbrachialis medium digitum sustinente, paulò infra ipsius capitulum in sinulum primi eiusdem digiti ossis insertum; posteaque carnosus, & paulò angustior redditus, tantisper assurgit, dum membraneo tendine, secundi pollicis ossis lateri, indicem spectanti, paulo magis introrsum, quam extrorsum ap
k t.vii.2. plantetur. [k] Secundus huic contiguus exoritur, versus brachiale properans, tenui, *Decimus quartus musculus manus digitos mouens.* neruoso, latoque principio ex medio eiusdem ossis, quod primo exortum porrigit, suæ quoque originis portionem aliquam ex postbrachialis osse, cui paruus innititur digitus, assumens; & hinc carnosus extemplò redditus, in medio interioris partis se
l ead.3. cundi ossis pollicis insertionem molitur. [l] Tertius huic assidet, ad inferius latus, & à *Decimus quintus.* postbrachialis ossis anularem sustinentis radice, quæ brachiali coarctatur, originem pariter latiusculam desumit. & inde obliquè ad pollicem tendit, dum interno lateri secundi pollicis ossis, nonnihil versus priora implātetur. Tres isti musculi dum vnà omnes contrahuntur, secundum pollicis internodium validissimè flectunt; vbi primus duntaxat laborat, sursum nonnihil versus indicem pollex adducitur, Vbi secundus, ad medios agitur digitos; Vbi tertius, versus paruum digitum flexionem experitur: Tres ergo hi musculi vnà cum tredecim enarratis, sedecim sunt, quibus omni- *Decimus septimus.*
m t.ii.v. t.ix. a z t.x. f. bus, vti diximus, digitorum flexio concredita est. [m] Decimus in ordine septimus, digitos verò flectentium primus, ex [n] eminentiori externi humeri capitis regione, prin
n li.i. t.vi.fi. vi.P. cipio ex carnea, nerueaque substantia mixto, & vtcunq; lato emanat; indeque grandis, carneus, ac propemodum teres per mediam cubiti sedem, inter vlnam ac radium deorsum porrigitur, dum ad finem minoris processus brachialis pertingat; vbi angu
o t.ix.b. stior redditus, [o] in tres ferè, raroque in quatuor carnosas, ac breues portiones finditur, non admodum seiunctas, communique membrana obductas, & fibris quibusdā neruosis, ac tenuibus cohærentes. Simulatque verò hæ à musculi ventre diducūtur,
p li.i.ta.vi.fi. vii.i γ. singulæ in tendinem degenerant, & simul omnes [p] sinum subeunt, in exteriori radij sede insculptum, iuxta ipsius cum vlna articulum; qua in parte omnes hi tendines transuerso ligamento, in id priuatim parato inuoluuntur. Vbi ligamentum id perrepsere, brachiali occurrunt, protinusque ampliantur, ac inuicem æquè abscedunt, sicque magis semper semoti reptantes, quatuor adeunt digitos, vbi longè ampliores, tenuioresque redditi, in radicem primi cuiuslibet digitorum ossis implantantur, atq; ita per omnem ossium longitudinem porriguntur. Ex hisce tendinibus tres vt plurimum tribus implantantur digitis, & perquam raro tendinem vllum, ad paruum digitum

digitum se conferre obseruaui. Quomodo autem tendines hi in digitis, aliorum musculorum tendinibus implicentur, tunc opportunè docebimus, cùm musculos, quatuor digitos à pollice deducentes prosequemur. [q] Decimus octauus admodũ tenuis & longus est, & inferiori decimi septimi lateri, per omnem cubiti longitudinem cohæreſcit, proditque ab externo humeri capite inter decimi septimi, & [r] alterius musculi principia, quem postbrachialis osſi, paruum digitum sustinenti [s] applantari, ac brachiale extendere dicemus. Musculus is, vbi ad brachiale peruenit, in duos finditur tendines, qui communi vlnæ ac radij [t] sinu deferuntur, ipsorumque [u] ligamentis inuoluuntur, donec brachiale superent, tumque ilicò vt plurimum seiunguntur, alterque paruum, alter anularem digitum adeunt, singuli in externum latus, primi osſis sui digiti, nonnihil versus posteriora conserti, tenui ac lato instar membranæ extremo; quamuis interdum paruum digitum vtrique petant. Musculo huic duos hosce digitos à reliquis amouendi officium Galenus adscribit; mihi autem secus videtur, cùm rectum obtineat situm, imò ipsorum extensionis opificem esse reor. A posteriori vlnæ processu posteriori humeri sedi articulato, ad usque ferè brachiale, musculi tres continuata serie nascuntur, transuerso omnes situ positi. Eorum [x] primus, qui decimus nonus in ordine habetur, ex vlna educitur, post ipsius medium versus brachiale, lato & carnoso principio, deinde angustior paulò redditur, & versus radij appendicem assurgens, nó procul à brachiali, in [y] duas carnosas portiones dirimitur, duos distinctos musculos constituentes, quarum inferior decimum nonum efformat, è superiori vigesimum primum produci dicemus. Et licet duo hi musculi idem obtineant principium, eos tamen, clarioris doctrinæ gratia distinguere libuit. Qui vnius loco enumerare volet, integrum ipsi esto. Musculus igitur hic decimus nonus, hunc in modum enatus, ad radij vsque appendicem transuersim cõscendit; priusquam verò ipsum contingat, in [z] duos seiungitur tendines, qui simul cohærentes, & ligamento in id comparato deuincti, sinu deferuntur in radij appendice ipsorum nomine priuatim exculpto. Hac transacta sede, tendines hi mutuò statim abscedunt, ac superior quidem indicem, inferior vero medium digitum adit, amboque in externum latus priorum osſium horum digitorum adiguntur, nonnihil versus posteriora; interdum verò vtrique tendines in indicem inseruntur. Estque illud notatu dignum, quod decimi septimi, decimi octaui, ac decimi noni musculorum tendines, quamuis ferè dictum obseruent ordinem, sæpius tamen ampliantur, & in plures ramulos dirimuntur, dum alterius digiti tendo ramunculum vicisſim in alium effundit, sese diuersimodè nullo seruato ordine implicantes. Decimo huic nono musculo muneris id concreditum est, vt pollicem cæteris digitis adducat, indicem verò, ac medium à pollice abducat, quemadmodum transuersus ipsorum situs nec non tendinum intertextus docent. [a] Vigesimus admodum breuis est ac validus, & carnoso principio ex quarto postbrachialis osſe iuxta brachiale producitur, sicq; per externum eiusdem osſis latus nonnihil versus internam volæ regionem descendit, & muris imaginem exprimẽs, in externum primi osſis parui digiti latus, tenuem neruosamque insertionem molitur, paruum digitum à cæteris abducens. [b] Vigesimus primus, portio illa est, quam à [c] decimo nono seiunctã esse retulimus, proditq; ex media vlnæ longitudine ad externam ipsius sedem, iuxta ligamentum membranam've inter vlnam ac radium consistentem, & obliquè vti diximus, radium versus properat. Sed priusquam ipsius appendicem brachiali proximam contingat, in teretem propemodum tẽdinem vt plurimum degenerat, qui ligamento eo inuoluitur, quo [d] quarti musculi tendinem, brachiale extendentem deuinciri diximus, & eodẽ quo prædictus tendo, [e] sinu deductus, ilico ampliatur, vbi ab ipso emersit, totius pollicis longitudini, ad latus indicem respiciens insertus, [f] Vigesimus secundus musculus lato principio ex vlna, paulo altiùs prædicto exoritur, & super radium obliquè conscendit, [g] quarto musculo, quo manus mouetur, instratus. Simulatque verò prędictum contingit musculum, in [h] duas inæquales portiones dirimur, mutuò accumbentium musculorum ritu, inuicem hærentes. Superior pars aliquandiu carnosa permanet, ac deinde in teretem quodammodo tendinem commutatur, in externam osſis

Decimus octauus.

Decimus nonus.

Vigesimus.

Vigesimus primus.

Vigesimus secundus.

q ta.ii.X.t.A. ix.Θ.t.x.r.
r t.ix.A.
s ead.d.
t li.i.ta.vi.fi. vii.Θ.
u t.i.i.
x t.x.π.
y t.x.op.
z t.x.pq.
a t.iii.q.t.iiii. x.t.ix.h.
b t.i.d.t.ii.e. t.ix.f.t.x.o. t.xi.u.
c t.x.P.
d t.xi.A i.
e li.i.ta.vi.fi. vii.ξ.
f t.x.xi.Ξ.
g ta.xi.A.ta. iii.c.t.ix.c.
h t.ii.cb.ta. x.K I.

ossis brachialis sedem, quo pollex innititur, insertum. Inferior in priora itidē nonnihil prorepit, inque duas carnosas [i] partes ilicò diffunditur, in duos abeuntes tēdines, qui vnà cum [k] superioris partis tendine, paruo [l] sinu deferuntur in radij appendice insculpto, [m] communi omnes obducti ligamento. Transacto brachiali, alter inferioris huiusce partis tendo, in primi ossis pollicis radicem implantatur, ad latus ipsius externum; alter verò vniuersæ pollicis longitudini attenditur, lata tenuique membrana ipsi cohærens, & in internum digiti huiusce latus, à secundi ossis radice, ad tertij vsque extremum priuatim insertus. Huiusce duntaxat tendinis veteres meminerunt, & proinde musculum vnius tātum vice connumerarunt. Alij verò nonnulli cùm in duos ipsum tendines diffindi conspexissent, alterum brachiali, alterum pollici consertum, musculum quoque in duos distinxere. Qua quidem ratione integrum mihi esset, in tres ipsum partiri, quandoquidem tres sibi tendines vendicat, diuersas partes diuerso tempore mouentes: verùm quia sic ansam multis porrigerē, digitorum musculos pro tendinum, in quos terminantur, numero, recensendi, vt vnius vice referatur, quemadmodum apud priores factum est, satius esse duco, minimè interim sollicitus, si à Vesalio hac in re discessero, qui vt musculos, quibus digiti seiunguntur, ab alijs distingueret, summa ratione in duos ipsum dirempsit. Præcipuum musculi huius, ac vigesimi primi officium est, vt pollicem vnà laborantes extendant; idem & singuli seorsum contracti, præstant, sed vigesimus secundus digitum hunc à reliquis paulùlum deducit, vigesimus verò primus pollici adducit; adeo vt & in digitos extendentium, & ad latera mouentium numerum referri queat. Vigesimus secundus insuper attollendo brachiali sui tendinis ui, in ipsum inserti, opitulatur, ideoq; inter ipsius etiam motores, vt inferius dicemus, connumerari posset. Cæterum sex alij lateralibus digitorum motibus famulantes enumerandi supersunt, quorum duo pollici, reliqui alijs digitis inseruiunt. Duorum [n] prior, vigesimus in ordine tertius, ex interna ossis brachialis pollicem suffulciētis regione, nerueus exoritur, & carnosus ilico effectus ad insertionem properat, quam in secundum pollici os, tenuis latæque membranæ auxilio molitur. Musculus is vnà cum [o] duobus primum pollicis internodium flectentibus, quibus iste insternitur, carnosam volæ partem efformat, quæ ad pollicis radicem consistit. Pollicem is vigesimi primi ope adiutus, ab indice remouet: & solus inter manus cubitique motores, liuescit; quod ob crassam admodum membranam ipsi obductā euenit. [p] Alter pollici deseruiens musculus, vigesimo quarto loco in ordine positus, ex interna sede ossis postbrachialis quo index fulcitur, carneam desumit originem, secundum omnem ossis longitudinem porrectam; & carneo extremo in externum omne primi ossis pollicis latus adigitur, simulque tenuem, ac latum tendinem, secundi ossis radici porrigit. Musculi huius fibræ transuersæ quodammodò sunt, & à brachiali ad pollicem properant; vnde musculus hic, vigesimi primi ope accedente, pollicem indici admouet. [q] Vigesimus quintus, vigesimus sextus, vigesimus septimus, & vigesimus octauus, quatuor digitos pollici adducentes, & ipsorū extensioni opitulantes, tenues & carnosi sunt, singulis quatuor secundi musculi tendinibus, qui quatuor digitorum tertium os flectunt, singuli exporrecti, & ex membrana prædictos tendines deuinciente nati: cùm verò sinū perreptant, quem in interna brachialis sede insculpi diximus, sub transuerso ipsius ligamento, singuli interno horum tendinum lateri attensi procedunt, dum in internam digitorum radicem inserantur, sursum, donec tendinibus digitos extendentibus applicentur, ascendentes. Id quoque peculiare præsentibus musculis, vt & oculos mouentibus obtigit, vt ex nullo osse prodeant. Musculi ergo motus digitorum opifices, in vniuersum octo & viginti exurgunt, quorum quatuor extensionis, sedecim collectionis, octo lateralis ipsorum motus auctores existunt.

i t.x.l m.t.xi. q r.
k t.x.K.
l li.i. ta.vi.fi. vii.λ.
m t.ii.iiii.b.
Ipsius munus.
n t.iii.i.t.iiii. μ.
Vigesimus tertius.
o t.vi.α λ.
p t.ii.d.ta.ix. g.t.x.t. t.xi. s.t.xii.n.
Vigesimus quartus.
q t.x.o u. ta. vi.ξξx.
Vigesimus quintus, sextus, septimus, & octauus.

De Musculis manum super Brachiale mouentibus. Cap. 30.

a t.iii.z. t.ii. a.t.iiii. Σ.ta. v.* t.ix.Ξ.
b t.iiii.β.t.v. Θ.
Primus manum mouentium musculus.

Manum, musculi quatuor motu cient. Quorum [a] primus inferiori [b] musculorum lateri, qui à cubito exorti, ad digitos flectendos prorepunt, cohæresci: & ab

& ab interiori humeri [c] capite iuxta cubitum, ex carnea neruea que substantia mixtum assumit principium; ac postea deorsum tendit, toti interno vlnæ lateri, & medio propemodum inferioris, quo scribentes innitimur, secundum vlnæ longitudinem adnatus, cui firmiter, potissimum ad superiorem partem iuxta cubitum, adhęret. Ad vlnæ autem finem, paulò ante brachiale pertingens, in [d] validũ & quodammodo teretem abit tendinem, qui vnà cum carnosis quibusdam fibris ad brachiale vsq; procedit, ac dein nerueus omnino redditur, [e] quarto brachialis & primo postbrachialis ossi validissimè implantatus. Musculi huius tendo peculiare ligamentum, quod ipsi transuersim, dum brachiale permeat, obducatur, nullum obtinet, sed communi omnium musculorum membrana inuoluitur, quam inter ligamenta cubitum inter ac manum posita recensebimus, quòd brachiale cubito valide connectat. [f] Secundus musculus ab interiori quoque humeri tubere cubito proximo exoritur, non procul à prædicto musculo, & [g] illo, quem volæ manus membranam proferre diximus: & inde subobliquo incessu, ad elatius [h] primi digitos flectentis musculi latus contendit, magna ipsi ex parte subtensus & radio cohærescens. Priusquam verò brachiale contingat, in [i] teretem abit tendinem, qui brachiali iuxta pollicis radicem inseri videtur, quòd illi [k] musculus pollicem ab indice abducens, vnà cũ duobus primum pollicis internodium flectentibus, obtendatur. Musculus autem, istis ablatis, per internam brachialis regionem ad os vsque postbrachialis, indicem sustinens euidenter tendere conspicitur, in cuius radicem latior euadens, ac transuerso brachialis [l] vinculo firmiter, ac in parte connatus inseritur. Duobus [m] hisce musculis internam faciem occupantibus, totidem alij ad externã positi respondent. Quorum prior, qui tertium in ordine tenet locum, ab exterioris humeri [n] tuberis radice principium desumit, iuxta eius [o] musculi caput, quem parui digiti extensionis autorem facimus, inter quoscunque ab hoc tubere prodeuntes musculos, proximam vlnæ sedem obtinens, vnde etiam & ex posteriori vlnæ processu, quem humeri summum dicimus, exortus portionem assumit. Hinc humiliorem exterioremque vlnæ regionem amplexatur, inter [p] primum brachiale mouentium, & eum qui paruum digitum extendit, vsque ad brachiale ferè porrectus; vbi in [q] teretem vertitur tendinẽ, qui sinu in vlnæ appendice insculpto deuehitur, iuxta internum sui [r] processus stylum referentis latus, [s] transuerso ligamento deuinctus, quod sólum inter propria vlnæ ligamenta referemus. Quo ligamẽto superato, brachiale conscendit, latior deinceps euadens, quousque procul admodum à brachiali, in os postbrachialis, quo paruus fulcitur digitus, inseratur. [t] Exterior alter, ordine quartus, latiusculo [u] principio ex humeri osse prorumpit, paulò supra exterius eiusdem ossis tuberculũ cubito proximum, vbi acuta [x] linea humerum prominere diximus. Atque hinc carnosus euadens, radioque attensus, ad medium ferè ipsius contendit: vbi validum in tendinem degenerat, qui protinus [y] in duos alios partitur tendines, nonnihil tamen latiores quam profundos, qui haud effatu digno interuallo inuicem dissiti, recto tramite radio exporriguntur, ad ipsius appendicem brachiali proximam contendentes; qua in parte, paulò magis inuicem abscedentes, [z] sinu ambo deferũtur, hoc nomine in dicta appendice insculpto, sub eo ligamento quod musculũ pariter amplexatur, [a] quo pollex versus indicem adigitur. Vbi vinculum id superarunt, paulò magis distantes, alter in postbrachialis os, quo index innititur; alter ei quod medium sustinet, insertionem moliuntur. Præcipuum quatuor horum musculorum munus est, nõ, vt Vesalius inquit, brachiale præsertim extendere, flectereque, quandoquidem in ipsum minimè desinunt; sed priores duo, manus potissimum, in quam inseruntur, & consequenter brachialis flexioni famulantur; posteriores autem duo extensioni; rectà quidem si æquè ambo laborent; sin verò singuli seorsum contrahantur, idem quoque præstant, sed in trahentis latus magis agunt. Huic quoque suppetias fert, ea [b] vigesimi tertij musculi digitos mouentium pars, quam brachialis ossi pollicem sustinenti applantari diximus. Quinetiam quatuor ijsdem musculis, manus & brachiale laterali quoque motu cientur. Si enim interior musculus & exterior pollicem respiciens, reliquis duobus laxatis contrahantur, manus introrsum agitur; at si his laxatis

alij

Secundus manus flexor musculus. — *Tertius.* — *Quartus.* — *Ipsorũ munus.*

c li.i.t.vii. fi. vi.s.
d t.iiii.♪.
e li.i.ta.vi.fi. viii.4.
f t.i.A. t.ii.g. t.iii.x. t.iiii.e
g t.iii.Y.
h t.iiii.β.
i t.iii.s.
k ead.i.
l t.iiii.θ.
m t.ii.Y.t.ix. Λ t.x.q.
n li.i.t.vi. fi. vi.P.
o t.ix.Θ.
p t.x.xii.Δ.
q t.ix.d.
r li.i.ta.vi.fi. vii.R.
s t.ii.z.
t t.i.c.t.ii.T. t.iii.b.t.ix.y t.x.f.t.xi.A. t.xii.o.
u t.xi.i.
x li.i.ta.vi.fi. vi.Q.
y t.xi.K.
z li.i.ta.vi.fi. vii.s ζ.
a t.x.o.
b t.ii.b.t.x K

alij duo, qui minimum respiciunt digitum, in se colligantur, extrorsum manus reflectitur. Hi præterea musculi, manũ quoque, (quamuis inficias eat Vesalius) in pronum ac supinum agunt, alius post alium seriatim contracti, quemadmodum de oculi musculis retulimus.

De Musculis Radium sursum, deorsumq; agentibus. *Cap.* 31.

CVi, radij ad humerum articulationis ratio, [a] superiore libro tradita, non excidit, is facilè intelliget, qua ratione radius, vlna interim atque humero quiescentibus, in pronum supinumque circunducatur, vtque ad ipsius motum manus tota moueatur. Hos ergo radii motus musculi quatuor absoluunt, duo quidem superiori extremo iuxta cubitum, duo autem inferiori iuxta brachiale inseruientes; atque ex omnibus duo internam, duo externam cubiti sedem occupant; interiores eam in pronum, exteriores in supinum agunt. *Primus.* Interiorum [b] prior, iuxta brachiale positus, carnosus omnino est, & ad externum vlnæ latus secundum ipsius longitudinem lato principio enascitur, in internum radij latus transuersim porrectus, cui fine principio simili conseritur. Præsens musculus quadratus est, æqualia obtinens latera, in medio, quam lateribus paulò crassior, & puluinaris instar transcendentibus ad flectendos digitos [c] tendinibus substratus. Ipsius fibræ à principio ad finem rectà cõtendunt, & proinde ad eas attinet, radij parte, quæ brachiale spectat, introrsum retracta, radium ipsum in pronum adigere. *Secundus.* Exteriorum [d] prior, & radium mouentium secundus, à priore differt situ, figura, & magnitudine: ab externo enim humeri latere, paulò superiùs [e] quarto manum extendente, ad quartam ferè ossis partem, lato & carnoso principio enascitur; atque inde latior, & validior euadens, deorsum fertur, externo lateri prædicti quarti musculi brachiale extendentis adhærens. Simulatque autem ad radij extremum iuxta brachiale processit, [f] in tendinem abit membranæ instar latum, cuius interuentu radij appendicis [g] superiori regioni applantatur, introrsum nonnihil porrectus. Huius est, humiliorem radij partem brachiali proximam extrorsum trahere, & cõsequenter radium vniuersum conuellere. *Tertius.* Superiorum [h] secundus, ordine tertius, ex interioris humeri tuberis radice, & ex interiori vlnæ latere, quà radio articulatur, valido & carnoso [i] principio exoritur, & hinc admodum [k] obliquè internum radij latus conscendens, carnea pariter insertione ipsi configitur, paulò ante ipsius medium. A carnoso huiusmodi extremo, neruosum aliud principium, ad medium vsque radij longitudinis porrectum educitur, radijque superiori regioni validissimè inseritur, peculiarem inibi in radio [l] asperitatem, cui firmetur, sibi vendicans. Musculus is radium introrsum ducens, ipsum in pronum vertit. [m] *Quartus.* Quartus musculus, exteriorem sedem occupans, situque ac figura prædicto ferè assimili, ab [n] exteriori ligamenti regione cubiti articulum eiusdemque summitatem ambientis enascitur; & hinc in priora conscendit, dum radio [o] iuxta tertij finem, minùs neruosus latusque quam tertius inseratur. Ac duo quidem hi musculi, vt & primus, præ breuitate in tendinẽ minimè desinunt. Quarto huic musculo id muneris demandatum est, vt superiorem radij partem extrorsum obliquè conuellens, ipsum in supinum agat; adeo vt interiores sursum, exteriores deorsum, ipsum ducant.

a li.i.cap.xx.
b ta.vii.x.ta.viii.s.
c t.vi.β. t.vi.Ξ..x
d f.i.d. t.ii.s. t.iii.a. t.iiii.α.t.v. K.t.vi.Λ.t.vii.y.ta.ix.x.t.x. e.t.xi.h.
e t.xi.Λ.
f ta.vi. u. ta.xii.b.
g li.i. t.vi. fi.vii. ab x ad α
h ta.i.c.t.ii.f. t.iii. v. t.iiii.y. t.v.i. t.vi.x.ta.vii. Q. t.viii.R.e.ta.xiiii.f.
i li.i.ta.vi. fi.vii.sub L.
k t. xii. e.ta.xiii.g.
l li.i.ta.vi. fi.vii.i u.
m ta.x.Λ. ta.xii. Δ. ta. xi.m.t.xiii.h.
n t.xii.c.
o t.xii. iuxta c.

De Vlnæ, Radij, ac Manus ligamentis. *Cap.* 32.

Varia ligamentorum genera. EX cubiti ossium, & manus ligamentis, alia os ossi colligant; alia subditis corporibus propugnaculi vice, & musculis quos obuinciunt, pro amicti sunt; alia tendines amplexantur, atque ita ossibus committunt, vt nullo quantumuis ingenti conatu, è loco dimoueri queant. De membranis quidem tendines obuincientibus, cùm musculos manuum motus opifices prosequeremur, seorsum egimus. [a] Quæ verò ligamenta, obstaculi instar tendines intra suos fines continent, transuersim omnia situantur, suntque copiosissima. *Quæ musculorũ tendines amplexantur.* Ac vnum quidem ipsorũ, interiorem omnem

a multa ex his ce vinculis præ tenuitate in figuris conspici nequeunt.

quatuor

quatuor digitorum faciem occupat; & aliud huic simile, secundo pollicis internodio, & quasi etiam tertio exporrigitur. [b] In interna etiam brachialis regione aliud occurrit, à quarto ipsius osse transuersim ad quintum porrectum, quod omnes musculorum tendines amplexatur, atque hoc latum est, & cæterorum omnium validissimum, sed nec cubitum, nec postbrachiale contingit. Huiusce generis transuersa [c] sex ligamenta, in externa brachialis sede conspiciuntur, quibus tanquam anulis musculorum tendines digitos extendentes transmittuntur. Ligamenta hęc vniuersa, externa facie vnicum esse videntur, longum quidem illud, & totius cubiti longitudini expansum; ast sedulò enumerata, sex veluti anuli sese offerunt, prædictis tendinibus continendis deseruientes, quo minus à finibus, quibus deferuntur, aberrent. Horum primum ex vlna in radium procedit, & sinui vtrisque [d] communi obtenditur, quo vti diximus, musculi tendines paruum digitum [e] extendentes vehuntur. Secundum ad externum primi latus consistit; sed nihil præter vlnam occupat, ac tendinem [f] quarti musculi defert, qui brachialis extensionis auctor existit. Tertium ad internum primi latus repositum, radij duntaxat latitudinem occupat, eosque amplectitur [g] tendines, qui trium digitorum extensionem moliuntur. Quartum ad internum tertij latus habetur, angustissimum efformãs anulum, qui [h] tendinem transmittit, quo index, mediusque à pollice abducuntur. Quintum bicorni [i] tẽdini quo manus extenditur, & [k] illi qui pollicem indici adducit, aditum præbet; quamuis interdum pollicis musculus peculiare ligamentum sibi vendicet, tumq; ligamenta hæc septem exurgunt. Sextum [l] tribus tendinibus viam largitur, quorũ primus brachialis ossi pollicem sustinenti, secundus primo pollicis ossi, tertius secundo & tertio inseritur: Quin & tendines interdum hi, sua ligamenta singuli adipiscuntur. Præter hæc ligamenta, per vniuersam cubiti longitudinẽ, valida musculis obnascitur membrana, eos inuicem committens, atque ne sua sede dimoueantur, aut inter sese implicentur continens, cuiusmodi etiam in crure aliam haberi dicemus, licet adeo præ illa tenuem, vt à propria membrana musculis omnibus obducta, minimè distincta videatur. Alia pariter habentur instar membranæ tenuia ligamenta, quæ articulos circum circa complectuntur, communem naturam cum cæteris ligamentis quemuis articulum vincientibus adepta; atque omnia manus ossa colligant, quamuis nonnihil inter ea discriminis intercedat; Quæ nanque digitorum ossa connectunt, tenuiora sunt, & articulum duntaxat amplexantur. Quæ verò postbrachiale brachiali colligant, validiora sunt, & penitùs ab articulo ossa coarctant. Quæ postbrachialis ossa inuicem committunt, cartilaginis naturam sapiunt, nec ossa duntaxat orbiculatim ambiunt, verum etiam inter os atque os adiguntur. Quæ brachialis ossa copulant, per quam robusta sunt, & cartilaginis pariter naturam referunt, ac ossibus vndique obtenduntur, præterquam nonnullis, quibus media intercedunt, potissimum secundi ordinis ossibus, quibus cõmittuntur. Quæ vlnam radiumque brachiali iungunt, membraneis reliquorum articulorum ligamentis assimilantur; etsi ligamentum id, sub apicem processus stylum imitantis, paulò durius efficitur; imò peculiare videtur ligamentum, propemodum teres, & in brachiali os, ipsi è regione positum inseritur. Ligamenti huius vsus, in hoc duntaxat articulo deuinciẽdo est. Quæ vlnam & radium, tum propter cubitum, tum propter brachiale inuicem committunt, admodum valida sunt, & ossium capita vndique amplexantur. [m] Ea etiannum cartilago nobis enumeranda relinquitur, quam à radio procedentem, inter ipsum & brachiale reponi tradidimus, quæ ligamenti etiam functionem obit radium brachiali colligans. Superest & ligamentum, [n] quod spatiũ inter acutam vlnæ ac radij lineam intercedens, opplet, validum quidem illud, tenue, atque neruosum, & fibras quasdam obtinens, à radio in vlnam obliquè deorsum reptantes. Id, præterquam quod interiores brachij musculos ab exterioribus dirimit, vlnam etiam & radium mutuò alligat, simulque [o] principijs aliquot musculorum robur, vti diximus, adiungit. Huc quoque ligamentum pertinet, externo humeri ossis capiti radium cõmittens, quod validum est, sed perinde ac cæterorum articulorum ligamenta, instar membranæ tenue. Huc demum referenda veniunt ligamenta, eidem humero vlnam copulantia,

quanuis

Quæ musculos operiunt.

Quæ ossa colligant.

Ligamentorum cubiti ossa colligantium discrimen.

b t.iiii.δ.

c omnia notãtur in ta. ii. & iii. his numeris. 1.2.3.4.5.6.

d li.i.t.vi.fi. vii.θ.

e t.ii.X.t.ix. Θ.

f t.ii.Y.t.ix. Λ.

g t.ii.V.t.ix. b.

h t.x.p.

i t.xi.K.

k t.x.o.

l ead.KLm.

m li.i.t.vi.fi. vii.T.

n t.vii.V.ta. xiii.K.

o t.vi.Z.ta. X.ΞII.

quanuis enim tutiſsimus ſit vlnæ cum humero articulus, non ideo tamen ſuis deſtituitur ligamentis, eisque admodum robuſtis, oſſa circum ambientibus. Hæc ſunt omnia inter manum cubitumque occurrentia ligamenta, præter quæ nulla inſuper comperias, niſi & in horum numerum ea, quæ muſculorum conſtitutionem ingrediuntur, & proprias cuiuſuis eorum membranas efformant referre velis; quæ in tantam interdum craſsitiem aſſurgunt, vt liuorem quendam muſculo inducant; cuius generis illud eſt ligamentum, quod muſculo pollicem à reliquis digitis [p] abducente obtenditur, & quod [q] primo ac tertio cubitum mouentibus obducitur.

p t.i.p.
q t.vi.O.

De Muſculis penis. Cap. 33.

Genitale ex quibus conſletur.

GEnitale, vt tertio libro fuſiùs explicabimus, grandia duo corpora efformant, foris quidem neruea, intus verò ſpongioſa: quorum dexterum à dextero pubis oſſe, paulò inferiùs quam vbi ab altero alterius partis abſcedere incipit, originem ſumit; & verſus ſiniſtrum latus tantiſper porrigitur, dum coniugi ſuo aſſocietur. Atque hinc ſimul ambo ad glandem vſque contendunt. Duobus hiſce corporibus inter vnum & alterum, vrinarius [a] meatus ſubnaſcitur, quo ſemen quoque perducitur. His igitur ſic in genere poſitis, quæ ad dicendorum intelligentiam abundè ſufficiunt; Sciendum eſt membro huic, quatuor adeſſe muſculos ipſum mouentes: Quorum [b] duo ex anteriori ſedis [c] muſculi parte naſcuntur, illis conſimiles, quos à pectoris oſſe ad os hyoides exporrigi monuimus; ambo nanque inuicem aſsident, & internis lateribus mutuò committuntur, ſicque in priora ſurſum ad dicti meatus in ſuperiora reflexum tendentes, inferiori prædictorum corporum ſedi in meatus latera implantantur, nonnihil inuicem abſcedentes, & digitis veluti quibuſdam ea compræhendentes. Duo [d] alij vtrinque ſinguli ab appendice oſsis coxendicis, paulò inferiùs quam penis corpora exoriri diximus, carnoſum ac tenue principium deſumunt; atque inde obliquè carnoſi ſemper aſcendunt, dum penis corpori ſui lateris, non procul à ſuo exortu inſerantur. Quatuor horum muſculorum vi, penis radicem, arbitratu noſtro mouemus, propenſione interim, quam inſitam penis ipſe obtinet, accedente. Etſi muſculi duo priores ad vrinæ, ac ſeminis emiſsionem plurimùm quoque conferunt, communem vtrique meatum veluti digitis quibuſdam aperientes, ne in inflexu, quem penis molitur, detinerentur, præſertimque ſemen quod rectà, & citra moræ tantillum, impetuque veluti è ſyringa eiaculari oportet, ne in itinere refrigeſcat, euaneſcant´ve ipſius ſpiritus, aut extra vterum remaneat.

a t.xvi.fi.xv. xvi.G.
b ead.H I.
c ead.L.
d ead.K L.

Priores duo penis muſculi.
Tertius, et quartus.
Ipſorũ munus.

De Colli veſicæ muſculo. Cap. 34.

Ceruicis veſicæ virilis muſculus.

AD ceruicis veſicæ initium, corpus quoddam veluti ex glandulis efformatum conſiſtit, vti prolixiùs tertio libro docebimus, inter quod & reflexum, quem ſuperiori capite penem moliri diximus [a], muſculus reponitur, inſtar anuli, orbicularis, ſuperiùs quàm inferiùs nonnihil craſsior, qui ſedem hanc vniuerſam circum ambit, & fibris quibuſdam totus circundatur. Præcipuum ipſius munus eſt, ne vrinam præter voluntatem noſtram prodire ſinat; Quinetiam relaxatus ad vrinæ quodammodo exitum deſeruit: quamuis vſum hunc magis præſtent tranſuerſæ in veſica fibræ, abdominis ſeptique muſculorum opera interdum adiutæ: quod ſeptum in ſpiritus retentione abdomen deorſum comprimit. [b] Haud ſecus quoque mulieres ſuo & ipſæ muſculo donantur, eandem cum iſto functionem obeunte; ſed cùm hæ veſicæ collum breuius quàm viri nactæ ſint, glanduloſo eo corpore minimè opus habuerunt, ideoque muſculus is veſicæ ceruicem vndique amplexatur, qui vti ſequenti libro dicemus, à veſicæ corpore in ſuperiorem vteri ceruicis regionem, cui applantatur, non procul à vulua exporrigitur. Muſculus is quantò virorum muſculum longitudine ſuperat, tantò tenuior exiſtit; & quo veſicæ collum breuius, eo craſsius ipſis obtigit.

a tab.xvi.fi.xvii.N. lib.vi.t.v.fi.vi.ω
b li.vi.t.v.fi.viii.x.

Muliebris muſculus.

De Ani Musculis. Cap. 35.

Ani motores musculi.

ANo musculi tres eam mouentes obtigerunt: quorum [a] vnus eam in fæcum aut flatus expulsione foràs educit, duo verò eductam intrò adigunt, simulque prohibent, quo minus præter voluntatem nostram fæces erumpant. Duo [b] hi musculi lati sunt, & tenues, non admodũ carnosi, neq; rubentes, non ex osse quopiam, sed ex ligamentis duntaxat ab osse sacro prodeuntibus, enati, nec non ex pubis, & coxendicis, ac inferioris peritonæi sedis ligamentis. Atque inde ad suum quisque latus deorsum protensi, [c] rectum intestinum amplexantur, extimæ ipsius tunicæ inserti. Præsentium musculorum tanta est latitudo, vt præterquam quod dicto intestino obtenduntur, implantanturque, ipsorum etiam [d] portio genitalis radici viris, mulieribus verò vteri collo adnascatur. Quod quidem nonnullos in eam sententiam adduxit, vt huiusmodi musculos tres esse arbitrarentur. Verùm duos ne appelles an tres, parum omninò interest, quandoquidem vna eademque est omnium eorum functio, sedem scilicet ilicò ab excretione sursum allicere. Duobus hisce musculis, alij nequaquam opponuntur sedem foràs propellentes; quum id satis superque præstent abdominis musculi, septum transuersum, & musculi thoracis omnes. Cæterum ab horum musculorum extremo [e] tertius enascitur musculus, instar anuli orbicularis, qui extremum recti intestini ad extimam vsque cutem amplexatur. Musculus is, prædictis minus carnosus est, etsi principium crassius fine obtinet, qui cuti in quam inseritur, est similis; sed vnctuoso humore totus oblinitur, fibrasque obtinet orbiculares, quarum interuentu [f] vteri collo in mulieribus iuxta pudendum cohæret, in viris autem vesicæ ceruici, & genitali pariter committitur, medijs prioribus [g] duobus musculis, ex quibus enascitur. Posteriore sui regione coccygis ossi; ad latera verò vinculis quibusdam à sacro osse in coxendicem transuersim porrectis, connectitur. [h] Musculus hic non adeo atque aliqui existimant, breuis est; quinimo duos altè digitos adigitur, vt liquidò in illis conspicitur, quibus aut ob fistulam, aut ob aliud ægritudinis genus, ipsius principium, fuit abscissum: quamuis enim ij fæces maiori negotio quàm prius contineant, minimè tamen ipsis nolentibus excidunt, vti vniuerso musculo discisso, contingeret; nam penes ipsum duntaxat est, anum ita occludere, vt eo non permittente nulli prorsus rei pateat egressus.

Tertius ani musculus.

a tab. xv. fi. xxix. E. li. iii. t. ii. fi. vii. a.
b tab. xv. fi. xxix. BC. li. iii. t. ii. fi. vii. b c.
c ead. a Y.
d ead. d D.
e tab. xv. fig. xxix. E. li. iii. t. ii. fi. vii. a.
f li. iii. t. v. fi. xxvi. x. x.
g tab. xvi. fi. xiiii. xv. G.
h ead. H I.

De Crus mouentibus musculis. Cap. 36.

VNiuersum crus infra genu, recto extensionis flexionisque motu, (vt cuiuis licet in seipso periculum facere) citra vllum in latera motum agitur, idque decem musculorum ui. [a] Quorum primus [b] ab anteriori ossis ilium spinæ sede principium neruosum magis, quàm carnosum assumit: at paulò post exortum, carneus omninò euadit, & latior quàm ab initio, ita vt ipsius latitudo crassitiem duplo superet. Atque ita obliquè versus interiora descendit, internam femoris regionem ad medium vsque longitudinis ipsius occupans; ac dein rectà procedens ad internum femoris caput iuxta genu pertingit, vbi extrorsum nonnihil reflexus, in [c] principium prioris tibiæ lineæ implantatur, teretis ac rotundi tendinis interuentu, quem antrorsum vergere incipiens educit. Musculi huius beneficio, crus sursum ad alterius cruris inguina ducitur, musculorum ope accedente, qui femoris & cruris motibus præsunt, quibus potissimũ motus huiuscemodi acceptus referri debet. Immoto enim genu facilè vnusquisq; potest crus alterum alteri sedens superponere, & nisi suis musculis crus flecteretur, femurq; suorũ musculorũ ope sursum in interiora attolleretur, vsqueadeo tenuis musculus solus huic functioni edendæ impar foret. [d] Secundus musculus lato & prorsus nerueo principio ex [e] medio pubis ossiũ enascitur, secundũ [f] cartilaginis longitudinẽ, qua illa inuicẽ cõmitti diximus, qua in parte cum

Primus cruris motor musculus.

Secundus.

a t. i. ζ. t. iii. o. t. iiii. ζ. ta. ix. a. t. xv. fi. xvi. l.
b t. i. s.
c lib. i. t. vi. fi. ix. P.
d t. xv. fi. xvi. Δ. t. iii. P. t. ii. γ. t. i. i. t. iiii. χ. t. v. b. t. ix. y.
e t. xv. fi. xvi. N.
f li. i. t. i. s.

cum secundo musculo alterius cruris motore coit, & ilicò ab exortu angustus, crassus, atque carnosus ita efficitur, vt ipsius latitudinem crassities paulò superet, & teres propemodum existat. Sicque deorsum per femoris interiora procedit, sensim, ac sensim ita gracilescens, vt internum femoris caput propter genu contingens, in g absolutæ rotunditatis tendinem abeat, qui iuxta primi extremum inseritur, posteriùs ipsi connatus. Musculus is in parum obæsis mulieribus nerueſi cuiusdam ligamenti, & nerui modo duri asperique speciem exhibet, eo quòd excarnis sit; & pauco adipe obtectus, oram supra carnem efformat. Musculi huius interest, crus cruri adducere, vt cum ea decussatim intorquemus, adiuuantibus interim musculis crus inflectentibus, femurque introrsum agentibus. h Tertius musculus vnà cum alijs quibusdam ex ima coxendicis i appendice, qua sedentes nitimur, neruosum ac tenue principium desumit, & obliquè deorsum protensus, carnosus extemplò euadit, ac propemodum teres, & longè quam in exortu crassior. Sicque per femoris posteriora nonnihil obliquè, ac per sinum, quem in k quinto crus mouentium musculo effici dicemus, contendit, dum ad posteriorem sedem interni femoris capitis non procul à genu pertingat; Vbi tenuior redditus, ac teres, in teretem abit tendinem, qui paululum in anteriora reflexus, iuxta duos nuper commemoratos musculos inseritur, in posteriora magis quam vllus ipsorum ductus. Musculi autem huius tendo anteriori tibiæ sedi ad internum acutæ illius lineæ latus hærens, ad medium vsque longitudinis tibiæ prorepit, secus quàm aliorum vllus. Huius est, crus nonnihil introrsum flectere. l Quartus ex eadem coxendicis appendice, angustiori quàm tertius principio, sed robustiori, ac duriori enascitur; quod ad externum latus capitis m noni musculi enatum, nonnihil sub ipso occultatur, deinde deorsum perreptat, & carnosum ilico euadens, exacti musculi formam multò melius tertio repræsentat; atque ità per femoris posteriora paululum versus exteriora ad ipsius longitudinis medium descendit; vbi tenuior protinus fieri incipit, & externa facie neruosus, velut in tendinem abiturus. Interiùs vero carnis n portio ipsi adnascitur, ex interna femoris regione pronata, ac si alius hinc oriretur musculus. Atque ex ambobus, crassior efformatur musculus, qui deorsum protensus insigni tendine in acutum apicem inseritur, quem huius gratia, elatioris fibulæ appendicis processui adesse diximus. Musculus is ille est, quem Galenus secundo de Administr. anatom. celerrimo cursori abscissum fuisse commemorat. estque ipsius officium cruris flexionem absque vllo in latera deflexu moliri, cùm alioqui tamen obliquum situm obtineat. o Quintus musculus, & ipse à dicta coxendicis appendice inter p tertij, & quarti capita neruoso principio exoritur, talis ad medium ferè sui ductum permanens, vbi carneus omnino euadit, & per femoris posteriora deorsum repit, versus posteriorem interioris ipsius capitis regionem iuxta genu reflexus; quam vbi euasit, in q teretem ilicò abit tendinem, qui interno lateri anterioris tibię regionis versus posteriora implantatur, iuxta eam sedem in quam primi, secundi, ac tertij musculorum tendines inseri prodidimus; quanuis interim tendo hic minimè adeo ac tertij tendo decliuis feratur; quinimo tibiæ appendicem, vix vt plurimùm transcendit, non nunquam etiam infra subsistens. Musculus is r sinum per omnem sui longitudinem porrectum obtinet, vsquequaque liuidum, & tertio cruris motori musculo viam præbentem; estque ipsius munus, crus tertij modo inflectere, quo cum situm obtinet assimilem. s Sextus ad externum capitis t primi musculi latus ab ilium ossis spina producitur; interna facie u angustum carneumque caput obtinens, quod lacertæ in morem ilico latescens, deorsum, versus femoris cum coxendice articulum fertur, vbi denuo angustus efficitur. Et priusquam maiorem femoris x processum contingat, y in tenuem neruosam, & impensè latam abit membranam, quæ primùm musculis coxendicis articulum amplexantibus aliquousque obtenditur, deinde femur vniuersum ad sedem vsque, quæ sub genu est, cutis modo integit, vbi exteriori tibiæ appendicis regioni applantatur. Præsentis membranæ pars anteriori internæque femoris sedi obducta tenuissima est, eoque magis quo interiori femoris regioni propius

Margin notes (left): g t.xv.f.xvi. iuxta M. — h t.x.φ.ta.ii. Δ.t.ix.t.t.xi. s.t.xv.fi.xvi. R. — i li.i. t.ii.14. — k t.xi.ψ. — l t.x.ψ.ta.xi. ωω.t.iii.u.ta. ii.a.t.vi.χψ. t.ix.f.ta.xii. μν. — m t.iiii.φ.t.v. ς.t.iii. ς.ta.i. α.t.ix.γ. — n t.xi.ρ. — o t.xi.ψ.t.ii. ΔΔ.t.ix.u.t. x.ωω.t.xii.ξ — p t.xi.λμ. — q cad.o. — r ead.ψ. — s t.i.φ.t.iii.q. t.ii.r.ta.iiii. 3.t.ix.p. — t t.i.Σ. — u t.i.ab x.ad y. — x lib.i. t.i.ii. iii.T. — y t.i.ii.iii.ix. φ.

Margin notes (right): *Tertius.* — *Quartus.* — *Quintus.* — *Sextus.*

piùs accedit. Pars verò ipsius exterior, euidenter crassior validiorque occurrit, &
cæterorum musculorum tendini simillima. Huius fibræ recto tramite à superioribus
in inferiora tendunt: & membranæ ipsius extremum musculorum aliquot crus ex-
tendentium tendinibus copulatur; quanquam membrana hæc cunctis etiam femur
perreptantibus musculis amplexandis inseruit, & quo minus è sua exiliant sede cō-
tinendis, membranæ illius ritu, qua musculos omnes à cubito ad manum porrectos
Septimus. obuinciri tradidimus.[z] Septimus lato ac neruoso exortu ab externi femoris proces- z t.v. λ. t.iii.
sus radice prodit, quam vndique in orbem amplexatur; statimque ab exortu carno- r.t.ii. t.t.iiii.
sus crassusq; redditur, & ab osse abscedens, octauum supergreditur musculum, exter- ω.t.vi.Φ.t.ix.
num omne femoris latus, magnamque anterioris, ac posterioris partem occupans. r.t.x.μ.t.xi.
ε.t.xii.θ.
Hic toto ferè descensu cernosus visitur, paulò supra genu [a] patellam in amplum de- a t.v.ʒ.
sinens tendinem, qui vnà cum [b] octaui, & noni musculi tendinibus patellam ample b t.viii.g h i.
xatur, in anteriorem tibiæ regionem sese inserens. Quin & sexti etiam musculi ten-
do cum septimi tendine permiscetur, imò externam ipsius faciem præ cæteris om-
Octauus. nibus integit: posteriori sedi quartus, anteriori verò nonus attenditur. [c] Octauus c t.v.vi.Π.ta.
musculus vniuersam propè femoris amplitudinē obcingit. In posteriori enim dun- vii.γ.ta.iii.t.
taxat sede iuxta femoris longitudinis medium nudam relinquit [d] lineam, cui quin- t.ii.n. t.ix.β.
tum femur mouentium [e] musculum inseri dicemus; Dein ad radicem quoque in- ta.iiii. Ψ. ta.
feriorum femoris capitum posteriorem femoris amplitudinem non integit octauus viii.l. t.x.xi.
t.ta.xii.n.ta.
hic musculus, qui à femoris ossis [f] ceruice, neruoso principio enascitur. Ante quam xiii: δ,δ. ta.
xv.fi.xvi. Q
vero ad minorem ossis processum pertingat, carnosus efficitur, & ab hoc processu d t.xiii.ε.
originis suæ portionem ita desumit, vt duo principia obtinere videatur, à quibus e ead.ΞΣΠ.
deorsum tendit, ita os comprehendens, vt duo ipsius latera in posteriori femoris re- f t.vi.τ.
gione, propemodū copulentur; Quò autem magis descendit, eò carnosior crassiorq;
efficitur, donec proximè ad genu patellam accedat, vbi nonnihil prominet, & velu-
ti carnosum producit [g] semicirculum, ex quo latus enascitur tendo, patellam vti di- g ead.v.
cemus, integens. Cæterum musculus is sui longitudine è directo illius semicirculi
carnosior crassiorque redditur, quàm quà septimo substernitur, quanuis inibi etiam
carnosus occurrat. Quando itaque secundum femoris longitudinem in interno ip-
sius latere octauus iste musculus protuberat; & septimus itidem secundum exterio-
rioris femoris sedis longitudinem exporrigitur, [h] sinus inter vtrunque relinquitur h t.v.Π.
Nonus. longus & liuidus, quem [i] nonus adimplet musculus. Qui ex ilium ossis tuberculo i t.iiii.φ.ta.v.
super coxendicis acetabulum, in quod femur excipitur, prominente, neruosum te- ς.t.i.α.ta.iii.
nueque assumit [k] principium; & hinc rectà decliuis fertur, piscis lacertæve imagi- ς.t.ix.γ.t.xv.
fi.xvi.P,
nem induens, vnde illum nonnulli cruris Piscem appellarunt. In anteriora postea κ t.iiii.O.
descendens, paulò ante mediam [l] femoris longitudinem paulum dilatescit, sta- l ead.ϖ.
timque gracilescere incipit, & multò supra genu in [m] latam tenuemque abit mem- m ead.b.
branam, quæ patellam supergressa, denuo dilatatur [n] septimi & octaui musculi ten- n tab.viii.
dinibus permixta, licet minùs quam septimi & octaui tendines inuicem connascan- g h i.
tur, Sed vtcunque se res habeat, ex tribus hisce musculis latus conflatur tendo, cui
[o] patella exteriori facie ita cohæret, vt ex eo nasci videatur. Porrò interna tendi- o ead.K.
nis huius, siue membranæ superficies, quà rotulæ non obtenditur, vnctuoso & pin-
gui humore oppletur, quo efficitur vt femoris ossi non adhærescat: Patellam verò
transcendens, protinus angustatur, in anteriorem tibiæ appendicis regionem sese
indens. Huic autem musculo, & duobus præcedentibus, recta cruris extensio deman
Decimus. data est. [p] Decimus cruris motus opifex musculus, perexiguus, carnosusque situm p t.xiii. n. ta.
habet in poplite, à musculis carnosam cruris molem efformantibus, qui ab inferio- xiiii.r.
ribus femoris capitibus enascuntur obtectus; vnde summa ratione musculus in po-
plite delitescens fuit appellatus. [q] Prodit is ex posteriori parte crassi cuiusdam vali- q t.xiiii.r.
dique ligamenti, ex eorum numero, quæ femur tibiæ committunt, ad externum ge-
nu latus repositi, lato vsqueadeo exortu, vt posteriorem genu articuli sedē integat.
Statimq; productus, carnosus fieri incipit, ac talis deorsū versus interiora ab ossis la-
tere defertur, musculū efformans paulò longiorē, quā latū, qui posteriori tibiæ sedi,
paulò infra elatiorē ipsius appendicem, [r] extremo æquè ac musculus ipse lato inse- r ead.i.
ritur;

ritur; & obliquè etiam reflexus desinit à posterioris tibiæ sedis externo latere versus internum procedens; ita vt minima huiusce musculi pars genu ligamentis, maxima verò tibiæ committatur, nusquam interim femoris os attingens. Musculi huius officium minimè quidem illud est, quod Galenus protulit, tum quòd præ sui paruitate, cruri sursum vellendo impar omninò esset; tum quòd obliquè positus recto motui præesse nequaquam potuit; Attamen minimè prorsus aspernandi vsus censeri debet, vt in sua enarratione prodit Vesalius; Imo verò cruri nonnihil extrorsus flectendo auxiliatur, vt vnicuique in seipso experiri licet; femur enim manibus fortiter comprehendens, tibiam si volet, immoto femore inflectet: Quod huic tantum musculo acceptum referri potest, quandoquidem cæteri omnes ex femoris coxendicis've osse sumunt originem.

De Musculis femur mouentibus. Cap. 37.

QVoniam femoris musculi cruris musculis substernuntur, ideo de his primùm egimus, illos modò explicaturi. Musculi ergo femoris motuum opifices, quatuordecim ad summum, decem ad minimum existunt, quorum impulsu femur *Musculi femoris motores.*
a t.ix. n.t.ii. u.t.x.α. extenditur, flectitur, in latera & in orbem agitur. [a] Qui primum inter extensores *Primus.*
locum obtinet, statim sub cute consistit, sui crassitie alteram ex natibus vniuersam
effformans. Prodit autem lato & admodum carnoso principio ex tota spinæ ossis
b t.ix.iKL. ilium posteriori [b] parte, quæ versus os sacrum magis eminet; deinde etiã spinę superioris regionis portionem suo quoque exortu apprehendit; suæ quoque originis
portionem ex ima sacri ossis regione assumit, nonnunquam etiam, licet perquàm
c ead.iuxta K. raro, ex coccyge, inibique musculis suo alterius lateri coniugi [c] contiguus assidet. Ex his igitur sedibus velut ex semicirculo pronatus, obliquè deorsum prore-
d ead.m. pit, & femoris cum coxendice [d] articulum supergreditur; vbi gracilior angustiorq;
e ead.n. tantisper efficitur, donec in [e] latum ac validum abeat tendinem, quo exteriori [f] ma-
f lib.i. t.i.ii. iii.T. gni femoris processus parti secundum ipsius longitudinem inseritur; Principium
enim insertionis paulò subtus apicem nonnihil versus anteriora molitur, & modicè
g lib.i.ta.iii. iuxta Λ. in posteriora descendens, in posteriorem omnem ipsius partem [g] longa linea secundum femoris posteriora exporrecta etiam inseritur. Fibras is obliquè in priora
h t.x.Σ.ta.ii. y.t.i.iii.ρ.ta. iiii.μ.t.v.s.t. ix.o.t.xi.ϑ. descendentes obtinet.[h] Secundus non procul à primo exoritur, lato & carnoso prin *Secundus.*
cipio per totam ferè ilium ossis spinæ sedem porrecto, vnde primus non educitur;
& semicirculum perinde ac primus efformat; verùm posterior capitis secundi huius
musculi pars à primo integitur. Ab hoc principio deorsum in priora se confert, arctior sensim redditus, minimè tamen vniuersus subter primum adactus, vt vult Ve-
i t.ix.o. salius, pars enim ipsius ferè dimidia liquidò [i] denudata conspicitur. Descendens
igitur, articulum quoque coxendicis vniuersum, quemadmodum & primus, inte-
k t.x.y. git, & in [k] validam tenuem, latamque membranam sese conuertens, elatiori magni
fęmoris processus parti transuersim, (si cum primo conferatur) inseritur, anteriorem quoque ipsius regionem aliquatenus comprehendens. Cæterum musculus is
admodum liuidus conspicitur, præsertim verò in carnosis hominibus, & fibras adipiscitur recto ductu deorsum protensas, quæ priusquam desinant, prioris musculi
fibris decussatim implicantur. Adhæc nullibi carnosior occurrit, quàm vbi, post
l t.x.Σ. exortum, à coxendicis osse abscedit, & tertium musculum supergreditur. [l] Tertius *Tertius.*
hic musculus tanto minor secundo est, quanto secundus primo, & secundo totus
m t.xii.t.ta. xi.xyz. subijcitur; [m] prodit enim ex posteriori demissiorique ossis ilium sede, lato, crasso
& carnoso, ac veluti semicirculari principio; & inde obliquè in priora descendit,
n ead.x. coxendicis articuli hęrens ligamentis, sensimq; ac sensim arctior euadens, dũ in [n] validũ & latum abeat tendinem, qui maiorem femoris processũ amplexatus, anteriori
ipsius parti, atque adeo apici conseritur. Musculus hic liuidus in cunctis apparet,
multoque magis in musculosis, in quibus pariter secundi musculi partem huic tertio
incumbentem liuere monuimus; membrana enim admodum crassa obducitur, cuius interuentu superiori primi musculi lateri validè connascitur, atque in huiusmo-

di hominibus primus etiam liuidus occurrit, secus quàm in obæsis; quinimo tertius hic musculus fibras quasdam obtinet neruosas, per vniuersum ipsius corpus disseminatas, quæ in mulieribus adipe inuoluuntur, imò fibræ adipem æmulantur carneis fibris commixtum.

Quartus.

[o] Quartus musculus, magna etiam ex parte liuidus, & exactè propemodum teres, à [p] lateribus & interiori inferiorum sacri ossis vertebrarum sede, quæ coxendicis ossibus non coarctatur, crassum carnosumque sumit principium, & vsqueadeo latum, vt alterius lateris principium ipsi correspondens ferè contingat. Ab hoc principio ad maiorem femoris processum transuersim properat, carneus aliquousque permanens; & sensim arctior euadens, priusquam fęmoris os cõtingat, in [q] teretem abit tendinem, posteriori [r] maioris fęmoris processus regioni iuxta ipsius apicem implantatum.

o ta.xi.φ. ta xii.u.
p li.i.ta.vi.fi. ii.DEF.
q t.xi.β.
r lib.i.ta.i.ii. iii.T.

Quintus.

[s] Quintus musculus ab inferioris ossis coxendicis apice, à [t] tertij, quarti, & quinti musculorum capitibus, sub quibus enascitur, non occupata, ad finem vsque pubis ossium articuli, quà coniugi suo iungitur, principium ducit latum, & omni ex parte carnosum, præterquam subtus superque dicta principia, [u] vbi foris neruosus, intus verò carnosus existit, quemadmodum & musculus ipse vniuersus. Ab huiusmodi principio decliuis fertur, statimque minoris femoris [x] processus posteriorem sedem amplectitur, & paulò inferiùs, in acutam [y] asperamque ac longam inseritur lineam, quam in posteriori femoris sede secundum ipsius longitudinem, deorsum à parui huius processus radice protendi retulimus. Quemadmodum autem musculi huius principij continuus est ortus, ita quoque continua eiusdem visitur insertio, si postremam [z] ipsius partem exceperis, quæ se in minoris femoris processus radicem inserit: hæc enim à coxendicis appendice principio vti diximus carnoso educta, musculum veluti per se constituit, qui in insignem amplitudinem dilatatus, deorsum rectà per femoris posteriora fertur, donec denuò gracilescens, teretem educat tendinem, [a] interno femoris capiti iuxta genu applantatum, vsque adeo distinctè, vt nisi [b] quinti musculi extremum istius principio adnasceretur, non iniuria peculiaris musculi vice haberi posset.

s ta. xii. xiii. ΣΞΠ. ta.ii.ε. t.v.ω.ta.vi.ς. t.vii.β.t.viii. φ.c.t.ix.x. ta. x.ρ.t.xi.
t t.xi.λ μ ν.
u t.xii.δ.
x li.i.t.iii.υ.
y ead.iuxta ▲
z t.xii.ẋ.
a lib.i.ta.iii. 16.
b vti coeunt ab φ ad c in t.viii.

Quintus musculus vt in tres diuidatur.

At cùm misceantur, minimè inconuenit, aut vnum, vti nos facimus, appellare, aut in duos distinguere, vt scilicet pars hæc vnus ex ipsis constituatur, alter verò ea, quæ in asperam illam quam diximus lineam inseritur: etsi non video quid muneris præstare posset qui ex minori femoris processu enascitur, in idem os implantatus. Nec desunt etiam, qui musculum hunc [c] triplicem faciant. Pars enim ipsius anterior, quæ ab anteriori appendicis ossis coxendicis sede nascitur, quæ ab inferiori pubis ossium parte, quà ossa inuicem seiunguntur, ad infimam vsque coxendicis regionem pertinet, ab [d] anteriori altera musculi huius portione, quæ à reliqua appendicis sede, vsque ad posterioris partis musculi totius anteriorem regionem pronascitur, inscriptione quadam dirimitur. Non solum autem anteriores hæ duæ partes, huiusmodi nota distinguntur, verùm etiam fibrarum insertionumque varietate: qua etiam ratione posterior omnis musculi huius pars ab anteriore seiungitur. Pars nanque pubis ossium commissuræ proxima, fibras ferè transuersas adepta est, quæ à sui exortu ad radicem parui femoris processus contendunt, & elatiore in parte acutæ femoris [e] lineæ conferuntur. Altera verò pars ad infimam ossis coxendicis regionem consistens, obliquas quidem adipiscitur fibras, sed propemodum rectas, & in imam asperę prominentisque femoris lineæ sedem inseritur. Hunc igitur in modum musculus iste triplex constituitur; sicque hactenus septem in vniuersum exurgunt.

c ta.xii. xiii. ΣΞΠ.
d ead.ΞΠ.
e li.i.t.iii.iux ta ▲.

Trium horũ musculorũ munus.

Quorum pręcipuum munus est, femur ipsum extendere, & laterali etiam circumactionisque ipsius motui famulari, hunc quidem in modum.

Priorum quinque musculorũ munus.

Primus sese vniuersum colligens rectam femoris extensionem sine vlla in latus flexione molitur; sin verò superam inferam've sui principij partem contrahat, ipsum quidem extendit, sed in hoc vel illud latus agens, prout hanc illam've partem colligit. Secundus extensionis quoque femoris auctor est, extrorsum pariter trahens, & femur in coxendicis acetabulum adigens. Tertius & quartus modicè sursum trahentes, ipsum extendunt. Pręterea quartus ipsum nonnihil extrorsum vertit, tertius magis retrorsum agit: ambo autem ipsum in gyrum agũt, verùm multò infirmiùs quam musculi, quibus huiusmodi fun-

ctio peculiariter demandata est, vt mox subijciam. Quinti autem musculi posterior pars, rectis donata fibris, crus rectum stabilit, & pedem solo affigens, femur extendit. Posterius verò anterioris partis huiusce musculi latus, præterquam quod idem cum posteriore sede munus præstat, femur etiam nonnihil introrsum flectit. Eminentiores autem fibræ, pubis; ossium commissuræ proximæ, in anteriore musculi huius principio, femur introrsum agunt, nonnihil ipsum colligentes. Atque hi sunt musculi, femur introrsum extendentes, quibus tres alij respondent flexionis opifices, sextus nimirum, septimus, & octauus.

f t.viii.θ. ta. iiii.υ. ta. v.χ. t.vi. ϖ. t.vii. i. t.xiii.β. ta. xiiii. c. t.xv. fi.xvi.κ.
g t.viii.a.
h ead.b.
i li.i.t.i.ii.iii. u.

Sextus. [f] Sextus ex vndecimæ ac duodecimæ thoracis vertebrarum, primæ verò ac secundæ lumborum corporibus, [g] principium sumit carnosum, quod statim enatum, teres efficitur, & oblique versus exteriora descendit, ac per coxendicis interiora procedit, carneum semper [h] eousque permanẽs, vbi pubis os coxendicis iam appellationem subire incipit; ibique in validum ac teretem abit tendinem, qui deorsum tantisper properat, dum in elatiorem minoris coxendicis [i] processus regionem adigatur. Verùm aduertere oportet, musculi huius gratia, sinum in pubis osse insculpi nerueo ligamento, ex eodemmet osse pronato obductum, super quod tanquam pauimentum procurrit; cùm enim os inibi acutũ, tendo autẽ durus occurrat, facilè fieret, vt ab osse detritus noxæ aliquid incurreret; Quin & ne à sede deuiet auxilio ipsi est.

k t.viii.Λ. ta. xiii.γ. t.iiii. ς. t.v. Φ. vi.o. ta.vii. x. ta. xiiii.d.
l t.viii.ooo.
m t.xiii.γ.

Septimus. [k] Septimus ex tota interiori ossis ilium regione, tanquam ex [l] semicirculo, carnosam sumit originẽ, tumque sensim ac sensim angustatur & crassior euadit, dum teres omninò reddatur; sicque per elatiorem ossis coxendicis regionem defertur, carnosus semper ad [m] minorem vsque femoris processum permanens; vbi teretem educit tendinem, qui humiliori huius processus parti, non procul à sexti fine inseritur. Porrò quà hic musculus super coxendicis elatiora tendit, ne aberret, sinum in osse constituit.

n t.viii.Σ. t.i. ∂. t.iii.m. ta. iiii.υ. t.v. Ψ. t.vi.ρ. t.vi.α.
o t.viii.Φ.
p ead. inter e. & b.
q ead.f.

Octauus. Octauus [n] musculus [o] quinti quodammodo portio, ni sedulo animum attẽdas, apparet, & ex tota ossis pubis linea ab anteriori coxendicis ossis acetabuli sede, ad ossium vsque pubis commissuram extuberante, [p] lato & carnoso principio exoritur; & ad posteriora obliquè admodum descendens, eandem tantisper naturam seruat, dum in interius femoris latus, è regione parui eius processus inseratur, amplo & breui tendine obliquè deorsum in posteriora ad [q] ipsius vsque dimidium porrecto. Musculus hic liuidus sese offert, & vnà cum duobus proximè explicatis femur contrahit, ipsum alteri nonnihil admouens. Sextus enim sursum validè femur attrahit, flectitq; introrsum ipsum adigens. Septimus eandem & ipse obit functionem, sed femur magis quam sextus introrsum agit. Octauus remissam molitur cruris flexionem, & magis quam septimus in interiora vellit; adeo vt musculi extensionis flexionisque cruris opifices, ipsi quoque introrsum, extrorsumque agendo famulentur.

r ta.iiii.Φ. ta. iii.f.

Quinetiam ad fẹmoris flexionẽ [r] nonus quoque tibiam mouentium adiutor accedit; cùm enim ex coxendicis ossis tuberculo enascatur, & rectà subtus genu delabatur, vbi suam molitur insertionem, dum versus suum principium adducit, femur necessariò inflectat oportet; quod omnes etiam tibiæ musculi secundariò præstant, qui ex pubis coxendicisve osse producti, subtus genu desinunt.

s t.viii.Ψ. ta. xiii.α. t.xiiii. c.

Nonus. [s] Nonus musculus vsquequaque liuidus & carneus, deorsumque obliquè porrectus, vniuerso pubis ossis foramini extrinsecus obtenditur; ac deinde per exteriorem omnem ceruicis femoris regionem deorsum fertur, in validum & latiusculum degenerans tendinem, qui in maioris femoris processus sinũ inseritur, qui è regione femoris ceruicis capitisque in coxendicis acetabulum adacti consistit. Huius est, femur versus interiora circumagere.

t t.x.ι. t.xi.θ. t.xii.α. t.xiii. r. t.xv. fi.xvi. FGH.
u t.xv. fi.xvi. H.
x li.i.t.ii. inter 14 & 15.

Decimus. [t] Decimus internam dicti nuper coxendicis foraminis sedem obturans, nonum robore superat, magis etiam effatu dignus; prodit enim ex tota linea, quæ ab interna iliũ ossis sede, vbi transuerso primæ sacri ossis vertebræ processui cohæréscit, per coxendicis interiora, ad pubis vsque ossium commissuram pertinet. Principium hoc tribus veluti lineis seu inscriptionibus insignitur, estque omnino carnosum, quemadmodum & omnia ferè articuli huius musculorum capita; ac internam omnem coxendicis, & pubis ossis regionem occupat, & liuidum rursus euadens, sensim ac sensim ita [u] coarctatur, vt ipsius amplitudo coxendicis interuallum minimè superet [x], quod inter acutum ipsius

ſius proceſſum & poſteriorem eiuſdem appendicis ſedem habetur. Per huiuſmodi ſpatium, ceu per cauitatem quandam, muſculus hic forás erumpit, in exitum quantum par eſt, reflexus, & quà os contangit neruoſus effectus, ac in tres veluti rotundos tendines diremptus, ſeriatim ad ſinum reflexus. Tendines hi, antequam ad ſinum appulerint, lati occurrunt, vbi verò ad ipſum pertingunt, anguſtiores fiunt, tribus deducti ſinulis in dicta cauitate occurrentibus, quos duæ prominentes lineæ in ipſo conſiſtentes circunſcribunt. Tres hi tendines vbi ſinum ſuperarunt, protinus in vnum abeunt tendinem in magni femoris proceſſus [y] ſinum, iuxta noni muſculi finem inſertum. Eſtque animaduerſione dignum, inter os & commemoratos tendines, craſſam validamque membranam conſiſtere, vnctuoſo humore oblitam, quæ muſculo veluti pauimentum ſubſternitur, efficitque vt ſupra os faciliùs circumagatur. Muſculi huius, & noni officium eſt, femur in gyrum agere, huius quidem extrorſum, illius verò introrſum. Præter commemoratos, duo inſuper alij habentur muſculi, carnoſi, quorum alter à ſuperiori dicti ſinus, ſeu cauitatis regione, alter ab inferiori educitur, & ſimul ambo decimum muſculum ita complectuntur, vt à ſede ipſum exilire non ſinant. [z] Prior ipſorum ab acuto coxendicis proceſſu exoritur, ſuperiori decimi muſculi lateri ad ipſius vſque inſertionem adhærens. [a] Alter ex eiuſdem proceſſus apice, ſimiliter carnoſus exiſtens, erumpit, inferiori eiuſdem decimi muſculi lateri ad extremum vſque connatus; ambo enim in ſinum magni femoris proceſſus, quemadmodum & decimus, inſeruntur. [b] Ab interna quinetiam coxendicis oſsis regione, vbi decimus muſculus obliquari deſinens ad femur vſque protenditur, carnis portio enaſcitur, in quam tres decimi muſculi tendines tanquam in marſupium immittuntur, ſicque in maiorem femoris proceſſum inſeruntur. Commemorati duo muſculi femori retrorſum agendo auxiliantur, & tanquam decimi pars vt plurimum connumerantur, atque ita decem tantummodo femoris motores haberentur. Si autem hi ſeorſum numerentur, & duo illi, quinto copulati, quatuordecim exurgent. Sed hoc ne an illo modo, numeres parum intereſt, modo rem, prout ſe habet, intelligas.

Carneæ quędã portiones ſuperiori adiunctæ.

y t.xii. inter r & x.

z t.xi.ε. t.xii. β.t.xiii.x.ta. xiiii.f.

a t.xii. βγ.

b t.xiii. xyz.

De Muſculis pedem mouentibus. Cap. 38.

PEdem, perinde ac manum, ſurſum, deorſumque, ac in latera licet obſcurè, nouem muſculorum ope agimus. Quorum [a] primus [b] ab interioris femoris capitis radice producitur, qui licet continuatione ipſius ſpectata vnicus videatur, ſubſtantiæ tamen varietate inſpecta, duas in partes dirimitur, alteram quidem ſuperiorem, interioremque, femoris medium verſus; alteram verò inferiorem, exterioremque, non ſecùs ac rectorum abdominis muſculorum capita. Superior enim muſculi huius pars lata eſt & carnoſa, & deorſum protenſa paulò ſub genu articulo cum altera initij parte cõfunditur, quæ prorſus carnoſa, & liuida occurrit; & inde deorſum fertur, in valdè carneum craſſumque muſculum euadens, exactiſsimam muſculi formam exprimentem. Priuſquam verò ad medium tibiæ longitudinis pertingat, ſimulatque carnoſam ipſius molem euadit, anguſtior redditus, in [c] latum abit tendinem, ad cuius medium nonnihil carnis initiò conſpicitur. Muſculus hic internam occupat ſuræ partem. [d] Secundus in externo conſiſtit, & ab externo femoris capite principium ſumens, deorſum ad crus, perinde ac primus, defertur, externam ſuræ molem efformans. Duo hi muſculi paulò poſt exortum [e] copulantur, neruoſis quibuſdam fibris inuicem hærentes, quibus eo magis confunduntur, quo decliuiores ad ſuræ vſque extremum feruntur, vbi ex vtriſque [f] tendo conſurgit; quamuis primus paulò inferiùs ſecundo, carnoſus eſſe deſinat, vt in multis lacertoſis hominibus integra cutè conſpicitur. [g] Tendo hic ſtatim ab exortu ſubiecti muſculi, qui [h] quartus pedem mouentium eſt, tendini pertinaciter adeo connaſcitur, vt nulla ratione ad calcem vſque ab eo diuelli queat; quinimo ex hoc, & quarti muſculi tendine vnus re vera produci videtur, in poſteriorem calcis regionem inſertus. [i] Tertius ab exteriori femoris capite iuxta genu principium aſſumit teres, carnoſum ac tenue,

Primus pedis motor muſculus.

Secundus.

Tertius.

a t.xii.φ.t.i.μ. t.ii.μ. t.iii.θ. t.viii.p.t.ix. ε.t.xiii.τ.ta. iiii.n.t.xv.fi. xvi.a.

b li.i. t.iii.16.

c t.xii.υ.

d t.xii.Ψ.ta. iii.κ.ta.ii.μ. ta.iiii.16,ta, vii.9.t.ix.ζ. ta.xiii.τ.ta. xiiii.o.t.xv, fi.xvi.b.

e t.xii,ττ,

f ead.υ.

g t.xiii.κ.

h t.xiii.ψ.

i t.iii.i.t.ii.v, t.i.τ.t.viii.ſ. t.ix.μ.ta.xii, ω.t.xiii.φ.ta, xiiii.n.t.xv, fi.xvi.ε.

tenue, quod iamiam ab exortu dilatescit, propriam musculi faciem præ se ferens; at mox sub poplite rursus [k] gracilescit, in perquam tenuem mutatus tendinem, qui quemadmodum & musculus ipse sub duobus prioribus descendit, & quartum supergrediens nonnihil obliquè deorsum prorepit, dum ad internum prædictorū musculorum tendinis latus elabatur, [l] vbi cum quarti tendine coire incipiunt: & hinc deorsum ad internam vsque calcis regionem, ipsi applantatus fertur. [m] Quartus omnium infra genu consistentium, maximus, [n] ex posteriore tibiæ, fibulæque articuli sede, neruoso & valido principio enascitur, & deorsum nonnihil tendens, in eam assurgit latitudinem quæ [o] tibiæ, ac fibulæ latitudinem superet, verum non æquè adeo crassus, atque latus existit: atque ita magis latescens ad suræ vsque dimidium procedit; ibique sensim, ac sensim rursus angustatur, & paulò supra calcis regionē, in [p] validissimum & crassum degenerat tendinem, non solum ab ipso, sed etiam à primi & secundi musculi tendinis concursu formatum, qui posteriori calcis regioni applantatur, quæ, vt priore libro monuimus, aspera & depressa est, quò firmiùs tendo ipsi adhærescat. At quia calcis os extra tibiam fibulamque protuberat, & quartus hic musculus ipsis incumbit, tendinem paulò ante insertionem procul ab osse abscedere oportuit, & in medio triangulare interuallum efformari, cuius basis est latitudo calcis extra tibiam fibulamque prominentis; alia verò duo latera constituuntur, vnum quidem tendinis ipsius [q] anteriori sede, alterum autem posteriori regione illorum musculorum, qui sub quarto, vti diximus, reconditi posteriorem tibiæ regionem occupant. In horum laterum medio foramen consistit, quo lanij mactatos boues suspendunt, quo etiam Pelides, apud Homerum, alligatum Hectora circum Troiæ mœnia raptasse fertur. Sed vt ad rem redeam, quartus musculus exteriori sede, qua priores duos contangit, admodum liuidus est, quemadmodum & primus quoque ac secundus, vbi quarto conterminantur. Interna vero sede quartus non admodum liuet, & ipsius tēdines carneis quibusdam fibris intexuntur, longiùs anteriori sede, quàm posteriori exporrectis. Illinc enim vbi tendo is omnino nerueus existit, vsque ad calcem, interuallum haud effatu dignum intercedit. [r] Quintus musculus, in sura etiam consistit, sub [s] duobus musculis, quos pedis digitos mouere dicemus, [t] membranæ adhærescens, quæ ab imo ad summū, tibiam fibulamque copulat; & ab vtrisque vbi inuicē dehiscere incipiunt, exoritur, statimque ab exortu carneus, & latus efficitur, talisque ad inferiorem vsque fibulæ appendicem delabitur, posterius omne tibiæ latus sua latitudine occupans; & ligamento nonnunquā ac interno fibulæ lateri connatus, exortus sui robur ab ipso asciscit: vbi autem ad inferiorem fibulæ pertingit appendicem, ab interna sui regione [u] teretem profert tendinem, qui paulo superiùs iam sese in eodem musculo prodebat: Is vbi neruosus manifestò euadit, deorsum fertur [x] sinui incumbēs, quem in posteriori sede tibiæ processus, quem interiorem malleolum vocamus, insculpi diximus. In hoc sinu [y] transuersum ligamentum tendini obducitur, ne dilabatur. Et hinc oblique versus pediū iuxta ossa contendit, donec in imam tarsi [z] ossis regionem inferatur, quod tesseram imitanti ossi proximum est, quodque cunei formam appositissimè exprimere, ac præsentis musculi gratia, processu donari [a] tradidimus. Musculus hic laniorum cultro consimilis est; nulla enim carnis portione deperdita, secundum latitudinem, ab altero laterum teretem educit [b] tendinem, sinu eo delatum, qui interiori malleolo ex tribus, quos inter calcem ac malleolum haberi diximus, proximior est, & sub transuerso ligamento sinum hunc obtegente. [c] Sextus pedem mouentium, in anteriori cruris regione, cæteris omnibus eminentior consistens, & exacti musculi faciem præ se ferens, nascitur [d] ab anteriori sede coarticulationis fibulæ cum tibia, ex vtrisque ossibus & communi eorum ligamento, exortum assumens, qui acuto incipit angulo, & ilico dilatatus musculi ventrem constituit latum paulò magis quàm profundum. Priusquam verò medium longitudinis superet, gracilescere incipit, donec multò supra tarsum in [e] teretem euadat tendinem, qui transuersum ligamentum à tibia in fibulam pronatum iuxta tarsum subiens, ad pedis interiora descendit, exiguo sinu, in tarsi ossium cum Nauiformi ligamento impresso, tantisper

Quartus. *Quintus.* *Sextus.*

k t.xiii.ζ.
l t.ii.v.t.xv.fi.xvi.c.
m t.xiii.ψ.t.i.ς.t.ii.ξ.ta.iii.κ.t.viii.t.t.xiiii.q.
n t.xiii.θ.
o li.i.ta.vi.fi.nix.V.
p ta.xiii.λ. fit ex duobus ππ & ex ψ.
q t.xiii.χ.
r ta.xv.fi.xv.DEC.ta.iii.μ.t.ii.ρ.t.i.φ.ta.viii.x.ta.xiiii.x.tab.xvi.fi.xvi.f.
s t.xiiii.ΛΞ.
t t.xv.fi.xvi.T.
u t.xv.fi.xv.E.
x li.i.ta.vi.fi.ix.m.
y t.xv.fi.xvi.d.
z li.i.ta.vi.fi.x.3.
a li.i.t.xxxi.
b t.xv.fi.xvi.E.
c t.i.Ψ.t.ii.Φ.t.iii.z.t.iiii.4.tab.xv.fi.xvi.g.
d t.i.θ.
e ead.x.

sper

ſper euectus, quouſque ad internam pedij oſsis regionem pertingat; quo pollex innititur, valida implantatione non quidem in proceſſum, vt ait Veſalius, ſed in ſinum inſertus, qui in hac oſsis huius parte ad ipſius initium conſpicitur, (nec video quid ipſum eò compulerit, vt os iſtud peculiari proceſſu inibi donari aſſereret) & duum primorum pedij oſsium cum tarſo commiſſuram apprehendens. Muſculus hic latere ſuo interiore lateri externo committitur acutæ tibiæ oſsis lineæ, quæ externum excarnis tibiæ ſedis latus conſtituit, quæque introrſum obliquatur, vt ſexto huic muſculo, & ijs, qui ſub eo reponi dicentur, ſedem exhibeat: externo autem latere, toto à principio ad finem progreſſu, muſculo committitur, pedem mouentium [f] ſeptimo.

Septimus. Qui anguſto, tenui & neruoſo principio ab externo fibulæ appendicis latere, & ex ligamentis oſſa hic connectentibus exoritur, vnde [g] quartū quoque pedem mouentium muſculum enaſci retulimus; & hinc deorſum iuxta fibulam prorepit, modicè dilateſcens, & muris imaginem aſſumens. At paulo poſt ſui exortum ab oſſe abſcedit, & [h] octauum pedem mouentium muſculum ſupergreditur, toto eo interuallo, quo à fibula abſcedit, ad medium vſque longitudinis ipſius, carnoſus & rubicundus interna facie redditus, externa verò & ad latera liuidus atque carnoſus, [i] validum in medio procreans tendinem; qui licèt interiùs carne obducatur, vbi tamen infra medium fibulæ longitudinis deſcendit, nerueus omnino euadit, & [k] teretem proferens tendinem, obliquè nonnihil in poſteriora deſcendit, denudatum relinquens [l] malleolum, & ſinu tranſmiſſus, quem in id poſteriori inferioris fibulæ appendicis parti exculpi diximus, tranſuerſo ligamento obductū quod à fibula in talum calcemque procedit: & hinc deorſum in priora, in pedium vſque tendit, tranſuerſimque per ipſum ductus, mediocri ſinu tranſmittitur, vnctuoſo humore, tenuique membrana obducto in inferiori ſede tarſi oſsis teſſeram imitantis inſculpto: ac in radicem pedij oſsis pollicem ſuſtinentis contendit, [m] aſperitati applantatus, quæ in exteriore ipſius ſede in id parata habetur: nonnunquam verò in radicem pedij oſsis, quo medius fulcitur digitus, inſertionem molitur. Dum autem prædicto tarſi oſsis ſinu tendo is deuehitur, durior efficitur, & cartilaginis naturæ particeps.

f t.vi.φ. ta.i.λ. t.ii.χ. t.iii.ζ. t.iiii.7. t.viii. †. ta.ix.κ. ta. xiiii.K. t.xv. fi.xv.V.
g ta.vi.χ. ta. xiii.β.
h ead.ɸ.
i ead. 3.
k ead. 5.
l ead.ω.
m lib.i. ta.vi. fi.x.ϖ.

Octauus. [n] Octauus muſculus, qui ſeptimo, præter anteriorem tendinis partem, totus ſubſternitur, ab anteriori fibulæ ſede nonnihil verſus anteriora, paulò infra ſuperiorem appendicem, principio carnoſo enaſcitur; taliſque ſemper permanens, ac fibulæ ſemper attenſus, deorſum prorepit, dum longitudinis ipſius mediū tranſcendat. Tumque in teretem abit tendinem, qui anteriori ſedi tendinis ſeptimi muſculi attenſus, verſus malleoli poſteriora reflectitur; & ſinui etiam in poſtrema fibulæ appendicis ſede inſculpto incumbens, & tranſuerſo ligamento circundatus, in priora deſcendit, in ramulos duos, paulò ante inſertionem diremptus, qui proceſsui pedij oſsis paruum digitum ſuſtinentis inſeruntur.

n t.ii.iii.ɸ. ta. iiii.iς. t.v.9. t.vi.Ψ. t.ix.θ. ta. xiii.ν. ta. xiiii. l m. ta. xv. fi.xv.a.

Nonus. [o] Nonus muſculus iuxta cruris mediū ad externum latus, principio carnoſo enaſcitur ex [p] quarto muſculo, qui in anteriori tibiæ ſede locatus, quatuor pedis digitos extendit; imò verò muſculus is nihil præterea eſt, quàm carnis portio, quæ deorſum verſus tarſum ducta, in tendinem abit, qui tranſuerſum tarſi ligamentum ſubit, & in ſuperiore pedis regione ſubiectis ipſi muſculis, neruoſarum fibrarum interuentu commixtus, in duas poſtmodum partes dirimitur; quæ in ſuperiorem pedij oſsis paruum digitum ſuſfulcientis regionem inſeritur, non procul ab ea ſede, qua oſsi teſſeram referenti articulatur. Muſculum hunc aliqui partem illius faciunt, qui digitorum extenſioni præeſt, quòd ab eo exoriatur, & in eum deſinat. Ego autem cùm in nullum digitorum os adigatur, eum inter pedem attollentes, reducenteſque connumerabo.

o t.iiii. Ω. ta. iii.β. t.ii. iuxta ω. ta. v. & t.ix.η.
p t.iiii.Ψ.

Ipſorū munus. Hi ſunt muſculi omnes, pedis motuum opifices; Quorum primus, ſecundus, & quartus poſteriorem cruris regionem occupant, & vnà omnes tendinem producunt: & calcem ſurſum in poſteriora trahentes, pedis reliquum fortiter ſolo firmant, à quinto nonnihil adiuti; qui calcem attollens, vt ſummis etiam digitis nitamur, auxilio eſt. Tertius eodem munere fungitur, quamuis admodum obſcurè. Sextus, ſeptimus, octauus & nonus, vbi æquè laborant, ſunt contrariæ functionis opifices; ſummum nanque pedem verſus genu attollentes, vt calci nitamur, efficiunt. Si verò pedis exten-

extensores omnes, flexionisque auctores alternatim contrahantur, ad latera pedem agimus.

De Musculis pedis digitos mouentibus. Cap. 39.

Primus musculus pedis digitos mouens.

PEdis digiti omnes, vno excepto pollice, eodemmet modo, quo & manus digiti, motu cientur; & proinde ijsdem propemodum musculis donantur. Quorum a primus ille est, qui secūdos quatuor digitorum flectit articulos, pedis apice, quoad eius fieri potest, calci adducto. Is à manus b musculo in hoc euariat, quòd breuior est & latior, & præ sui magnitudine tenuis, quòdque non ex tibia, quemadmodum ille à cubito enascitur, sed ab ima calcis osſis b regione, ex anteriore ipsius tuberculi parte, quam solo figimus, principiū partim nerueum, partim carnosum desumit, & ilico ab exortu, exactè carnosus efficitur, sensimque ac sensim dilatescens, in maiorem latitudinem quam profunditatem assurgit. Mediam verò pedis longitudinem prætergressus, in c quatuor carnosas portiones dirimitur, quarum vnaquæque tendinem educit, qui ad secundi osſis digiti, sibi præpositi radicem rectà in eam se adacturus excurrit, ac postmodum dilatescens, osſi vniuerso attenditur. Tendines hi in singulos digitos per totam primi osſis longitudinem sub transuerso ligamento contendunt, illi consimili, quod in primis digitorum osſibus haberi monuimus, quousque diuisi, quemadmodum & manus tendines, singuli subiecto sibi tendini viam præbent. d Secundus & e tertius musculus, tertij quatuor digitorum, & secundi pollicis articuli flexus opifices, quarto tibiam mouentium musculo substernuntur, quinto verò incumbunt, cui figura & mole correspondent, prodeuntque f secundus quidem principio carnoso à posteriori sede connexus fibulæ ad tibiā, iuxtà genu; sicque deorsum fibulæ attensus procedit ipsi aliquandiu connatus. Postmodum tertium musculum qui sequitur, conscendit nonnihil dilatescens, & sub g maximo suram efformante musculo ad infimam vsque tibiæ sedem descendit; ibique ab interna sede teretem promit h tendinem, qui superiùs nonnihil in conspectum venire incipit; ac deinde sub transuerso ligamento per i sinum deducitur, quem huius gratia ad internum calcis latus, quo talus excipitur, insculpi diximus. Sinu hoc & ligamento transacto, statim pedis inferiora obliquè subit, inter musculorum k tendines, qui prima digitorum flectunt internodia, & eos l quibus quatuor digitos pollici adduci tradidimus; & vlteriùs prorepens, sub quodam ligamento per omne primum pollicis os defertur, dum in secundum eiusdem digiti articulum adigatur. In plantæ autem medio tendo is m ramulum diffundit, qui tendinibus aliquot tertij sequentis musculi commiscetur, & vnà cum illis ad tertij pollicis, & medij digiti articulum flectendum opitulatur. n Tertius musculus quinto pedem mouentium insternitur, vti diximus, cui perinde, ac secundus assimilatur, & vnà cum secundo per posteriorem tibiæ sedē porrigitur, licet introrsum magis quàm ille, magis enim tibiæ osſi quam fibulæ attenditur, latus permanens. Proximè verò ad calcem perductus, ab interna etiam sede o teretem depromit tendinem, qui sub transuerso ligamento, per p sinum deducitur, qui huius occasione in medio duorum sinuum inibi consistentium exculpitur; & hinc deorsum ad plantā subtus secundi musculi q tendinem fertur, bifurcatus quodammodo redditus. Secundi enim musculi tendo ab exterioribus introrsum in anteriora reptat; tertij autem tendo ab interioribus nonnihil extrorsum fertur, modicè coarctatus, & in alios r quatuor tendines diremptus, qui ad tertium præpositi digiti os, singuli conferuntur, tendines primi musculi partientes, non aliter quàm in s manus digitis fieri prodidimus. Huic musculo tertia digitorum internodia flectendi munus concreditum est; Adeo vt primus secundum quatuor digitorum flectat articulum; secundus verò & tertius tertij quatuor digitorum, secundi autem pollicis articuli flexionem moliantur. t Hos musculi decem consequuntur illis respondentes u qui in manu inter postbrachialis ossa reponuntur; quamuis enim hi non ita exactè vt illi distinguantur, imò carnea quædam moles cuncti videntur, quæ fibris secundum pedij longitudinē interstincta, osſium opplet

Secundus.

Tertius.

Decem alij musculi.

a t.xiiii.Θ. b t.v.Θ. b ead.x. c ead.a. d t.xiiii.A.ta.xv.fi.xv.O. e ead.ΞP. f t.xiiii.γ. g t.xiii.Ψ. h t.xiiii.. i t.xv.fi.xv.ζ. k t.xiiii.λ μ.t.xv.fi.xv.N. l ta.xv.fi.xv.L. m t.xv.fi.xv.Q. n t.xiiii.Ξ.t.xv.fig.xv.P.t.i.v.ta.ii.ω.t.iii.λ.t.viii.u.tab.xv.fi.xvi.e. o t.xiiii. p t.xv.fi.xv.2. q t.xiiii.. r t.xiiii.θ. s t.vi.γ. t ta.xv.fi.xv.1e. u t.viii.Δ.

oppletinterualla, ac digitorum radici vtrinque, nonnihil versus interiora conseritur: attamen quia aliquod distinctionis vestigium commonstrant, & ob rationem nos ad id impellentem, præstabit in decem eos partes seiungere, binos musculos inter duo quælibet ossa collocantes, primis digitorum articulis inflectendis deseruientes. [x] Decimus quartus igitur, in anteriore cruris regione sub [y] sexto pedem mouentiũ musculo consistit, & ex tibiæ osse, quà id fibulæ sub genu articulatur, [z] neruoso principio enascitur; à quo statim carnosus efficitur, ad medium vsque [a] tibiæ longitudinis descendens, vbi [b] carneam portionem educit, ex qua nonum pedem mouentium musculum efformari docuimus: ac deinde per cruris anteriora, ad [c] transuersum ligamentum proximè descendit, quod in tarso haberi dictum est, vbi in tendinem abit, qui per id ligamentum veluti per anulum deducitur. Priusquam verò totus euadat, in [d] quatuor alios tẽdines diffinditur, qui ampliores redditi, rectà in quatuor digitos excurrunt, toti eorum longitudini sese inserentes. Estque munus ipsorum digitos in quos terminantur, extendere. [e] Decimus quintus in anteriori tibiæ sede collocatus, partim nuper commemorato subijcitur, partim interno ipsius lateri superiacet; Et [f] ab externo tibiæ ossis latere, vbi [g] membrana exoritur, tibiam fibulamque colligans, carnoso principio educitur; & hinc eidem membranæ adhærescens per spatij longitudinem, quod inter tibiam, fibulamque intercedit, nonnihil extrorsum obliquatus, deorsum fertur, ac in [h] tendinẽ postea desinens, sub transuerso [i] ligamento in tarso consistente ducitur, rectà tantisper prorepens, dum in totam pollicis longitudinem adigatur. Huius beneficio pollex in neutrum vergens latus extenditur. [k] Sextus decimus pedio insternitur, & ex ligamentis, quæ os tesseram referens calci committunt, iuxta externum ipsius ossis latus, carnoso [l] principio enascitur, (imò totus ipse musculus carneam molẽ præ se fert) & obliquè in priora versus digitorum radices properans, in quatuor carnosas portiones diffinditur, ex quarum singulis tendo efformatur. Horum verò tendinum primus interiori pollicis sedi in superiora paululum inseritur, secundus in indicem infigitur, sicque deinceps in suos alij digitos inseruntur, ad paruum vsque digitum, cui ferè tendo nullus exporrigitur, præterquam vbi musculus quinque adipiscitur tendines, quod perquam rarò euenit. Musculus is etsi paulo seueriùs loquendo, in plures distingui posset; confusionis tamen euitandæ gratia, vnius eum loco connumerabo, cuius interest, digitos extrorsum reuellere. [m] Decimus septimus in externo pedis latere consistit, & ab externo calcis latere, ex tuberculo quod inibi haberi retulimus, neruosam trahit originem. Verùm paulò post carnosus efficitur, & exactam musculi speciem subit, sicque proximè ad paruum excurrit digitum, vbi in tendinem conuertitur, qui se in externum primi ossis digiti huius latus indit. Musculi huius vi, paruus digitus à cæteris abducitur, & quinti tendinis defectui suppletur, qui in decimo septimo musculo vt plurimum desideratur; quemadmodum etiam in manu fieri monuimus. [n] Decimus octauus interno pedis lateri secundum totam ipsius longitudinem protenditur, & peculiarem adhuc musculi seruat imaginem, ex calcis, & tali vinculis principium desumens carnosum. Ac postmodum sese diffundens procedit ad mediam ferè vsque pedis regionem, vbi denuò angustatur in teretem finiens tendinem qui externo lateri primi pollicis articuli applantatur. Huius est, pollicem à cæteris digitis deducere. [o] Quatuor insuper alij supersunt musculi nobis enarrandi, [p] quatuor digitos introrsum flectentes, qui non secus, atque in manu tendinibus quatuor adhærescunt, qui tertium digitorum flectunt internodium. Sed in hoc hi ab illis euariant, quòd non à tendinum inuolucris vt illi, sed ab externa ligamentorum sede nascantur, tarsi, & plantæ ossa colligantium; & in quatuor postmodum exiles musculos dirimuntur, qui singuli in internam digiti sibi è directo positi radicem conferuntur. Sunt igitur in vniuersum, qui pedis digitorum motibus præsunt musculi, duo & viginti.

Marginal headings: Decimus quartus. — Decimus quintus. — Decimus sextus. — Decimus septimus. — Decimus octauus.

Marginal notes:
x t.iiii.Ψ. t.i. υ.t.ii.ω t.iii. α.t.v.Ω.
y t.i.Ψ.
z t.iiii.ω.
a ead.ii.
b ead.Ω.
c t.iii.δ.
d t.iiii.12.
e t.v.Φ. t.i.μ. t.ii. Θ.ta.iii. γ. ta.iiii. 14.
f li i.ta.vi.fi. ix.ξ.
g t.xv. fi.xv. T.
h t.v.7.
i t.iii.δ.
k t.v.Ψ. t.vi. Ω.t.vii.δ.
l li.i.t.vi.fi.x. 4.cum Δ.
m t.ii.π.t.ix. λ.t.xiii.s.
n t.i.iii.ξ.t.ii. π.ta.vi.χ.ta. vii.ε. t.xiii.φ. t.xiiii.t.
o ta.xiiii.λμ t.xv.fi.xv.H
p t.xiiii.θ.

De

De Coxendicis, & genu articulorum, deq; reliquis omnibus, tum in crure, tum in pede positis ligamentis.

Cap. 40.

Ligaméta ob tenuitaté in figuris designari nō posse iā antea dictum est; characteres igitur, ipsorum duntaxat locū denotabunt.

a t.xiii.o.
b t.x.δ.
c t.xiiii.b.

d pro isto & sequentibus vide. t.xv.fi. xvii.

Ligamenta femur coxendicis osi colligantia.

Primum genu ligamentum.

Secundum.

Tertium.

e t.vi.φ.

Quartum.

f li.i. t.vii.fi. xvii.

Ligamentum quo ilium os sacro osi connectitur, impensè validum est, latum, & membranæ in modum tenue, atque articulum circum vndique amplexatur. Portio autem ipsius sese inter os atque os inserens, crassa vsque adeo & dura euadit, vt cartilago ferè videatur, cuius vi & alterius cartilaginis interuentu, duo hæc ossa inter se perinde ac pubis ossa, validisimè committuntur. Aliud insuper osi sacro teres [a] ligamentum obtigit, ex latere connexus quinti osis sacri cum sexto enatum, & in acutum coxendicis processum desinens: nec non [b] aliud ex eodem sacri osis latere productum, & in coxendicis appendicem insertum; Quæ præterquam quod ossa hæc firmiùs colligant, sedem etiam, ac ipsius musculos suffulciunt. Ad hæc, [c] Membrana in pubis osis foramine visitur, illi similis quæ vlnam ac radium secundum ipsorum longitudinem connectit, & exteriores musculos ab interioribus dirimit. Membranæ huius fibræ, obliquè extrorsum descendunt. [d] Præcipua ligamenta femur coxendicis osi copulantia, duo censentur. Vnum circum circa articulum amplexatur, vt in quouis alio articulo fieri conspicitur. Sed ligamentum id reliqua omnia totius corporis ligamenta robore, atque crasitie longè superat; prout connexus huiusmodi postulabat, quippe quo moles corporis vniuersa firmatur, stabiliturque. Tantique extitit momenti, vt eiusdem articuli appellatione donatum sit. Quinetiam præter insignem ipsius duritiem crasitiemque, aliud insuper peculiare ipsi obtigit, quòd nec femoris capiti, neque acetabuli osis coxendicis supercilio connascitur, nec ab ipsis educitur; quinimo ceruicem femoris vniuersam ambit, illi nusquam, quàm ad magni femoris processus radicem orbiculatim circumnatum: osi etiam coxendicis, paulò supra ipsius acetabuli supercilium affigitur. Quod quidem facilioris femoris capitis motus gratia effectum est, quod interdum è sede prosilit, vt cùm vnius pedis calcem alterius pedis cauo adhibemus. Ligamentum id præterquam quod sinum adauget, confert etiam ne in vehementioribus motibus, sinus supercilium vsqueadeo facilè dimoueatur. Alterum ligamentum intra articulum consistens, ex medio capitis femoris ab exiguo eo foramine, quod inibi haberi diximus, enascitur, & in acetabuli medium inseritur, nonnihil inferiùs, vbi adipis paululum visitur. Id teres est, mediæ inter neruum & cartilaginem duritiei, & ne femur superiùs luxetur, cum grauia pondera attollimus, prohibet. Genu articulus, præter commune ligamentum, alia insuper admodum robusta sibi vendicat. Quorum primum, quod perquam validum est, & sub poplite reponitur, ex media posteriori tibiæ regione pronascitur, & rectà sursum fertur, duo educens capita, quæ in posteriorem vtrorumque femoris capitum sedem inserit, quà maximè hæc inuicem abscedunt. Secundum in articuli medio consistens, validisimum est & cartilaginis naturæ compos, & totum ex paruo colle inter duos tibiæ sinus reposito enatum, in posteriorem femoris partem, quà capita inter se maximè distant, non procul à nuper commemorato applantatur. Præter hoc ligamentum, aliud etiam nonnunquam in articuli medio ligamentum occurrit, lubricum ac tenue, ad anteriorem prædicti regionem, quod pariter à tibia in femur excurrit. Tertium exteriori genu regioni adnatum teres, ac validum est, & tibiam fibulamque femori deuincit, parsque ipsius humilior [e] septimi musculi capiti substernitur, quem pedis motus auctorem fecimus. Quartum ligamentum interiorem genu sedem occupans, tenuius est, ac mollius secundo, quandoquidem inibi haud valido insigniter opus est ligamento; & ab interno femoris latere ortum, versus quartum ligamentum exteriùs consistens, in priora contendit. Anterior genu sedes, licet peculiari vinculo destituatur, molæ tamen ac tendinibus, quibus obuincitur, firmiter admodū colligatur, qui articulum ita constringunt, vt neq; peculiari, neq; cōmuni ligamento sit opus. [f] Præter

hæc autem commemorata ligamenta, peculiaris etiam cartilago in genu habetur, neruo nonnihil durior, cartilagine verò mollior; quæ quantum momenti ad articuli huius robur habeat, superiore libro demonstrauimus. Ex huiusce cartilaginis labijs ligamina quædam circum enascuntur, eam tibiæ, ac femori colligantia. [g] Tibia etiam fibulaque superiori sede valido admodum vinculo connectuntur, quod ossa hæc, quemadmodum aliud quoduis ligamentum solet, vndique circũdat extrinsecus. Quà verò tibia fibulaque inuicem distant per ipsorum longitudinem [h] tenue ac latùm habetur ligamentum, illi simile, quod inter vlnam ac radium exporrigi tradidimus; quod à tibia in fibulam contendit, fibris quibusdam donatum, obliquè deorsum à tibia in fibulam excurrentibus. Ligamenti huius munus est, tibiam fibulamque colligare, & anteriores musculos à posterioribus dirimere, ac musculis à crure nascentibus maius robur addere. Pedis ligamenta nonnulla iam recensuimus, transuersa nimirum; sub quibus aliquot musculorum tendines deferuntur; quorum aliqua pedis quoque osium commissuræ conferunt; quædam verò tendinibus duntaxat custodiendis deducendisque vsum præstant. [i] Primum igitur ex transuersis ligamentis in tarso consistit, & tibiam fibulæ connectit, præterquam quod plurimos transmittit tendines. [k] Secundum ab interiore malleolo proficiscitur, & in calcem inseritur, osium quoque colligationem adiuuans. Id quamuis vnicum videatur, si tamen sedulo attenderis, tria tibi occurrunt, veluti anuli tres; quorum vnumquodque priuatum obtegit sinum, quo tendo hunc in modum deducitur. Calci proximus, [l] musculi tendinem transmittit, qui secundum pollicis internodium flectit. Secundus primo asidens [m] tẽdini viam præbet tertios quatuor digitorum articulos flectenti. Per tertium, [n] quinti musculi tendo defertur, pedẽ mouentis. [o] Tertium transuersum ligamentum, à fibula in calcem porrigitur, & duo hæc ossa colligat: vbi verò duobus in hoc osse insculptis sinibus obtenditur, hoc tantummodo præstat, vt [p] septimi & octaui musculi pedem mouentium tendines, qui per eos deducuntur, quò minus elabantur continet. [q] Alia quinetiam in inferna pedis digitorum regione transuersa ligamenta consistunt, illorum instar, quæ in manus digitis haberi narrauimus, & præter hæc alia etiam complura. In primis vnum à tibia in fibulam procedens, vtranque inferiùs colligans, latum ac tenue perinde, ac reliqua articulorum ligamenta existens. Aliud quod tibiam fibulamque talo connectit, communibus articulos amplexantibus ligamentis consimile, & quatuor quæ quatuor tali osis latera quatuor illis osibus copulant, quæ illi committi retulimus. Ex hisce autem quatuor ligamentis quædam os circum circa compræhendunt, quædam inter os, atque os adiguntur. Primum ipsorum ab externo tali latere proficiscitur, & in internum tibiæ processus latus innascitur, duo hæc ossa colligans. Secundum externam sedem occupat, primo consimile. Tertium præualidum & cartilaginis naturæ compos, ab inferiore tali sede, iuxta ipsius ceruicis radicem, quà calci committitur, exortum adipiscitur, & eidem osi inter duo latera, quibus talo coarticulatur, inseritur. Quartum tali os nauiformi connectit, ex tali ceruicis radice natum, & prædicto osi consertum, vniuersumque ambiens articulum. Præter quatuor hæc, membraneum aliud ligamentum omni ex parte calcis cum talo ambit connexum; & validum quoque aliud ex tali ceruice, vsque ad os tesseram referens contendit. Aliud insuper adest, quo calci os osi huic tesseram imitanti colligatur, quod robustum quoque est, & cartilaginis naturæ particeps, sed articulum duntaxat amplexatur. Tarsi ossa quemadmodum & brachialis, duris & cartilagineis quibusdam vinculis tum inter sese, tum etiam nauiformi committuntur. Præter quæ, in inferiori tarsi regione validum & peculiare consistit ligamentum, quod non solum ossa ipsius vincit, verùm etiam inter ossa inditur, ea inuicem firmiter connectens. Supersunt nobis recensenda pedij, ac digitorum ligamenta, quibus enarrandis, cùm manus ligamentis sint consimilia, supersedebo.

Tibiæ ac fibulæ ligamentum.

Primum tarsi ligamẽtum transuersum.

Aliud pedis osiũ ligamentũ.

g tab.xv.fig.xvii.Υ.
h ead.a.
i t.iii.ϡ.t.ii.A.
k t.iii.υ.
l t.xiiii.A.
m ead.ηθ.
n t.xv.fi.xv.DE.
o t.ii.Σ.
p ead.χΨ.
q Hęc & quę sequuntur ligaměta nulla ratione in figuris exhiberi posũt.

De Musculorum Numero. Cap. 41.

MVsculorum omnium catalogum maiori qua potui breuitate recensui, quorum numerus difficili negotio sciri potest, non quòd enumerari non possint, sed quòd variæ de hoc habeantur sententiæ. Alij siquidē musculum, quo brachium pectori abducitur, vnius loco recensent, vti nos facimus, continuationi ipsius attendentes. Alij duplicem statuerunt, fibrarum varietatem spectantes, siue forsan triplicem. Eodem modo nos secundum musculum scapulas mouentem vnius vice habemus; Alij vero, animum vario muneri attendentes, duplicem faciunt. Idem euenit de musculo brachium attollente, nec non de musculis omnibus triangularibus, femur mouentibus. Nonnulli etiam singulis costarum interuallis quaternos assignant musculos, functionum spectantes varietatem, vt ipsi facimus; alij verò binos. Sic aliæ insuper complures in musculorum numero constituendo, variæ rationes habentur: attamen si diuisioni, quam nos in eorum historia instituimus, attenderis, nouem supra quadringētos in vniuersum exurgent. Horum verò sciendum est, duos frontem mouere; tres vtranque palpebram; quinque vnumquemque oculum; quatuor nasum; totidem labia; quatuor malas; octo inferiorem maxillam; totidem os hyoidis, decem linguam, octodecim laryngem, decem quidem proprios, octo autem communes. Capitis motus musculi quatuordecim absoluunt; Dorsi sexdecim, brachiorum quatuordecim, scapularum octo, thoracis nouem & octoginta, ex quibus octo abdomini deseruiunt. Vlnæ vtriusque motibus decem præsunt; octo vtriusque radij, sex & quinquaginta manus digitorum, quatuor genitalis, duo testium, tum in maribus tum in fœminis, vnus colli vesicæ, tres ani, viginti femoris, totidem crurum, octodecim pedum, quatuor & quadraginta pedis digitorum. Sicque musculorum historiam absoluimus.

De Membrana, quæ ossibus circumtenditur περιόστεον dicta, Cap. 42. & vltimum.

PRo libri huius absolutione, de membrana duntaxat nobis agendum superest quæ ossa extrinsecùs obuincit, græcis ob id περιόστεον dicta. Hæc vna est ex spermaticis corporis nostri partibus, vnà cum ipsis, nec tamen ex ipsis priuatim genita Constat autem ex tenui tunica, & sensu admodum exquisito pollet, cui id peculiariter muneris concreditum est, vt sensus in ossibus defectui suppleat. Egimus igitur de Cuticula, Cute, Adipe, Membrana carnosa, de Musculis, & Periostio, quæ sunt omnes ossa vestientes, & obtegentes partes.

PRIMAE MVSCVLORVM TABVLAE CHARACTERVM INDEX.

PRIMA hac tabula refert figuram hominis, cui cutis cum sua adipe ac venis, totaq; membrana carnea adempta sunt; ea tantum parte carneæ membranæ excepta, quæ musculi naturam induit. Verùm lector monendus est, hanc differre à Vesalij figura, quod in hac carnis fibrarum ductus, quo modo singulæ inserantur in suos musculos, apertius demonstretur.

A Musculus frontis.
B Musculus temporalis.
CC Claudentes superiorem palpebram.
D Alas nasi aperiens.
G Pars anterior ossis iugalis.
H Musculus labri superioris, quadam sui parte nasum petens.
I Principium masseteris.
Γ Latus musculus carnosa cõstans mẽbrana, & pręcipuus buccarum labiorumque, & anterioris colli cutis motuum. Quod autem ad pręsentis musculi fibrarum progressũ attinet, K ad L vsque, notat musculi principium, è regione ossis pectoris ac mediæ clauiculæ sedis ossi pectoris proximæ incipiens, cuius fibræ recto tramite sursũ ad M, exporrigũtur. Et ab L, ad N, notatur principium, quod oritur ab altera medietate clauiculę, & à summo humero: Inde per obliquum ascendit versus partem anteriorem. Notandum autem est, hunc musculum vt plurimùm nõ habere eam latitudinem, quam ei Vesalius tribuit in tertia musculorũ tabula: sed neque vnus musculus iungitur alteri, sine interuentu membranæ carnosæ, quam hic secuimus, quo liberos musculos relinqueremus.
KL
MN
P Musculus brachium attollens, cuius in hac figura dimidium tantum conspicitur, in sequẽti reliquum apparebit insignitum M.
Δ Musculus brachium pectori adducens, qui in quarta tabula à pectore diuulsus notabitur eodem charactere.
R Membranea pars huius musculi, quę neruosæ tenuitati primi abdominis musculi iungitur.
S Carnea eiusdem portio, quæ nascitur ex sexta, & septima costa.
Q Præsentis musculi insertio, quæ clarius apparebit tabula proxima.
V Musculus brachium deorsum trahens.
5.6. 7.8. His numeris insertiones musculi thoracem mouentium secundi notantur.
Θ Abdominis musculus obliquè descẽdens, qui cũ suo coniuge vniuersam abdominis sedem cooperit. Exortus præsentis musculi numeris indicatur, quibus secundi thoracem mouẽtis musculi insertiones significãtur, linea verò in medio ventris conspicua ab R ad X ostẽdit quo loco hi musculi concurrant.
X Penis sua cute preputio liberatus.
Y Vasa seminaria.
E Testes obuoluti membrana carnosa.
Z Musculus anterior cubitum flectentium.
aa Posterior cubitum flectentium musculus.
b Musculus cubitum extẽdens, qui ab humiliori scapulę costa principiũ sumit.
c Musculus bicorni tendine brachiale extendens.
d Musculus radium in supinũ ducens.
e Superior radium in pronum mouentium musculus.
Λ Secundus brachium flectentium musculus: huius initium ostendit f, & h, tendinem.
Π Musculus latum summę manus producens tendinem, cuius principium indicatur i, tendinis verò principium k.
i k


TABVLA · I · LIBRI · II ·

n Portio musculorum, quorũ alter brachiali, alter verò pollici tendines offert.

o Excarnis primi pollicis internodij sedes.

p q Duo musculi hac parte vidẽtur, quorum qui notatur p, inseritur in brachiale, & qui q, in duos secatur tendines, ex quibus vnus in pollicis primum articulum inseritur, alter verò in eiusdem pollicis sequentes articulos se recipit.

Σ In dextro crure primus notatur motus opifex, cuius initium s, insi-

s t u gnitur, tendo autem t: u verò ipsius insertio.

2 Finis secundi crus mouentium musculi. Finis tertij.

3

Φ Sextus tibiam mouẽtium musculus,

x y cuius principiũ notat x: y verò sedem vbi carnosus esse desinit, mẽbranæque modo totũ femur obuestit, hæc sæpe in vulneribus femoris periculum adfert.

α Musculus tibiam mouentiũ nonus.

β Octauus.

γ Portio sexti & septimi musculorum femur mouentium. Inguinũ præterea glandulæ.

δ Octauus femur mouentium.

ε Secundus tibiam mouentium.

ζ η Excarnis tibiæ osis pars. η vero internum malleolum.

ψ Sextus musculus mouentium pedẽ:

θ huius ortum indicat θ. ipsius vero

κ tendinis initium notat κ. & finem eiusdem ζ.

λ Septimus ex pedem mouentibus.

μ Tendo musculi pollicem erigentis.

ν Musculus quatuor digitos extẽdẽs.

ξ Qui pollicem in latus internum à cęteris digitis abducit.

ο Ligamen trãsuersum in collo pedis, quod in alterũ latus sectione reflexum est.

ϖ Tendo noni musculi pedem mouentium.

ρ Primus pedem mouens.

ς Quartus.

τ Tẽdo tertij musculi lõgus ac gracilis.

υ Musculus tertiũ quatuor digitorum os flectens.

φ Pedem mouentium quintus.

TABVLA II.

*F*IGVRA *hac nihil quo ad sectionis rationem differens, oculis in latus versa exhibetur: in hoc à Vesalij tabula dissentiens, quòd in hac appareant musculi faciei, quodq; mẽbrana sexti musculi tibiam mouentium diuulsa sit, quo manifestiores sint musculi.*

a Vnus ex musculis frontis.

b Primus musculus palpebrę supioris.

c Qui narium alas diducit.

d Vnus musculorum labij superioris.

A Temporalis musculus.

B Os iugale: foramen illud ad osis huius terminum, meatus auditorius est.

C Musculus mansor, seu masseter.

D Musculus buccarum motibus subseruiẽs, & ex vna maxilla in alteram pronatus.

E Musculus ab inferiori maxilla in os hyoides productus.

F Musculus à pectoris osse in os hyoides insertus.

G Tertius musculorum laryngi cõmunium, qui ex elatiore osis pectoris sede enatus, finitur in primam laryngis cartilaginem.

H Quædam glandulæ retro auriculam.

I Primus capitis musculus.

K L Dimidia pars musculi mouentis humeri scapulam, quę in noua tabula ostendetur sub Γ & Δ.

M Musculus brachium mouentiũ primus. Idem manifestior erit in tab. 4. nota Ξ, & in decima Δ.


N Secundus cubitum flectentium.

O Cubitum extẽdens musculus ex ima scapulæ parte enatus.

P Hic quoque cubitum extendit, nascitur autem ex summa scapulæ parte.

Q Hac in parte duo prædicti musculi cubitũ extendẽtes coeunt. Quod autem insignius protuberat, tertius musculus extẽdens sub eo latus, in causa est.

R Cubiti apex in quem inseruntur musculi extendentes cubitum.


TABVLA II · LIBRI II ·

S	Musculus radium sursum ducens.
T	Extendens carpum in geminum tē-dinem desinens.
V	Musculus indicem, medium, & annularem extendens.
X	Minimum præcipuè extendens.
Y	Carpum extendentium infimus.
a	Musculus flectentium brachiale inferior.
b c	Duo hic notãtur musculi, quorũ superior b, insignitus, carpo inseritur, inferior autē cui c, inscriptũ est, in duos secatur tendines, vnũ primo pollicis nodo inserens, alterum eiusdem duobus superioribus nodis.
1.2.	3.4.5.6. His numeris notatur transuersum ligamentum in exteriori sede cubiti repositũ: quod in tot rursus annulos diuiditur, quod numeris insignitur, quanquã ibidem non satis manifesti sint.
d	Musculus pollicem indici iungens.
e	Musculi pollicem indici applicantis tendo. Verùm post hac obseruandi erunt characteres brachij sinistri, in eoque spectandi, tum qui in dextro conspicui sunt, tum præter eos plures alij. Idē igitur significant N P S T a b c d e. Item numeri 4. 5. 6. in manu sinistra atq; in dextra. At priuatæ dextræ manus notæ sunt hæ.
Z	Anterior cubitum flectentium musculus.
f	Musculus superior radium in pronum mouentium.
g	Musculus superior brachiale flectentium.
h	Musculus latum in vola producens tendinem.
i	Musculus gibbam scapulæ sedē occupans, extrorsum brachium circumuertens.
k	Musculi huius ope brachiũ retrorsum flectitur ad superiora nonnihil vergens.
l m n	Musculus brachium sursum trahēs. cuius inferius tabula nona indicium erit O, & in decima Θ.
Δ	Musculus qui brachium ad pectus applicat.
ooo	Extremæ musculi pectus mouentis insertiones, quæ in medium octo costarum instar octo digitorum inseruntur.
ppp	Abdominis musculi obliquè descendentis exortus.
q	Primus tibiam mouẽtium musculus qui in proxima figura notabitur cum o.
r	Sextus tibiam mouẽtium musculus.
s	Pars musculi noni tibiã mouentiũ, qui in quarta tabula sub Φ cōspicuus erit.
t	Septimus tibiam mouentium.
u	Primus musculus femur mouentiũ.
x	Maior processus osis femoris.
y	Conspicua secundi femur mouentis musculi pars: reliqua tegitur musculo primo mouente femur, & cum sexto tibiæ motore.
α	Quartus tibiam mouens.
β	Tertius.
γ	Secundus.
δ	Quintus.
ζ ε	Quartus mouens femur, cuius extimam partem notat ε, anteriorem verò ζ. Idem musculus visitur septima tabula sub β, & in octaua sub Φ, & c. & ĩ duodecima Ξ & Σ.
η	Octauus tibiam mouens.
κ θ	Excarnis tibiæ osis pars, verùm interior malleolus priuatim κ notat.
λ	In vtroque crure suram constituens musculus, qui mouentium pedem primus est.
μ	Pedem mouẽtiũ musculus secũdus.
ν	Gracillimus totius corporis tēdo enatus à musculo, qui pedem mouentium tertius est.
ξ	Maximus inter suram constituentes musculus, qui pedem mouentium quartus est.
ϖ	Tertium articulum quatuor digitorum flectens.
ρ	Pars quinti musculi pedem mouentium.
σ	Transuersum ligamentum ab interno malleolo in calcem pronatũ.
τ	Pollicem à reliquis digitis introrsũ deducens.
υ	Ligamentum musculo flectendi secundos articulos quatuor digitorum obnatum, & lati manus tendinis vicem in planta gerens.

υ Ligamentum musculo flectendi secundos articulos quatuor digitorum obnatum, & lati manus tendini vicem in planta gerens.

φ Sextus musculus mouentium pedẽ.

χ Septimus.

ψ Octauus, huius itemque septimi tendo inferius notatur Σ.

ω Extendens quatuor digitos musculus, cuius finis in duos diuisus tendines, cum in hac, tum in quarta figura signatur Ω.

Λ Δ Transuersum ligamentum tibiæ ossi, & fibulæ commune.

Θ Tendo musculi pollicẽ extendẽtis.

Ξ Inferior fibulæ articulatio, malleolũ externum constituens.

Σ Transuersum ligamẽtum à fibula in calcem pertinens.

Π Musculus minimum digitum à reliquis abducens.

Tabula III.

PRæsens *tabula anteriorẽ corporis faciem magna ex parte notans corpus exprimit, à quo cutis cum adipe carneaq; membrana, venis cutem transmeantibus, & quibusdã musculis inter deglubendum (ut ferè fit) auulsis, sublata sunt: quandoquidem hanc tabulam in pictorum gratiam imprimis posui, quos relicti in membrana carnosa musculi valdè turbassent, quanquam his sanè non sat sit musculos in superficie positos ad admusim tenere, immò præter ossiũ accuratissimam cognitionem, summa diligentia cuiusque musculi munus perspectum ipsis esse debet, quo sciant quando musculum aliquem aut breuiorem, aut longiorem, aut compressum magis, aut protuberantem depingere debeant, hoc axioma perpetuò ob oculos habentes, musculum dum os mouet, idq; vt sic dicam, ad suum ventrem retrahit, breuiorem, multoq; prominentiorem fieri, & ad ipsius ventris medium colligi: cùm autem è conuerso musculos os dimittit, ipsumq; os aliò agitur, quàm ab eo musculo duceretur, musculi ventrem (cui duntaxat illi artifices animum accommodant) produci ac subsidere minimumq; protuberare, qua ratione sæpe accidit, vt contactus alteri subiacẽs musculus superiorem faciat protuberare; pictores autẽ, quoniam hunc agere existimant, non sine turpi errore contractiorem depingunt.*

A Glandulæ plurimæ sitæ sub aurium radice.

B Musculus natus à summo mento in os υ imaginem referens insertus.

C Musculus eiusdem ossis natus ex altissima ossis pectoris parte.

D Musculus eiusdem ossis à superiori scapulæ costa in os hyoides insertus, hic in sequenti figura notabitur VV. in quinta cum R & S. sedes quæ vtrinque ad D literæ visitur latera, neruos continet sexti paris neruorum cerebri internis iugularibus venis, & arterijs soporalibus comitatos.

F Musculus septimus mouentium caput, à pectoris osse, & clauicula ĩ mamillarẽ processũ implantatus.

G Portio musculi scapulam mouentiũ secundi, apparebit autem totus in nona figura sub Γ & Δ, & in proxima dimidius sub K & L.

H Hac parte meant venæ iugulares, sub quib⁹ apparet musculus ossis hyoidis notatus D. est autẽ ille quem ostendemus in figura octaua notatum C.

I Clauiculæ anterior sedes, quæ ex carnis occurrit.

K Musculus brachium mouentium primus.

L Secundus brachium mouentium.

M Os pectoris.

NN Musculi tertij brachium mouẽtium pars, superiori tabula notatur Γ.

OO Capita musculi mouentis pectus. Idẽ in octaua tabula notabitur F.

PP Præsens digitorum effigies, exortus est musculi primi abdominis obliquè descendentis.

ΔΔ Musculi recti qui apparent sub abdominis primo, & secũdo musculis.

Q Anterior cubitum flectentium musculus.

RR Musculi iam dicti interioris capitis carnosa pars, integri musculi ritu protuberans.

SS Secundus musculus brachiũ flectẽs.

T Musculus extendentium brachium primus.

V Superior musculus eorum qui radiũ in pronum agunt.

X Musculus ad indicem post brachiale subiens, idque flectens.

Y Musculus latum tendinem in manu producens: ab huius latere conspicitur musculus, flexionis secundi quatuor digitorũ articuli auctor, quem quintæ tabulæ Θ indicat.

Z Musculus brachiale flectens.

a Radium in supinũ ducẽs musculus.

b Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

c Duo musculi, quorum vnus tendinem brachialis ossi pollicem sustinenti præmittit: alter in binos diuisus tendines, vnum primo pollicis ossi; alterum secundo & tertio infigit.

d Tendo musculi pollicem indici applicantis.

e Tendines in exteriorem indicis faciem exporrecti.

3. 4.5.6. Copulæ trãsuersæ, quæ in externa carpi facie cõspiciunt̃, quas tamen ægrè pictor exprimat.

h Musculus pollicẽ indici cõiungens.

i Musculus ab indice pollicẽ abducẽs, cuius à latere positus est musculus primũ pollicis articulum flectens.

q; Musculus tendinem membraneũm volæ adiuuans.

k Membrana carnosa testes obuelans.

l Glandulæ inguinũ cauitati infartæ.

m Octauus mouentium femur: tabula octaua notabitur Σ.

n Origo sexti femur mouentium musculi, tabula octaua notatus Θ.

o Primus tibiæ musculus, ex ilium ossibus pronatus.

p Secundus tibiæ musculus à pubis ossium cõmissura originem ducẽs.

q Musculus inter tibiam mouentes sextus: huius elatior pars carnosa est; eiusq; sublata est membrana, quo melius conspiciantur musculi.

ρ Secundus coxam mouens, qui decima tabula notatur Σ.

r Septimus tibiam mouens.

ſ Nonus.

t Octauus.

u Tendo quarti tibiam mouentiũ musculi.

xy Tibiæ os, nullo obtectum musculo.

z Sextus inter pedem mouentes musculus.

α Quatuor pedis digitos extendens.

β Nonus mouentium pedem.

γ Tendo musculi pollicẽ extendẽtis.

δ Ligamentum ex transuerso ceruici pedis incumbens; subtus autem transeunt quorundam musculorum tendines ad pedem.

ε Exterior, seu fibulæ malleolus excarnis.

ζ Septimus musculus mouentiũ pedẽ.

η Secundus pedem mouens.

θ Primus musculus pedem mouentiũ.

κ Tertij musculi pedẽ mouentis tẽdo.

ι Tendo quarti musculi pedis.

λ Musculus quatuor pedis digitorum tertium os flectens.

μ Portiuncula quinti pedem mouentium: verùm hæc, vt & reliqui apparentes in tibia sinistra, manifestiùs conspiciuntur in tabula superiore.

ν Transuersum ligamen à talo ad calcaneum pertinens.

ξ Musculus pollicẽ introrsũ curuans.

ϖ Musculus cæteris digitis applicans pollicem.

TABVLA IIII.


PRÆSENS *tabula quamplurimos præcedentis tabulæ musculos sectionis serie ademptos commonstrat, & deinde plerosque, qui prioribus figuris nondum in conspectum venere videndos offert: quod omnes ad octauam vsque musculorum tabulam subsequẽtes tãtisper præstabunt, dum ossa anteriori facie nuda conspiciãtur.*

Γ Musculus temporalis, cuius principiũ semicirculo non absimile A, B & C circumscribitur.

ABC

D Ossis iugalis externa sedes, quæ excarnis est.

Δ Masse-


TABVLA III LIBRI II

Δ Masseter qui inter musculos inferiorem maxillam mouentes secundus describetur. E huius musculi principiũ à mala exortum. F principij ipsius portio auri proxima. Cæterùm ab E ad F, totus ipsius principij ductus secundum iugalis ossis longitudinem metitur.

G Infima musculi insertionis sedes notatur. Porrò si triangulo hunc assimilare lubet, E, F, & G, tres angulos tibi proponere finges.

H Neruulus minoris radicis tertij paris neruorum cerebri, hac frõtis musculosam compagem, & elatiorẽ palpebram petens.

I Neruulus dictæ modò radicis ad superius labrum, & externã alæ nasi sedem propagatus.

K Cartilago in quam sinistrum nasi os desinit.

L Ala nasi dextra dictæ modò cartilaginis extremo alligata incũbésq;. Inter K & L, narium cute iã ablata cum quibusdam membraneis ligamentis, in conspectum venit anterior alæ nasi musculus nimisquam tenuis.

M Musculus à superiori maxilla in inferiorem insertus, ac buccas mouentium secundus.

N Musculus dexter inferiori labro peculiaris.

O Vix cõspicua est huius musculi portio, qui inferiorem maxillã deorsum vellit.

P Hac sede os reponitur υ imaginem referens.

Q Musculus à temporum ossis processu styli formam imitante enatus, ac ossi υ simili insertus.

R Musculus dexter ab inferiori maxilla in os υ referens, insertionẽ tentans, cuius cõiunx nonnihil quoq; hic se spectandum præbet.

ST Dexter & sinister ossis υ imaginem experimentis musculi, à pectoris ossis summo pronati.

V V Musculus gracilis & longus, qui à superiori scapulæ costa ossi υ referẽti implantatur.

Θ Musculus capitis motib9 subseruiẽs.

X qui ob osse pectoris principiũ X notatum sumit, deinde aliã principij partem Y indicatam, à clauiculæ sede pectoris ossi proxima obtinet. Cæterùm Z insertionẽ ipsius insinuat, qua vniuersũ mamillarem capitis processum amplexatur.

a Clauicula magna ex parte anteriori ipsius sede excarnis.

b Musculi scapulam mouentiũ secũdi in latiorem clauiculæ partem, & summum humerum insertio.

c Musculorum hic magnam obscuritatẽ pariunt vasa caput adeuntia, & nerui in brachium excurrẽtes.

d Musculus à clauicula in primam thoracis costam insertus, ac thoracem mouentium primus.

Ξ Musculi brachiũ attollentis anterior pars, posteriorem decima ostendit tabula adhuc in sua sede repositam, ac Δ præcipuè insignitam. Proximè autẽ sequens tabula anteriorem hanc partem ab exortu liberam reflexamque, ac γ notatã commonstrat.

e f g Porrò in præsenti figura e, f, & g, cõspicuam hic musculi brachiũ attollentis partem, triãguli ritu describunt.

h Musculi brachium pectori adducentis insertio, quam in sinistro brachio Q, & T notaui, & ipsi musculo Δ quoque imposui, quo hi characteres ad præcedentis tabulæ notas referãtur, ad quam quoque K, L, & R, spectant.

QTΔ

KLR


i Pectoris os liberum ab initijs musculorũ brachia pectori adducentiũ.

2 3 4 Secunda, tertia & quarta thoracis costæ, ad quas reliquæ seriatim subsequuntur, atque in harum interuallis exteriores musculi intercostales sunt obuij. Lineæ autem in costis ductæ, atque ad characterũ sinistrum consistentes, ossa costarum ab earundem cartilaginibus determinant: sunt enim illæ notæ cartilaginibus inscriptæ.

k Musculus scapulã mouẽtiũ primus.

l Musculus thoracem mouentium secundus.

m In sinistra axilla m latitat, musculum


TABVLA IIII LIBRI II
NB

notans quo brachiũ deorsum trahitur, idque mouentium quartus habebitur.

n Sinistri lateris rectus abdominis musculus, hic altiùs quàm obliquè ascendẽtis musculi neruosa tenuitas conscendens.

o Abdominis musculus obliquè descendens, quem hic in posteriora ab abdomine reflexum finximus.

Π Abdominis musculus obliquè ascendens, ac totam, vti conspicis, sui lateris abdominis sedẽ amplectens, quem quodammodo circumscribunt o, n.

pp Portio obliquorum abdominis musculorum descẽdentium, quæ ad albam in abdomine apparentem lineam est relicta. Cæterùm *p* inferius significat penis cõstructionẽ, qui ad pubis os, quà primùm flaccidus, deorsum denuò propẽdet, dissectus est. Duo itaque velut insigniores circuli, duo ipsius sunt corpora: circulus autem sub illis consistens, meatus est vrinæ seminique communis.

q Os brachij.

r Vasa seminaria, quæ hic priuatim enarrare non proposui, quemadmodum etiam neque testis musculum, cui vt à vasis distingueretur, ſ asscripsi.

t Musculus cubitũ flectentiũ anterior.

u Musculus cubitum extẽdens, cui ab humiliori scapulæ costa principiũ præbetur.

xx Posterior cubitum flectentium musculus.

y Musculus superior radium in pronum ducentium.

α Radium in supinũ agentiũ longior.

β Musculus quatuor digitorum secundos flectens articulos.

Σ Musculus ab interiori humeri tubere exortus, vlnæ exporrectus, & brachiale flectẽs: *γ* ipsius caput, *δ* ipsius insertionem denotat.

e Musculus alter brachiale flectẽs, hicque deorsum dependens.

ζ Musculus primũ parui digiti internodium versus exteriora flectẽs.

η Hic musculus propendet paruũ digitum à reliquis in extremum latus abducens.

θ Transuersum ligamẽ in interna brachialis sede obuium, tẽdinibusq; hac repentibus obductum.

ι Musculus maior, primum pollicis os flectentium.

κ Propendet hic ab insertione musculus, cuius beneficio pollicẽ ab indice maximè remouemus.

λ Latus manus tendo vnà cum ipsius tendine; à summis quatuor digitorũ aciebus in sinistra manu dependens. Præterea hic in vtriusq; manus vola tẽdines occurrũt mucosis membranis induti, atque ad digitos quo illos flectũt, protensi.

μ Secũdus femur mouentiũ musculus.

ν Primus femur mouentiũ musculus.

ξ Ossis sacri ossis sinistro lateri commissi sedes, à qua primum & sextum tibiã mouentes resecuimus.

& Charactere & sedes insignit maioris exteriorisque femoris processus.

Φ Nonus tibiam mouentiũ musculus, cuius initiũ supra coxẽdicis articulũ incipiens *o* notatur, *ϖ* verò tendinis ipsius principiũ, *ρ* sedes indicatur, qua præsentis musculi tẽdo subditis cõnascitur tẽdinibus.

σ Musculus femur mouẽtiũ septimus.

τ Musculus femur mouentium sextus, suo tẽdine cum septimo hac prorepens.

υ In sinistro femore musculus *υ* insignitur, femur mouentiũ octauus.

φ Quinti femoris motui seruientium musculi anterior portio.

χ Secundus tibiam mouentium.

ψ Octauus tibiam mouentium.

ω Septimus tibiã mouentiũ musculus.

23 Primus tibiam mouentiũ musculus,
3 4 Sextus tibiam mouentiũ, 4 Sextus pedem mouẽtium musculus, vnà vt duo præcedentes, ab insertione pẽdens. Cæterùm in dextro crure etiam obseruatur primi tibiam mouentium, & huius sexti pedem mouentiũ insertionis portio, huius quidẽ insertioni in charactere 6. illius verò 5 insignito.

5.6.

7 Septimus pedem mouentium musculus.

89 Excarnis tibiæ osſis pars, à cuius externo latere ſextus pedem mouẽtiũ muſculus ablatus eſt. Verùm 9 priuatim interiorem notat malleolum.

Ψ Muſculus quatuor pedis extẽdẽs digitos: 10 ipſius exortus inſignitur:
10.11 11 verò ipſius ſedes, qua portionẽ ſuam emittit, quam noni pedem mouentis muſculi loco numerabimus, & hic Ω notauimus.

Ω

12 Muſculi Ψ inſigniti ſedes, quatuor tẽdines, quibus quatuor digiti extenduntur, pullulans. Ω vti & iam paulò antè ſcripſi, muſculus notatur inter pedis motores nonus, qui bicorni tendine inſertionem 13 notatum tentat.

14 Muſculus pollicem extendens.

15 Muſculus pedẽ mouentiũ octauus.

16 Muſculus pedẽ mouentiũ ſecundus.

TABVLA V.

HÆC à Veſalij Tabula differt, quod in hac muſculi in humano ſolùm corpore inuenti depingantur, in illius verò tum ſimiarũ, tum aliorum brutorum.

A Foramen quo neruulus tertij paris neruorum cerebri, frontis & ſuperioris palpebræ muſculoſam petit ſubſtantiam.

B Temporalis muſculus.

C Hic magna osſis iugalis portio execta eſt, vt temporalis cum maſſetere, quem D inſigniuimus, coitus in conſpectũ veniret. D autem eſt ſecundus inferiorem maxillã mouentium.

E Foramẽ quo ſurculus tertij paris neruorum cerebri, ad ſuperius labrũ, & alam naſi deducitur.

F Amplus muſculus à ſuperiori maxilla in inferiorẽ productus, ac buccarũ motibus ſeruiens ſecundus.

G Nerui vtrinque ad hunc characterẽ occurrẽtes, labro inferiori exporriguntur. Cæterùm ſuperior characteris ſedes, fungoſam labrorũ ſubſtantiam inſinuat ad vtrũque labrum conſpicuam.

HI Muſculus inferiorem maxillã deorſum trahens. Singuli characteres ſingulos eius muſculi ventres notant, in quorum medio excarnis tereſque muſculi pars conſiſtit.

K Portio muſculi caput mouentis, ac à pectoris oſſe & clauicula enatus, toti mamillari proceſſui inſertus.

L Os υ imaginem referens, à quo primum, ſecundum & tertium par eorum, qui id mouent muſculorum reſecuimus.

M Primus & ſecundus linguę muſculi, ab oſſe hyoide pronati.

N Laryngis cartilago ſcutum referens, & iam narrandis muſculis adhuc obtecta.

Θ Dexter duorum muſculorum ab oſſe υ referente, in cartilaginem ſcuto ſimilem inſertorum.

P Dexter muſculorum, qui à pectoris oſſe ſcutum imitanti laryngis cartilagini inſeruntur. Ad huius muſculi exterius latus, congeries viſitur ſoporariæ arteriæ, interioris venæ iugularis, & ſexti cerebri neruorum paris, ad notam *

Q Aſperæ arteriæ anterior ſedes.

RS Muſculus oſſi υ imaginẽ exprimenti proprius, & à ſcapulæ ſuperiori coſta enatus.

T Portio muſculorum ſecũdi paris caput mouentium.

V Tertius ſcapulam mouentium muſculus.

X Tertius ſpinã mouentiũ muſculus.

Y Dextri lateris clauiculã hic à pectoris oſſe auulſimus, adhuc ſummo humero connexam, & ſibi adhuc muſculum ſeruantem, qui thoracis motorum primus numerabitur, hicque Z inſignitur.

Z

a Summus humerus, ſeu ſcapulæ elatior proceſſus.

b Interior demiſſior'ue ſcapulæ proceſſus.

c Ligamentum brachij osſis ad ſcapulam articuli peculiarium quartũ, ab interiori ſcapulæ proceſſu ſummum humerum petens.

d Ligamentum teres ab apice interioris ſcapulæ proceſſus, in anteriorẽ ſedem externi capitis humeri inſertum,

sertum, ac huius articuli primum, post membraneum, omnibus articulis commune.

e Aliud teres ligamentum, ex eminentissima scapulæ acetabuli sede, ad externum quoque humeri caput procedens, atque huius articuli ligamẽtorum peculiariũ secundũ.

f Hac sede duo ligamenta d & e insignita, suis lateribus vniuntur, & velut transuersum efformant ligamentum, transmittens caput externum musculi cubitum flectentium anterioris, ac mox ζ notãdi.

g Pectoris os, cui septem superiorũ costarum cartilagines vtrinque connectuntur.

h Prima thoracis costa, reliquæ dein etiam vnà cum ipsarum interuallis citra characterum opem sunt conspicuæ.

Γ Musculus scapulam mouentium primus. i & κ huius musculi princi-

i κ pium notant.

m Musculus qui à scapulæ basi pronatus, octo superioribus thoracis costis inseritur.

Δ Sinister rectorum abdominis muscu-

n lorũ, n carneum recti abdominis musculi principiũ triangulo non

o absimile. o principium eiusdem musculi nerueum, penè vniuersũ efformans musculum notat. Toto interuallo à p ad q pertinente,

p q recti abdominis musculi internis suis lateribus inuicem contingũt. Tota autẽ sede supra q, aut supra vmbilicum consistente, tanto magis musculi mutuò seiunguntur, quanto altiùs conscendunt. Cæterùm q notabit etiam obliquorum abdominis musculorum neruosæ tenuitatis, ad transuersum abdominis musculum hac in parte ad pectoris vsque sedem connexum.

u u u Inscriptiones, seu neruea delineamẽta, transuersim recto musculo impressa, quibus obliquè ascẽdentis musculi neruosa exilitas pertinacissimè connascitur.

x s Linea hęc portiunculam notat obliquè ascendentis musculi, qua is trãsuerso abdominis musculo ibi adeò validè committitur, vt inter dissecandum nisi relicto eiusmodi signo, à transuerso liberari nequeat.

y Transuersus abdominis musculus.

α Obliquè ascendens abdominis musculus ab abdomine reflexus.

β Vasorum seminalium portio. Cæterùm tres illi quodammodo circuli ad rectorum musculorum radicem, seu iuxta n & o, ac p cõspicui idem notant, quod in mox præcedente tabula, abiecti nimirum penis constructionem ac naturam.

γ Reuersa est musculi brachium attollentis anterior pars.

δ In dextro brachio insertionis pars adhuc reliqua est musculi brachiũ attollentis.

ε Excarnis humeri pars, inter duo capita apparens musculi cubitum flectentium anterioris.

ζ Cubitũ flectẽtiũ musculus anterior.

η Musculus cubiti extensionis auctor, cuius principium ab inferiori scapulæ costa pronascitur.

θ θ Posterior musculus cubitũ flectẽtiũ.

ι Superior musculus eorum, qui radiũ in pronum agunt.

κ Radiũ mouentiũ longissimus, cuius auxilio radius in supinũ ducitur.

Θ Quatuor digitorum secũdum os fle-

λ ctens musculus. λ ipsius principiũ sub musculo radio peculiari, & ι

μ notato, recõditum. μ musculi huius in quatuor carneas partes distributio, quæ postmodũ in singulos tendines degenerant, indicat.

ν ξ Transuersum interioris brachialis sedis ligamentum, lõga sectione diuisum, & vtrinque in latus reflexum. Verùm præterea ν musculũ priorem primum pollicis os flectentium commonstrat: ξ autem musculum, cuius ope primũ parui digiti internodium extrorsum flectitur. Porrò quod ad quatuor tendinum, secundum quatuor digitorum os flectentium seriem attinet, omnia sũt cõspicua, quamuis interim tẽdinibus indicem &

ο paruum digitum petentibus ο inscripserim.

ϖ Non-



TABVLA · V · LIBRI · II ·

ϖ Nonnihil hic sese offert musculus, quatuor digitorũ tertiũ flectẽs os.
ρ Portio musculi tertium pollicis os flectentis, qui in sinistro cubito est conspectior.
* Musculus vlnę exporrectus, quo brachiale flectitur.
σ Secũdus femur mouentiũ musculus.
τ Apparet hic obscurè femoris caput coxendicis ossis sinum subiens, & ligamento obductũ, sed τ in hoc pręcipuè adhibetur, vt ceruix, seu collum femoris hic indicaretur.
υ Femoris magnus exterior'ue processus.
φ Femur mouentium septimus.
χ Femur mouentium sextus.
ψ Femur mouentium octauus.
ω Quintus femur mouẽtiũ musculus.
Δ Septimus tibiam mouẽtium musculus
2 charactere 2 ipsius amplũ principiũ à radice magni femoris processus enatum.
3 3 hic in tendinem latum desinit, cum octaui & noni musculorum tibiam mouentium tẽdinibus commixtum vnitumque.
4 4 hæc linea illũ in anteriori femoris sede terminat, vbi octauus musculus ipsi primùm subijci incipit.
Ξ Octauus tibiam mouentium musculus.
Π Octauum quoq; tibiam mouentiũ musculum indicat, sed priuatim sinum ostendit, cui nonus tibiam mouentium musculus insidebat,
σ qui hic propendens σ insignitur. Maximam itaque sinus sedẽ octauus musculus cõstituit, verùm septimus eius tantam portionẽ efformat, quanta à linea 4 insignita, ad vmbrã septimi musculi vsq; protenditur, ita sanè, vt ab vtrisq; musculis sinus iste consurgat.
ς Hoc charactere musculus insignitur tibiam mouentium nonus, qui à suo exortu liberatus, à genu pendet, vbi septimi & octaui tibiam mouentium musculorum tendinibus commiscetur.
σ Hic propendet musculus tibiã mouentium secundus.
Σ In hac tibia, tibiæ os anteriori sede prorsus excarne cernit. Superest enim hic duntaxat ex omnibus musculis illi adnatis, musculus pedis pollicem extendens, & modò
Φ insignitus, cuius tendini 7 inscri-
7 ptum conspicis.
8 Septimus pedem mouentium musculus.
9 Octauus pedem mouentium.
Ψ Carnea moles in superiori pedis sede reposita, quæ in quatuor carneas partes digesta, quatuor educit tẽdines, & pollicem, & três ipsi proximos digitos in latus externum mouet.
Ω Hic prosternitur musculus quatuor extendens digitos, vnà cum ipsius portione, quam noni pedem mouentiũ musculi vice recẽsuimus,
& ac cui iam, &, characterem inscriptum cernis.

TABVLA VI.

SEXTÆ *tabulæ caput in posteriora reflexum est, & maxillam inferiorem in summo mento diuisam, & vtrinque in latera deductam refert. Hic iugalis ossis portionem execui.*

A Verùm A præterea insinuat temporalis musculi in acutum inferioris maxillæ processum insertionem.
B Acutus maxillæ inferioris processus.
C Sinistra maxillæ inferioris pars.
D Musculus in ore delitescens, qui internæ inferioris maxillæ sedi, vbi latissima est, inseritur, eamq; mouentium tertius habetur.
E Gurgulio à palati fine propendens.
F Glandula sinistra amygdalæ nõ absimilis, ac eminentissimè laryngis sedi apposita.
G Lingua, verùm superior characteris pars, laryngis operculo est contermina.
H Hac sede plures capitis, & ceruicis musculi confunduntur.
I Musculus inferiorem maxillam deorsum trahens, hic ab exortu pendet.
K Tertius hominis scapulam mouentium.


TABVLA VI LIBRI II

L Glandula sinistro laryngis radicis la teri adnata & insigniter carnea.
M Aspera arteria incumbētibus musculis libera.
N Hæc congeries, est vasorum & neruorũ lateribus asperæ arteriæ exporrectorum: quanquam & musculi dorsum mouentium primi aliqua ex parte se ostendant.
O Tertius spinā mouentiũ musculus.
P Primus.
Q Secundus.
R Musculus à scapulæ basi principium ducens, thoracemq; mouentium
STV secundus. S significat tertiæ costę os; T tertiæ costæ cartilaginem; V musculum exteriorem intercostalium, in tertiæ & secundæ costarum interuallo repositum, cuius fibræ deorsum in priora ferun
X tur, X verò denotabit exteriorem intercostalium musculum, inter secundæ, & tertiæ costarum cartilagines conspicuum, cuius fibræ sursum in anteriora prorepunt.
a Arteria & vena, sub pectoris osse deorsum ad abdominis superiora propagatæ.
Δ Transuersus abdominis musculus.
b b sedem notat, qua obliquè ascendentis musculi tendo abdominis trāsuerso musculo pertinacissimè adnascitur, priusquam rectum cō
c scendat. c autem indicat asperitatem, quam musculorum obliquè ductorum cum trāsuersis musculis connexus inibi molitur.
d Foramen vasis seminarijs virorum viam præbens.
e Vena & arteria, in rectos abdominis musculos, cōterminasq; sedes sursum excurrentes, à magna vasorũ crura subeuntium distributione.
f Hic dextri lateris rectus abdominis musculus, & à pubis osse depēdet.
g Spina ossis ilium, carnosis partibus duorum obliquorum abdominis musculornm liberata.
h Superiorem notat scapulæ angulũ, cui musculus K insignitus inserit.
i Summus humerus, seu scapulæ elatior processus.
K Musculus brachiũ mouētiũ quintus.

l Interior scapulæ processus, anchoræ imaginem referens.
Θ Musculus anterior cubitum flectentium, cuius exterius caput, quod à scapulæ acetabuli supercilio na-
m scitur, m notat: n verò indicat
n internum caput ab interiori scapulæ processu enatum. Quo tamē huius capitis nerueam partē à carnea exquisitiùs discernas, huius tabulæ sinistrum, brachium spectabis, in quo n nerueam partem de-
o notat; o autem carneam. At non hæc duntaxat tabula eas commōstrat partes, imò priores ad vnum
pq omnes. Cæterùm p duorum capitum coitum indicat, q verò tendinis quem musculus hic educit, principium.
rr Musculus posterior cubitũ flectētiũ.
ſ Musculus cubiti extensionis auctor, cuius principiũ ab humiliori scapulæ costa enascitur.
Λ Musculus radium mouentium longissimus, cuius altissimam partē,
tu quæ hic oculis subijci potest, t indicat; u autem præsentis musculi insertionem notat, quam in inferiorem radij appendicē molitur.
x Musculus superior duorum, qui radium in pronum ducunt.
Ξ Musculus tertium quatuor digito-
αβ rum os flectens, & α quidem huius musculi caput insinuat: β autem sedem indicat, qua musculus in quatuor partes carneas discinditur, qui singulos postmodũ porrigunt tendines. Porrò qua ratione ad tertium vsque digitorũ internodium tendines huius musculi porrigantur, & incūbentis musculi tēdines trāseant, hic in vtraque manu est conspicuum.
γ Sit tamen doctrinæ gratia γ tēdo ter
δ tium medij digiti os accedens; δ autē tendo, qui secundũ os flectit.
ε Musculus secundum quatuor digitorum flectens articulum.
ζζ Hos characteres referre oportet ad quatuor musculos, quorũ beneficio quatuor digiti adducũtur pollici, atq; hi interno lateri tendinũ tertiũ os flectentiũ exporrigunt.

κ θ Musculus tertium pollicis os flectens κ notatur. θ autem ipsius tendinē proponit, inter musculos primū pollicis os flectētes, & eos qui secundum pollici os flectunt, prorepentem.

κ Musculus maior primum pollici os flectentium, hic ab insertione dependet.

λ Musculus minor primū pollicis os flectentium, qui sub maiori K indicato recondebatur. Inter λ verò & κ, primū pollicis os nudum excarneque apparet.

μ Musculus primū parui digiti os versus exteriora flectēs, tuberculum verò ante huius musculi initium apparens, vlnæ est sedes, qua validiorem ligamenti exporrigit portionē brachiale cubito colligātis.

ν Tertius femur mouentiū musculus.

ξ Magnus femoris ossis processus.

ο Musculus femur mouētiū septimus.

π Musculus femur mouentium sextus.

ρ Musculus femur mouentiū octauus.

σ Quintus femur mouētiū musculus.

Π Octauus tibiam mouentium musculus, vniuersum femoris os quodāmodo amplectens. τ insinuat amplum huius musculi principium, à radice magni femoris processus, & ipsius collo enatum. Deinde Π priuatim indicat sinus illius portionem, quo nonus tibiā mouentium musculus cōtinetur, atque hic sinus in sinistro crure est conspicuus, quemadmodū & carnosæ musculi partis terminus, qui υ instar semiglobi extuberans hic υ insignitur.

φ Dependet hic musculus tibiam mouentium septimus.

χ ψ Hæc sedes ad vndecimam musculorum tabulam potissimum refertur, quæ ostendit portionē quarti tibiam mouētis musculi ex femoris osse pronatam, atque hic χ notat quarti musculi sedē ipsius insertioni proximam, ψ autē eam partem abscectam ostendit, cui coxendicis ossis appendix principium præbet.

Σ In sinistra tibia totum externum tibiæ ossis latus cōspicuum est. Cæterùm Σ priuatim notat ligamentum tibiæ, os & fibulam, quà hæc inuicem dehiscunt intercedens.

ω ω autem externū notat malleolū, & partem fibulæ excarnem.

φ Musculus pedem mouentium septimus. 2 character ipsius exortū indicat. 5 tēdinis principium, quod anteriori & posteriori parte, ac dein interiùs, quà fibulā spectat carne adnutritur.

4 4 itaque partem notat anteriorem carneam: 3 verò posteriorem.

ψ Octauus musculus pedem mouentium, magna sui portione sub septimo occultatus. 6 huius musculi tendo, ad posteriorē exterioris malleoli sedē reflexus, indicatur.

Ω Musculosa moles, cui⁹ beneficio pollex & tres ipsi proximi digiti in externum latus ducuntur.

7 Hic procumbit musculus pollicem extendens.

8 Musculus paruum digitum in exteriora abducēs hac sede obuius est.

9 Secundus musculus pedē mouentiū.

χ Musculus in sinistro pede insignit, pollicem in internum latus à cæteris digitis abducens.

TABVLA VII.

SEPTIMÆ *musculorum tabulæ corpus laxato fune, à quo interpingendum pendebat, in posteriora tantum procidit, quantum vidēdo septo transuerso sufficit.*

A Gurgulio indicatur à palati termino propendens, inferiori interim maxilla prorsus amota.

B Aliquot ceruicis vertebrarum corpora, anteriori parte.

CD Primum par dorsum mouentiū musculorum.

E Stomachi seu gulæ pars sub aspera

F latitans arteria, quam F notauimus. Cæterùm vasa quæ vtrinque ad huius latera habentur, soporales efficiunt arterias cum internis iugularibus venis, & sexto neruorum cerebri coniugio.

G Musculus alter secūdi paris dorsum mouentium.

H Scapulam mouentium tertius.

I Musculus brachiū mouētiū quintus.

Γ Musculus brachium mouentiū sextus, cuius insertio K insignitur, reliquaque ipsius forma ex scapulę imagine deprehenditur.

LL Musculus thoracem mouentium secundus, octo superioribus costis manus modo insertus.

M Brachium agentium tertius.

NN Musculus cubitum extendentium, cuius initiū superiori N insignitum à scapula educitur.

O Portio tendinis musculi, brachium mouentium quarti.

P Cubitum flectentium posterior.

Q Radium in pronum constituentium superior.

RR Anterior cubitum flectentium.

S Radius.

T Vlna.

V Ligamentum inter radium & vlnā, quà inuicē dehiscunt intercedēs.

X Radium in pronum mouentium inferior musculus.

YY A sinistro radio dependet, longior radium in supinum ducentium musculus.

a Minor primū pollicis os flectentiū.

1.2.3. Tribus his characteribus musculi notantur secundum pollicis os flectentes.

b Dependet musculus tertium pollicis internodium flectens.

c Musculus tertij quatuor digitorum ossis flexus auctor, quem sedulò intuebere, quòd illius tendinibus musculi attendantur, quatuor digitos pollici adducentes, quorum

d is qui indicem mouet d insignitur, perinde ac reliqui tres, ab insertione hærens. Quinetiam tendinum secūdum quatuor digitorum os flectentis musculi portiones adhuc seruantur, ac portioni

e quidem indici propriæ e inscripsi,

f tendini autem tertium indicis os flectenti f. Cæterū in sinistra manu dictorum musculorum conspi

g ciuntur insertiones, ac g in indice insertionē indicat musculi indicē

h pollici adducentis. h insertionem musculi secundum os flectentis.

i i insertionem eius tendinis, qui tertij ossis flexioni præficitur.

Δ Septum trāsuersum, cuius membraneus circulus in septo extra corp⁹ expanso circumscribitur.

κlmn κ l m n. Quod verò exteriùs hos characteres ambit, atque foris (vt ita dicam) existit, fibrisque interstinguitur, carneam septi partem esse putato.

op o p Duo ligamenta, seu tendines septi, vertebrarū in lumbis consistentium corporibus inserti.

q q Septi scissura, qua septum vertebrarum incūbit corporibus, ac magnam arteriam, venamque coniugis expertem trāsmittit, aut illis cedit, quarū orificia q in corpore huius tabulæ positum indicat, quemadmodum & arteriæ ramos in septum excurrentes.

r Foramen stomacho viam præbens, qui etiā r in corpore insignitur.

ſ ſ. Foramen venæ cauæ caudici paratum, qui in corpore ſ notatus conspicitur.

t Musculus femur mouētium sextus.

u Musculus dorsū mouentiū nonus.

x Femur mouentium septimus.

y Sacrum os hic insignitur, neruique aliquot ab ipsius medulla educti, obuij sunt.

α Femur mouentium octauus.

β Quintus femur mouentium.


γ Tibiam mouentium octauus.

ε Musculus pollicem à cæteris digitis amouens.

δ Dependet & hic quoq; ab insertione musculosa moles, pollicem & tres ipsi proximos digitos in externum latus ducens.

TABVLA VIII.

HÆc tabularum anteriorem corporis faciem exprimentium postrema est, musculos adhuc in anteriori hac sede obuios, exsectionisq́ seriè reliquos proponens. Vt verò interiores intercostalium ostēderet musculos, & eos qui in interna thoracis sede pectoris ossis attenduntur lateribus;


TABVLA VII LIBRI II

ribus, os illud vnà cum costarum cartilaginibus exectum, ad dextri cruris latus euersum, atque sub dextra manus indice propositum cernis.

AB Musculi collum, superioremue dorsi partem flectentes, dorsumq; mouentium primum coniugium.

C Musculus à prima enatus costa, ac secundi dorsũ mouẽtiũ paris alter.

DD Exteriores musculi intercostales, in costarum interuallis conspicui.

EE Interiores musculi intercostales, in costarum interuallis obuij.

FF Musculus octo thoracis costis insertus, ipsiusque motorum secũdus.

G Vtrinque scapula modò sectionis serie nuda excarnisq; est, ac sua sede dimota.

H Musculus dependet, brachium antrorsum circumuertens, scapulęq; cauum occupans.

I Musculus superiori scapulæ basis angulo insertus, ipsamq; agentium tertius.

Γ Posterior cubitum flectẽtium, cuius principij elatior exteriorque pars

L L insignitur: demissior verò interiorque pars M. & N.

MN M. Insertio autem præsentis musculi N indicatur.

O Radius.

P Vlna.

Q Tendinis musculi pars cubitum flectentium anterioris.

R Musculus ab insertione dependet, radium in pronum mouentium superior.

S Musculus ab vlna dependet, radium in pronum ducentium inferior.

T Sede T insignita ligamentum, brachiale ad cubitum nectẽs, crassius

V apparet, vt etiam sede V notata.

X Musculi ab insertione propendent, secundum pollicis internodium flectentes.

Δ In postbrachiali dilucidiùs exprimi nequierũt octo musculi, quatuor digitorũ primos articulos flectentes. Cæterùm sinistra manus in la-

Y tus picta est, vt musculum Y insignitum offerret, qui primum indicis os introrsum flectit.

Θ Sextus femur mouẽtiũ musculus; cuius initiũ è vertebrarum procedẽs

a b corporibus *a* insignit: *b* verò ipsius sedes, vbi tẽdinẽ educere incipit.

Λ Septimus femur mouẽtiũ musculus.

Σ Octauus.

Ξ Musculus dorsum mouentiũ nonus.

Π Sacrum os, ex cuius anterioribus foraminibus nerui prosilire hic videntur.

Φ Quintus femur mouentium musculus. Verum Φ priuatim huius mu-

c sculi partẽ notat posteriorẽ, *c* autem anteriorem.

e Pubis osis anterior sedes, hoc latere ex sectionis serie carne denudata.

Ψ Musculus femur mouẽtium nonus, anteriorem pubis osis foraminis sedem occupans.

Ω In dextro genu tendines, septimi ti-

h g i biam mouentium musculi *g* in-

κ signiti, & octaui *h* indicati, & noni *i* notati à genu reflexi sunt, ac patellam ipsis innatam ac κ insignitam oculis subijciunt. In sinistro autem crure octauus tibiam mouentium musculus, solus ab insertione ac integer dependet,

l *l* notatus, & patellam sibi inatam seruans, cui κ inscripsimus.

m Tibiæ osis anterior sedes, omni prorsus musculo libera.

n Fibulæ etiam anterior sedes, ex dissectionis serie musculis omnibus denudata.

o Ligamentum notatur inter tibiæ os, & fibulam inibi repositum, vbi hæc ossa inuicem dehiscunt.


* Qui hic spectãtur musculi, illi sunt, quos sexta musculorũ tabula expressit literis Φ & Ψ septimus nimirũ & octauus pedẽ mouentiũ.

p q Notant primum ac secundum pedẽ mouentium à quarto eiusdẽ motus auctore musculo, *t* insignito,

ſ ad charactẽrẽ *ſ* propendẽtes, quo priuatim notatur tendo tertij pedem mouentis musculi, qui inter *ſ* & *u* deducitur.

u Musculi pars hic occurrit, quatuor digitorum tertium articulum flectentis.

x Hic


TABVLA · VIII · LIBRI · II ·

x Hic obscurè se offert pedem mouentium quintus.

a Pectoris ossis posterior, seu cor spectans sedes.

1234 567. His characteribus septem verarum costarum indicãtur cartilagines, reliquæ autem quatuor cartilagines, octauæ, nonæ, decimæ, & vndecimæ costarum cartilagines sunt.

β Musculus humanum thoracem mouentium sextus.

Tabula IX.

Præsens tabula omnium posteriorem corporis faciem exprimentium, prima habebitur hic ordine nona: nullum enim abscectum habet musculum, præter eos, quos carnea membrana constituit, tertiaq; tabula obuij sunt. Præterea transuersa in cubiti externa sede, iuxta brachiale reposita ligamẽta hic dissecuimus, quòd prima et secunda tabulis abundè cõspicua fuerint, hancq; tabulam ad disciplinam prorsus parauerimus.

A Temporalis musculus.

B Os iugale.

C Masseter, inter musculos inferiorem maxillam mouẽtes secundus. Auris verò foramen, cum ipsi subiectis glandulis, citra characterum subsidium est obuium.

D Musculus caput mouẽtium primus, à pectoris osse, & clauicula enatus, in mamillarem capitis processum inseritur.

Γ Δ Musculus secundo loco inter scapulam mouentes recensendus. Atque huius principiũ ab occipitij osse pronatum, E ac F insignitur, E verò vsque ad G musculi

EFG principium ab occipite, ad octauæ vsque thoracis vertebrę spinã, à mediarum vertebrarũ apicibus quodammodo enatũ. H I insertio, quam musculus in scapulæ spinam, & summum humerum, latiusculamq; clauiculæ sedẽ moliť.

HI

* *Hac sede præsens musculus, quasi mẽbraneũ semicirculũ obtinet.

K Locus, vbi thoracis vertebrę summę cum imis colli committuntur.

L Musculus brachium attollẽs, eiusq; motorum secundus.

M Musculus gibbam scapulæ sedẽ occupans, brachiumque mouẽtium quintus.

N Musculus brachij motus opificũ tertius.

O Musculus brachium agentium quartus, sequẽti tabula Θ insigniẽdus.

P Portio abdominis musculi, quẽ obliquè descendentem vocamus.

Q Nonnihil occurrit, anterior cubitũ flectentium musculus.

R Posterior cubitum flectentium musculus.

S Musculus cubiti extensionis auctorum, cuius principium ab humeri pendet ceruice.

T Musculus cubitum extendentium, cuius principiũ ab humiliori scapulæ costa pronascitur.

V Vlnæ sedes triangula, nullis obtecta musculis, excarnisve, ac præcipuè insertiónem excipiẽs neruosæ cubitum extendentiũ musculorum insertionis.

X Musculus radium in supinum agentium, qui in inferiorem radij appendicem inseritur.

Y Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

Z Musculum Z insignitum, auctorem extẽsionis indicis, medij ac annularis recensebimus, cuius initium

a *a* indicatur: sedes verò, qua car-

b neus esse desinit, *b* insignitur.

Θ Musculus qui nobis extensionis auctor parui digiti recensebiť. Commixtionem tendinum musculi Z insigniti, ac musculi Θ indicati, quæ ad digitorum fit radicem, ita hic delineauimus, quemadmodũ crebriùs nobis occurrit.

Λ Musculus brachiale extendentium,

cd cui principium offertur ab humero *c* insignitum. Insertionem verò *d* indicatam, in postbrachialis os, paruũ sustinẽs digitum moliť.

Ξ In vtroque cubito Ξ insignitur musculus, brachiale flectẽs, quartoq; brachialis ossi insertus, ac in nulla

musculo-


TABVLA IX
LIBRI II

musculorũ tabula æquè atq; hic conspicuus. Quemadmodum & musculi latum manus tendinem producentis initium: hic ad characterem *q*; est obuium vnà cum exortu musculi brachiale flectentis, qui postbrachiali insertus, A in tertia musculorũ tabula notat.

q;

e Musculi hac obliquè prorepentes, illi sunt, quorum alter vnum tendinem brachialis ossi, pollicẽ sufsulcienti inserit; alter verò vnum tendinem primo pollicis ossi offert, alium secundo & tertio pollicis ossi inserens.

f Musculus tribus pollicis ossibus externa sede insertus, & pollicẽ versus indicem euertens.

g Musculus pollicem indici proximè adducens.

h Musculus parui digiti à reliquis abductionis anctor.

Π Primus femur mouentiũ musculus, *i* κ *l m* & *n* circumscriptus. Quandoquidem *i* vsque ad *k* sui principij partem notat, quæ ex ossis ilium spina enascitur κ autem ad *l* principij partem indicat, ab osse coccyge, infimaque sacri ossis sede pendentem, vbi etiam sinister musculus dextro cõtiguus est, *m* indicat elatiorem ipsius insertionis partem: *n* autem insertionis infimam notat partem, quæ quia inter musculos tibiam mouentes hic penitùs se insinuat recõditq;, omni ex parte non est conspicua.

i κ *l*. *m n*

o Secũdus femur mouẽtiũ musculus, magna ex parre primo obtectus.

p Sextus tibiã mouentium musculus.

q Musculi quem *p* notaui, carnosę partis terminus.

r Septimus tibiã mouentiũ musculus.

s Quartus.

t Tertius.

u Musculus, quem quinti tibiã mouentium loco habemus.

x Apparet & hic quoque portio musculi femur mouentium quinti.

y Musculus secundus tibiã mouẽtiũ.

α Musculus tibiam mouentiũ primus.

β Octauus tibiã mouentiũ musculus.

γ Nonus tibiam mouentiũ musculus.

δ In hoc sinu tibiam accedens arteria, vnà cum maxima cruris vena, & neruo quoq; totius corporis crassissimo vehuntur.

ε Musculus primus pedẽ mouẽtium.

ζ Secũdus pedẽ mouentiũ musculus.

η Septimus pedẽ mouentiũ musculus.

θ Octauus pedẽ mouentiũ musculus.

ι Excarnis fibulæ pars, ipseq; adeò exterior malleolus.

κ Aliqua ex parte portiuncula hic occurrit, musculi pedem mouentium noni.

λ Musculus paruum digitum à cæteris abducens.

μ In dextra sura tendo, tertij pedem mouentium musculi notatur.

ν Interior malleolus.

TABVLA X.

HÆc omnium tabularum decima, posteriorem verò faciem exprimentium secunda, sectionis serie quartam tabulam subsequi posset. In hac itaque iam præcedentis tabulæ musculi aliquot adempti dependent, multiq; in illa non obuij, hic sese commonstrant. Atque inter reliquos prorsus ablatus est, quem nona tabula Γ *&* Δ *insigniuimus, quòd videlicet nusquam aptè formam ipsius, dependens ostendere potuisset, quorundãq; musculorum inspectionẽ occupasset.*

A Sinister primi paris caput mouentiũ musculus.

B Secundi paris caput mouentium sinister.

C Scapulã mouẽtiũ tertius musculus.

D Clauicula, sectionis serie hic denudata.

E Musculus humani thoracis motorũ tertius, sequẽti tabula F notãdus.

Γ Musculus scapulam mouentiũ quartus, cuius quatuor latera circũscribuntur G H I K.

L Muscu. brachiũ mouentiũ quintus.

M Scapulæ spina, ac summus humerus.

Δ Musculus brachium mouentium secundus, quem in posteriori corporis sede promptè circumcripseris, si P musculi insertionẽ esse co

P

gnoue-


TABVLA · X · LIBRI · II ·

NOP gnouens. P namque ac N & O trianguli modo dictam musculi partem terminant.

Q Brachium mouentium septimus musculus.

R Musculus brachium mouentium tertius.

& Hac sede aliquot dorsum mouentes musculi exporriguntur, vna cum humanum thoracem mouētium quarto.

Θ Brachium mouentium quartus.

STS & T, Musculi huius principij indicant longitudinem, partem ipsius

X insertioni proximam: X autem musculi latus ea sede indicat, vbi ab ilium osse non amplius enascitur.

Y Y notabit inferiorem scapulæ basis angulū hic extuberantē, & tertio musculi latere intectū.

Z Obliquè descēdentis abdominis musculi portio.

a Musculus ab humiliori scapulæ costa principium ducens, & cubiti extensionis opifex.

b Musculus à ceruice capitis humeri iuxta scapulam originem ducens, ac cubiti extensionis auctor.

c Portio anterioris cubitū flectentium musculi.

d Portio posterioris cubitum flectentium musculi.

e Musculus radium in supinum agentium longissimus.

f Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

g Hac sede ligamentū conspicitur mēbraneum, superiorē radij partem humero colligans.

hh Hac sede vlna carne omni, musculisque libera cernitur.

i Musculus brachiale flectentium, qui quarto brachialis ossi inseritur.

ΛΞΠ Tres isti characteres, tria notant musculorum principia ab vlna prona ta. Primum Λ insignitū illud est, quod radio ante mediū illius longitudinis insertum, musculū cōstituit, radium in supinum agentium breuiorem. Secūdum Ξ indicatū, illud est, quod in duas por-

κ *l* tiones, κ & *l* notatas dirimitur: κ enim eam significat portionē, quæ tendinem brachialis ossi, pollicem proximè sustinenti offert. *l* verò inferiorē insinuat portionem, quæ dein bipartita, vnā par-

m tem, quæ *m* inscribitur, primo pol-

n licis ossi inserit: alteram *n* indicatam, in secundum & tertium pollicis internodium implantat. Porrò tertium principium, Π insignitū, illud demū est, quod in duas

op quoque partes, *o* & *p* indicatas discinditur, quarum superior *o* notata, tribus pollicis ossibus inseritur. Inferior verò *p* indicata, indicem, ac medium à pollice abducere creditur.

q Propendet ab insertione musculus, brachiale vnico tēdine extendēs. Dein præcipuus extensionis parui

r digiti auctor *r* insignitus, quemadmodū & musculus indicē medium ac annularem potissimùm

ſ extendens, ac *ſ* indicatus.

t Musculus pollicem indici proximè adducens.

Σ Secundus femur mouētium musculus, cuius exortū, semicirculi formæ quodammodo respondentē,

u x *u* & *x* notant.

y Cæterùm *y* huius musculi indicat insertionem.

α Magnus exteriorque femoris processus.

β Quartus femur mouentiū musculus.

γ Ligamentum à trāsuerso quinti ossis sacri ossis processu, in acutum coxendicis ossis processum pertinens.

δ Ligamentum à dicta nuper sacri ossis sede in posteriorē elatioremq; appendicis ossis coxēdicis sedem insertum.

ε Musculus femur mouentium decimus, qui hac à posteriori pubis ossis sede reflexus, aliū veluti musculum suprà infraque ipsi attensum commonstrat.

ζ Quartus musculus, qui ad crus exporrigitur, in poplite duos in ramos diuisus, quorum

η Maiorem.

θ Minorem notat.

κ κ. Primus femur mouētiū musculus.

λ Hac parte musculus hic membranæ ritu insertionem facit.

μ Septimus tibiam mouentium musculus, non ampliùs membraneo sexti musculi tendine obtectus.

ν Tertius tibiam mouentium musculus cuius caput ν insignitur, sedes verò tendinem primùm educens.

ξ ξ Insertionem autē tertia musculorum tabula proponebat, charactere 3 insignitam.

Ψ Quartus tibiā mouentiū musculus.

ϖ π Quintus tibiam mouentium.

ρ Quinti femur mouētis musculi portio.

σ Secundus tibiam mouentium.

τ Portio octaui tibiam mouentis musculi resecto iam interim primo tibiam mouēti, qui aliàs hic in orbe occurreret. Quod verò ad musculos in tibia pedeque repositos attinet, omnia præcedenti conueniunt tabulæ, vt & duodecimæ, quā inibi characteribus primùm occupabimus.

TABVLA XI.

AA Sinister primi caput mouentium paris musculus.

B Secundum par musculorū caput mouentium, in sinistro tantùm latere characteribus insignitum.

* Musculus hic obscurè occurrit, cuius beneficio inferiorē maxillā deorsum agimus.

C Musculus scapulam mouētiū tertius.

D Clauicula.

E Pendet hic musculus à scapula, ossi υ referenti insertus.

F Humanū thoracē mouentiū tertius.

G Brachium mouentium quintus.

Γ Musculus scapulæ gibbum sub illius spina occupans, ac brachium mo-

H uentium septimus, cuius initium

IK ab H ad I metitur, insertionis verò sedes K indicatur.

L Musculus ab humiliori scapulæ costa initium ducens, brachiumque mouentium tertius.

MN O. Secūdus cuius medietas posterior antrorsum eleuata partem ostēdit internam: omnibus autem partibus suis constans figuram eam refert, quę prope pedes depicta cernitur *Ab c.* principium D finem eius monstrat. P idem musculus ab insertione sua dependens.

R Musculus dorsum mouētium vndecimus.

S Dorsum mouentium decimus quintus, seu octaui dorsum mouētium paris alter.

TT Characteribus T, T duas costas earum, quæ iam sectionis serie detegūtur, insigniuimus. V verò ea-

V rundem costarum interuallum, vt intercostaliū hic musculorū exterior obseruaretur.

X Musculus thoracem mouentium secundus.

Δ Humanum thoracem mouentium quintus.

a b Obscurum impēseque membraneū musculi obliquè ascendentis abdominis initium, à spinarum apicibus inter *a*, ac *b* pronatum.

c Musculus ab insertione hic dependet, brachium mouentiū quartus.

Θ Musculus cubitum extendens, cuius

d initium *d* insignitum, à ceruice capitis humeri educitur, quod sca-

e pulæ articulatur. *e* autem sedē indicat, qua præsens musculus ab altero cubitum extendētium, mox *f* indicando, ampliùs distingui nequit.

f Cubitum extendentium musculus, ab humiliori scapulæ costa pronatus ac cum musculo Θ insignito coiens.

g Musculus cubitum flectentium posterior.

h h Longior musculus radium in supinum ducentium.

Δ Musculus bicorni tendine brachiale extendēs, cuius initium *i* insignitur, sedes verò, qua tendinē edu-

i K cit K; tendinū autē ipsius insertio,

l *l* notatur.

m Musculus radium in supinum ducētium breuior.

n Radius.

o Vlna. Atque in horū ossium medio ligamentum occurrit, tota sede illa ossa intercedens cōmittensque

qua

qua inuicem dehiſcunt.

Ξ Secundum principium trium principiorum, quæ ab vlna originem ſeriatim ſumunt. Ac *p* quidē eius principij pars eſt, quæ tendinem brachiali offert: *q* autem tēdo, primo pollicis oſsi inſertus: *r* verò is tendo, qui ſecundo & tertio pollicis inſeritur oſsibus.

ſ Muſculus pollicem indici proximè admouens.

Π Tertium principium eorū, quæ ab vlna pronaſcuntur, hic quoq; ab inſertione pēdens. Ac *t* quidē notat eius principij portionem, quæ indici ac medio tribuitur; *u* verò eam, quæ pollici eſt peculiaris.

Σ Tertius femur mouentiū muſculus, cuius initium *x y z* circumſcribitur. Quod verò ad horum characterum latera, ſuperiusq; ſpectatur, ilium oſsis dorſum eſt, primo ſecundoq; femur mouētibus muſculis liberum.

α Cæterùm α tertij illius muſculi inſertionem proponit.

Φ Quartus femur mouentium muſculus, à tribus humilioribus ſacri oſſis oſsibus initium ducens, & illic primùm tendinem educens, vbi β conſpicitur, inſertio quoq; ipſius ſub α conſiſtit.

γ Magnus femoris proceſſus.

δ Secundus femur mouens muſculus.

ε Septimus tibiā mouentiū muſculus.

η Ligamentū ab oſſe ſacro, in coxēdicis oſsis acutū pertinēs proceſſum.

θ Muſculus decimus femur mouētiū, hac ab anteriori pubis oſsis ſede reflexus, ac veluti inter duos muſculos ι & κ inſignitos prorepens.

λ Caput tertij tibiam mouentium muſculi.

Ψ Muſculus, quem quinti tibiam mouētiū loco habemus, cuius initiū ν inſignitur, quod tertium eorum capitum habetur, hinc à coxēdicis oſſe eductorum. ξ verò preſentis muſculi oſtendit ſinū, cui tertius tibiam mouentium alioquin inſidet. ο hic quintus muſculus, in tendinem deſinit, anteriori tibiæ oſsis ſedi implantandum.

Ω Subſequenti tabula muſculum explicabo, quem femur mouētiū quintū recenſemus, characteribus Ξ Σ & Π inibi indicādum. In præſenti autem idē muſculus, characteribus ϭ, ϛ, ac Ω inſignitur, ſingulisque peculiaris muſculi pars indicatur; ϭ, poſteriorem notat muſculi partem; ϛ verò & Ω anteriorē. Cæterùm ϛ priuatim indicat eius anterioris partis anteriorem portionem: Ω autem poſteriorem ſignificat portionem anterioris partis.

π Quartus tibiam mouentium muſculus hic ab ipſius parte, quē femoris os educit, ac ρ inſignit, pendet.

σ Muſculus tibiam mouentiū tertius, ab inſertione pendens.

τ Muſculi tibiam mouentium octaui portio.

Tabula XII.

Γ Sinister primi caput mouentiū muſculorū paris muſculus, cuius ABC principium A notat, B verò & C inſertionē, quam in occipitis os molitur. D autem ſedem indicat, qua dexter muſculus à ſiniſtro primum abſcedit. Poſtremò E inſinuat internum inſertionis dextri muſculi latus. Quare ſi illū muſculum in trianguli formam agere viſum fuerit, illum circumſcribes lineis, A B, A C, B C. Quinetiam ſi interuallum inter dextrū muſculum & ſiniſtrū conſiſtens, quoque trianguli modo ſpectare volueris, circumſcribes id, à B ad E, dein à B ad D, & ab E ad D.

F F Siniſtri lateris muſculus ſecundi paris caput mouentium.


G Scapulam mouentium tertius.

H H Brachium mouentium quintus.

I Sūmus humerus à connatis ipſi muſculis liber. Cæterùm neque coſtas, neque earundem interualla characteribus inſigniuimus, quòd hic eadem, vt in præcedenti tabula, ad T T V ſit ratio.

Δ Humani thoracis motorum quartus, K L cuius initiū K inſignitur. L verò

ſedes,


TABVLA · XI · LIBRI · II ·

sedes, qua primùm à longissimo dorsum mouẽtium musculorum N mox notando, non ampliùs pertinaciter (quemadmodum inferiùs à K ad L vsque) adnascitur. Tendines autem præsentis musculi aliquot, M M indicantur.

MM

N Dorsum mouentiũ vndecimus, seu sexti paris dexter.

O Dorsum mouẽtiũ decimus quintus.

P Scapulę gibbum musculo liberatum cernitur, qui brachiũ mouentium sextus habetur, hicq; ab insertione propendens Q insignitur.

Q

R Musculus brachiũ mouentiũ tertius.

S Secundus thoracem mouentium.

T Musculus prior cubitum extendentium, qui ab humiliori scapulę costa initium ducit.

V In sinistro brachio musculus, cubitũ extẽdentium exterior ab ea sede propendet, quæ cũ interiori T notato impensè commiscetur.

X Hac sede ab humero carnea exoritur portio, quam secundi musculorum cubitum extendentium loco habemus, sequentique tabula *d* notabimus.

Y Musculus cubitum flectentium posterior.

Θ Musculus radium in supinũ ducens, qui ab humero multo superiùs, quàm externum illius consistit tuberculũ, inibi exoritur, vbi *a* asscripsimus, ipsius insertionẽ, quã in humiliorem radij appendicem molitur, *b* indicantes.

a

b

Λ Musculus alter, cuius ope radius in supinum agitur, atque huius initium *c* indicatur, insertio autẽ *d* insignitur.

c d

e Neruea portio, seu insertionis terminus musculi superioris radium in pronum agentium.

f Radius.

g Vlna.

h Ligamentum, radiũ, vlnamque, quà inuicem dehiscunt, committens.

i κ Hæc sedes est sinuum vehendis musculis paratorum, & cartilaginis vlnam à brachiali dirimentis.

l Hac sede musculis tendinibusque libera, aliter ligamenta, quibus ossa cõpinguntur, proponi nequeunt.

m Postbrachialis os annularem sufficiens digitũ, quod ideo priuatim notauimus, vt ossa postbrachialis ab ipsorum interuallis, musculisq; illa occupantibus interstingueres.

n Hic musculus reponitur, pollicẽ indici proximè adducens.

o Musculus bicorni tendine brachiale extendens, in sinistra manu ab insertione propendet.

p Hic bona transuersi abdominis musculi pars occurrit.

q Ilium ossis dorsum nunc prorsus excarne spectatur.

r Femoris caput, coxendicis ossis acetabulũ subiens, ipsum've ligamentum præsentem ambiẽs articulũ.

s Ligamentum à sacro osse in acutum coxẽdicis ossis processũ desinẽs.

t Dependet hic tertius femur mouentium musculus, *t* notatus, vnà cũ quarto, qui *u* insignitur.

u

x Magnus exterior've femoris processus.

α Decimus femur mouentium musculus, cuius præcipuam partem F notandam, ex decima sexta tabula opportune petes ad characteres F G H. Præsens autem tabula eã musculi partem cõmonstrat, quæ ad peculiarem ipsi in coxendicis osse cęlatum sinum reflexa, ad magnũ femoris ducitur processum.

β Musculus gracilis, ab acuto coxendicis ossis enatus processu, elatiorique musculi *α* insigniti sedi exporrectus.


γ Musculus similiter gracilis, à coxendicis etiam osse pronatus, inferiori exporrectus parti eius musculi, quem *α* notauimus.

Ξ Musculus femur mouentium quintus. Verùm Ξ priuatim notat posteriorem huius musculi partem, cuius caput partim nerueum, ac *δ* insignitum; & partim carneum, *ε* notatum, à coxendicis ossis appendice enascitur, hincque prodeuntium capitum, numero quartũ censetur. *ζ* Hac sede posterior hæc quinti femur mouentis musculi pars, admodum carnea est,

δ ε

ζ

veri


TABVLA · XII · LIBRI · II ·

veri muris, vt ita dicam, effigiem præ se ferens.

νν Hic posterior quinti musculi pars, in tendinem degenerat, interiori capitum femoris insertum.

Σ Π Π & Σ, anteriorẽ quinti femur mouentium musculi indicant partẽ, ac Π quidem eius partis posteriorem portionem, Σ verò anteriorem. Quo autem hæc non admodum sanè obuia promptiùs percipias, eosdem illos Græcorũ maiusculos characteres in sequẽti tabula repositurus sum, illic dependentes musculi partes notans.

θ Musculus tibiã mouentiũ septimus.

κκ Musculus tibiã mouentiũ octauus.

λ Ampla depressaque femoris ossis sedes, supra radicem inferiorum ipsius capitum, posteriori in sede consistens.

μν Quartus tibiam mouentium musculus, hic ab insertione in sinistro crure pendens. ac μ quidem partem illius indicat, à coxẽdicis osse enatam; ν verò partem, cui femur principium præbet.

ξ Tibiam mouẽtiũ quintus musculus.

Φ Primus pedem mouentiũ musculus.

Ψ Secundus pedem mouentium musculus. Ceterùm huius musculi (vt & primi) principiũ partim carneũ, ϖ ac π insignitũ visitur; partim nerueum, ac ρ indicatum. τ autem ρτ sedes significat, vbi primùm duo isti primi pedem mouentium musculi contigui fiunt. σ Hactenus σ musculi illi in sura extuberant, hicq; carnei esse desinunt; verùm hæc tubera nona tabula etiam accuratè exprimuntur.

υυ Tendinis, qui è duobus præsentibus musculis educitur, principium.

ω Initium musculi pedem mouẽtium tertij, cuius tendinẽ proponit character &, in sinistra positus tibia.

Tabula XIII.

ABC DEFG. Dextra portio secundi caput mouẽtium paris, in quo singuli characteres aliquid priuatim insinuant. A enim indicatur musculus secundi paris, acuto principio ex transuersis quintæ, & quartæ thoracis vertebrarum processibus enatus. B musculi huius sedes, qua carneus esse desinit, ac velut in tendinem degenerat. Porrò B quoque musculum significare debet, qui à septimæ ceruicis vertebræ spina enascitur, & cum musculo A insignito cõmiscetur; congressus autẽ sedi, C inscriptũ est, quod non modò congressum vtriusq; musculi notabit, verùm etiam vbi vterque exactè carneus efficitur. D vtriusq; musculi insertionem notat. E secundi paris tertius in altero latere musculus indicatur, cuius etiam principiũ in alto latitat, insertione interim ipsius ad F conspicua. Postremo G ac G, secundi paris carnea moles insignitur.

H Musculus dorsũ mouentiũ quintus.

I Portio musculi dorsum mouentium sexti.

K Decimus quintus dorsum mouentium, seu eorum musculorũ octaui paris alter.

Γ Vndecimus dorsum agentium musculus, cuius principium à sacro L osse pendens L insignitur, ipsius MM verò ansulę tẽdinesve MM. Atq; ita elatissimũ M, pręsentis musculi superiorem significat terminũ.

ȣ Character ȣ loco N positus, musculũ dorsum mouentium nonũ indicat, seu quinti paris alterum.

OO Musculus hic ab exortu propendet, thoracem hominis mouentium quartus.

PP Hæ costarum asperitates, earum tubercula referunt, in quæ quartus thoracem mouentium musculus inserebatur. Quod autẽ ad costas, earundemque interualla attinet, eadem hic atque in aliquot præcedentibus tabulis est ratio.


Q Scapulam mouentium tertius.

R Scapula posteriori parte prorsus excarnis.

S Brachium mouentium tertius.

T Thoracem mouentium secundus.

V Tertium ligamentum peculiare articuli


TABVLA XIII LIBRI II

ticuli humeri.

X Dependet musculus brachium mouentium quintus.

Y In vtroque brachio posterior humeri pars, excarnis prorsus, musculisque libera cernitur.

a Posterior cubitũ flectẽtiũ musculus.

b c d Musculi cubitum extendentes. Ac *b* is insignitur, qui ab humiliori scapulæ costa initiũ ducit; *c* ille, qui ab humeri capitis ceruice exoritur: *d* autem carnosa pars, quæ ab humero, ad medium ferè longitudinis eius originem sumit.

e Radius.

f g Musculus radium in pronum ducẽtium superior, cuius insertionem priuatim *g* insinuat.

h Dependet hic musculus, radiũ in supinum mouentium breuior.

i κ Vlna. radium autem *e* superiùs notaui. κ autem, ligamẽtũ in vtroq; cubito indicat, radium vlnæ tota ea sede colligans, qua hæc ossa inuicem dehiscunt.

l Musculus primũ indicis os introrsũ flectens, hic priuatim *l* indicatur.

m Ilium osis dorsum, quemadmodũ & coxẽdicis osis exterior sedes, prorsus excarne occurrit.

n Coccyx quoque os excarne; seu musculis ipsi adnatis liberũ cernitur.

o Ligamentum à sacro osse, coxendicis acuto processui insertum.

p Femoris caput.

q Magnus exteriorq; femoris ꝓcessus.

r Hic ab insertione propendet decimus femur mouentium, internã ipsius sedẽ, quæ osibus vndique attenditur, commõstrans. Atque ita *ſ t u* huius musculi tẽdines notãt, qui ad coxẽdicis os reflectunt.

x y z Tribus his characteribus, carnosa indicatur pars, vaginæ quasi modo decimum femur mouentium musculum inibi deducens, qua ad coxendicis os reflectitur. Atque ita *x* huius carnosę partis supremam indicat sedem, *y* mediam, *z* autem infimam.

α Portio femur mouentium noni.

β γ Duæ musculorũ insertiones, in paruum femoris factę processum. Ac β quidem insertionẽ indicat musculi femur mouẽtiũ sexti, γ autẽ musculi femur agentiũ septimi.

δ δ Musculus tibiam mouentium octauus, vniuersum femur propemodum ambiens.

ε ε Aspera femoris indicatur linea, cui quintus femur mouentiũ musculus inseritur.

Ξ Π Σ Quintus femur mouẽs musculus, ab interno femoris capite propẽdet, in quo Ξ posteriorem ipsius notat partem, Π verò & Σ anteriorem. atque hic rursus priuatim Π posteriorem indicat portionem partis anterioris: Σ verò anteriorem partis anterioris portionem.

Φ Musculus in pedem mouentiũ classe tertius enumeratus, ac principiũ Φ indicatũ à femoris externo ducens capite, tendinem autem illic educens, vbi ζ insignitur.

ζ

n n Musculus quem in poplite latitantem vocamus.

Ψ Quartus pedem mouentium musculus, cuius initiũ θ indicatur, ipsius autem sedem qua tendo duorum primorum pedem mouentiũ musculorũ illi primùm pertinacissimè adnascitur, *x* notauimus.

θ

x

λ λ Verò tẽdinis insignitur insertio, qui è duobus illis primis pedem mouentibus & tertio consurgit.

μ Hac sede tibiæ os excarne conspicitur, quemadmodũ & magna portio exterioris capitis duorum humiliorum femoris capitum.

ν Tẽdo musculi pedẽ mouẽtiũ octaui.

ξ Tendo septimi pedem mouentium.

Ω Præsenti charactere indicatam volui figurã, ad dextrũ integri hominis hac decima tertia tabula expressi crus repositam, lapidique innitentem, quo tandem inferior pedis sedes oculis subijciatur, & sectionis seriẽ musculi in hac apparentes, sensim in sequentibus tabulis proponatur.

ϖ Significetur itaque primum ϖ ligamentum, seu membranea substãtia, primo digitos mouentiũ musculo obnata, latique tendinis vicem in planta subiens.

ρ Muscu-

ρ Musculus pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

σ Musculus abductionis parui digiti à cæteris opifex.

ττ Primus secundusque pedẽ mouentium musculi, in integro quidem homine à quarto pedẽ mouentiũ propendẽtes, in illa autem figura, quã Ω ꝓponit, sua sede repositi.

υ Tendo tertij pedẽ mouentiũ musculi, qui ζ in integro hoĩe notabat.

φ Portio quarti pedem mouentiũ musculi, quem in integro homine φ insignitum cernis.

χ Tendo ex primo, secundo & quarto pedem mouentium musculis cõflatus, calcique insertus: quãquam χ hic priuatim cauitatem proponat, inter anteriorẽ præsentis tendinis partẽ, & posteriorem sedẽ aliorum musculorum conspicuã, qui hanc tibiæ sedem occupant.

ψω Excarnis nullisq; musculis, vel ante sectionem obtecta tibię ossis pars.

***** Hic portiones occurrunt musculorum, qui posteriorem tibiæ sedẽ sibi vendicant, præter tres primos pedem mouentium musculos.

TABVLA XIIII.

HÆc tabularum posteriorem corporis faciem exprimentium vltima est, scapulis & brachijs carens & genua flectens, vt plantam altero crure spectandam proponeret. Ad genua verò ne alia quæpiã integra delineanda esset tabula, caput vnà cum duabus primis ceruicis vertebris reponitur, quartum musculorum caput mouentium par ostensurum.

AB Tertium musculorum caput mouentiũ coniugiũ, à secundæ ceruicis vertebræ spina occipiti insertum.

C Mamillaris temporũ ossis processus, tã in integra figura, quàm illa quę ad genua spectatur, conspicuus.

D Hic character cũ aliquot sub sequentibus, figurę ad genua locatę proprius est, transuersum primæ vertebræ ceruicis indicans processũ.

E Spina secundæ ceruicis vertebræ, atque ita iam E secundam ceruicis denotat vertebram.

FG Quartum caput mouentium musculorum par, à prima ceruicis vertebra occipiti insertum.

HI In ceruice integrioris figurę insinuatur quintum par musculorum caput mouentiũ, quod ab occipitio in transuersos primæ ceruicis vertebræ processus implantatur.

KL Sextum musculorũ caput mouentiũ par, à spina secundæ vertebræ, transuersis primæ processibus insertum.

M Musculi scapulam mouentium tertij pars, illic cõspicua, vbi à transuersis aliquot ceruicis vertebrarum processibus prodit.

N Dorsũ mouẽtiũ musculorũ tertius.

O Dorsum mouẽtiũ septimus muscul.

P Character P in lũbis reponit, notans nonũ dorsũ mouentiũ musculũ.

Q Vndecimus dorsum mouentiũ musculus, hic ab vltima ipsius insertione pendens, ac sinũ **R** R insignitum ostendens, quo decimotertio dorsum mouentium musculo cedit, ipsius autem principium **S** S indicatur.

T Decimus tertius dorsum mouẽtium musculus, cuius principium **VX** V notatur; finis verò X: quod etiã principium decimiquinti dorsum mouentium musculi indicat.

Y Decimusquintus dorsum mouẽtiũ, **a** cuius superius extremum *a* insignitũ, sub septimo dorsum agentium reconditur. Hanc tabulam, propter thoracis formam costarumq; ductũ sedulò intueri operæpretium erit, quum costarum ductum appositissimè ostendat.

b In pubis osse *b* occurrit, mẽbranam indicans in pubis ossis foramine obuiam.

c Musculus sextus femur mouentium, ab insertione propendens.

d Muscu. septimus femur mouentiũ, ab insectione quoq; propendens.

e Hic musculus propendet femur mouentium nonus.

fg Carnea pars, seu, si voles, priuati musculi, decimũ femur mouentem musculum deducentes, atqui hic ab insertione pendentes.

Γ Musculus quē in poplite latitare dicimus, cuiq; Galenus ferè totum poplitis flectendi munus perperā cōcredidit. *h i* *h* ipsius ab externo femoris capite exortus, *i* insertio eiusdem in tibiæ os insignitur.

K K Septimus pedē mouentiū musculus.

l Tendo octaui pedem mouentis musculi, cuius insertio in pedij os par uum sustinens facta, *m* insignitur.

nopq A dextri pedis calce quatuor humi prostrati pendent musculi, pedis motorū opifices. *n* enim & *o* duos primos pedē mouentes insinuāt. *p* autem tertium, *q* verò quartū.

r Cæterùm *r* ad dextri calcis internum latus repositum, tendinis illius insertionē priuatim indicat.

Δ Δ Figurā notat externo lateri integrioris figuræ dextri pedis hic appositam, quæ sectionis serie dextrum integrioris figuræ pedē subsequitur, qui succedit figuræ, quam in præcedēti musculorum tabula Ω indicabamus.

s Ligamentum seu membrana pedis, à digitorū terminis pendet, quod musculo secundos quatuor digitorum articulos flectenti, Θ hic notato obnatum fuerat, latiq; in extremæ manus vola tendinis vicem gerebat.

t Dependet musculus, pollicem à cæteris digitis abducens.

u Musculus hic à sua insertione dependet, qui minimum digitum à reliquis in externum latus abducit.

Θ Musculus secundū quatuor digitorū os flectens, *x,α* *x* ipsius principium à calce enatū, *α* illius in quatuor tēdines partitio. Cæterùm qua ratione huius musculi tēdines diuidantur, subitosq; trāsmittāt tēdines, in hoc dextro maioris figuræ pede expressū habes, vt tamē sese hæc offerant, attentissimis oculis internam quatuor digitorum sedem intuebere; quanquam & figura Δ notata, hæc etiam commonstret, in qua musculus ille ab insertione propendens, Θ quoque insignitur.

β Carnea hęc moles illa est, cuius beneficio primū pollicis internodium flectitur, atq; hęc eodem *β* indicata, in figura illa depēdet, quam Δ insigniui.

ΛΛΛ Musculus secundum pollicis os flectēs *γ δ* *γ* in dextera tibia huius musculi notatur principiū. *δ* hac sede præsens musculus, ab interno ipsius latere tēdinē educit, qui in carnea ipsius substātia aliquousq; incœperat, iuxta characterem *ε*. *ε* Deinde vtraque figura plantam referens, tendinem hunc quoque *δ* notatum habet, quà pollici iam est proximus.


ΞΞ Ξ. Musculus quatuor digitorū tertium os flectēs, *ζ* ipsius principiū aliquātisper altiùs adhuc, sub musculo in poplite latitante, ac Γ notato *η* tēdo illius, ab interno etiā latere carnosæ suæ substantiæ enatus, atque in pedis planta in quatuor alios tendines inibi, vbi *θ* occurrit, diuisus, qui quatuor digitis postmodum offeruntur.

x x Hic sese ostēdit portio musculi, quē inter pedis motores quintum numeramus.

λ Musculosa caro, quæ in quatuor portiones diducta, tendinibus exporrigitur, qui tertium quatuor digitorum os flectunt. Est autem musculosa hęc caro, cuius opera quatuor pedis digiti ad pollicē ducuntur. Vt verò & tēdines illos, & portiones has musculosæ substantiæ accuratiùs cognoscas, tendinem tertium indicis os flectentē, *ν* *ν* notatum cōspicis, musculum autem indicem pollici adducentem *μ*. *μ*

Tabula XV. Figura XV.


Duæ præsentis tabulæ figuræ charactere XV. *notatæ in ea effigie seruantur, in qua dextra tibia simul cum pede decimæ quartæ tabulæ, sese exhibuerunt. Atque prior figura in sectionis serie figuram subsequitur, quam præcedens tabula* Δ *notatam ostenderat. Posterior autem huius tabulæ figura, succedit priori. Notæ autem harum figurarū ita se habent.*


TABVLA XIIII LIBRI II

A 1. Tibiæ os.
B 1. Fibula.
C 1. Musculus depẽdet à tibiæ osse qui in poplite latitat.
D E 1. Musculus quintus pedẽ mouẽtiũ, ac D quidem ipsius notat principium, E verò tendinem, ab interno musculi latere pronatum.
F 1. Sinus cui tendo insidet, secundi pollicis internodij flexiõis opifex.
G 1. Sinus quo tẽdo vehitũ musculi, tertiũ quatuor digitorũ os flectẽtis.
H 1. Musculus pedẽ mouẽtiũ septim⁹.
I 1. Musculus pedẽ mouẽtiũ octauus.
K 1. Insertio sexti pedẽ mouẽtis muscu.
L 1. Musculosa congeries, primũ quatuor digitorum os flectens.
M 1. Ossicula ad primum pollicis internodium reposita, quę à sesami seminis imagine nomẽ inuenerũt, quæque ab Arabibus dimidiati ciceris formæ assimilantur.
N 1. Pendet hic musculosa substantia, quæ singulis quatuor digitorũ internis lateribus portionem exporrigit, digitos pollici adducentem.
O 1. Musculus pollicis secundum os
P flectens.
Musculus tertium quatuor digitorũ os flectens.
Q 1. Portio tendinis, secũdum pollicis internodium flectentis, illi tẽdini commixta, qui indicis tertiũ internodium flectit. Sequentes modò characteres, sinistræ figurę hac ratione peculiares sunt.
R 2. Tibiæ os.
S 2. Fibula.
T 2. Ligamentum membraneum, fibulam tibiæ ossi illic committens, vbi hæc ossa inuicem dehiscunt.
V 2. Musculus pedem mouentiũ septi-
X mus. X hac septimi musculi tendo, sub osse cubum tesseram've imitante reflectit, & latescit quoque, Y tendinis huius in os pedij
Y pollicem sustinens insertio.
a 2. Musculus sub septima occultatus, & pedem mouentiũ octauus, cu-
b ius insertionem *b* notat, quę in pedij os paruum suffusciẽs digitum perficitur.
123. Tribus his characteribus in posteriori *c* sinistra've figura, tres sinus indicantur, musculis à posteriori tibiæ sede inferiora pedis subeuntibus exsculpti. Atque 1 sinũ notat, quo quinti pedem mouentis musculi tendo vehitur. 2 sinum tendini tertium, quatuor digitorum os flectenti insinuatum. 3 verò sinum indicat nomine tẽdinis cælatum, cuius beneficio secundus pollicis articulus flectitur.
c 2. Musculus dependet humi quintus pedẽ mouentiũ, in priori figura D & E notatur, ac in secunda figu-
d ra ad insertionem *d* insignitus.
e 2. Musculosa moles, primũ quatuor digitorum os flectens, hic pendet à pedij ossibus, quæ iam nuda excarneaque spectantur.

FIGVRA XVI.

A OS sacrum.
B Ossis sacri latus, cui sinistrũ iliũ os committebatur.
C Ligamentũ à sacro osse, in coxendicis ossis appendicem pertinens.
D Sinistri pubis ossis pars, quæ sinistro pubis ossi committebatur.
E Notatur quartus femur subiens neruus.
F Decimus femur mouentium muscu-
G lus, cuius tres veluti partes, E F G insignitæ, inscriptionibus quodammodo distinguntur, quibus ab interna pubis ossis sede, & interna quoque coxendicis ossis regione, musculus iste carneus pro-
H nascitur. Ad sedem verò H indicatam, musculus arctior redditur, & ad sinum sibi in coxẽdicis osse insculptum reflexus, ad magnum femoris profertur processum.
I Conspicua est portio, septimi femur mouentis musculi.
K Portio sexti femur mouẽtis muscu.
L Primus tibiam mouentium musculus, cuius sedes, qua iuxta internũ femoris caput in tẽdinem cessat,
M M indicatur.
Δ Secundus tibiam mouẽtium muscu.
N O lus. N & O musculi huius principium ab ossis pubis commissura


TABVLA XV LIBRI II
FIG XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIIII
XXV
XXVI
XXVII
XXVIII
XXIX

pronatum. M quoque & si in primo ponatur musculo, huius secūdi musculi etiā sedem notat, qua in tendinem desinit.

P Nonus musculus tibiā mouētiū, parua ipsius portione hic cōspicuus.

Q Octauus tibiā mouentiū musculus.

R Tertius tibiam mouentiū musculus, cuius tendo, quemadmodū & primi & secūdi, tibiā mouentiū musculorū quoq; M indicari potest.

ST Quintus femur mouentium musculus, verùm S posteriorē eius musculi partem notat, T autem eius musculi anterioris partis posteriorem indicat portionem.

VV Quintus tibiā mouentiū musculus.

XY Excarnis tibiæ ośsis pars, verùm Y interiorem notat malleolum.

a Primus pedē mouētium musculus.

b sub poplite character *b* secūdum pedē mouētiū musculū denotat.

c Tendo tenuisśimus, idemque summè gracilis qui à tertio pedis musculo educitur.

d Musculus surā constituentiū maximus, pedemq; mouentiū quartus.

e Musculus quatuor pedis digitorum tertium os flectens.

f Portio musculi inter pedem mouentium quinti.

g Tendo sexti pedem mouentium musculi.

h Tendines digitos extendentes.

i Musculus pollicem à cæteris digitis introrsum abducens.

FIGVRA XVII.

FIGVRA *musculorum* XVII. *de ligamentis, omnem propemodum ligamenti differentiā semel commonstrans, vniuersum femoris os exprimit, vnà cum tibiæ osse & fibula, quibus ea ligamenta adhuc connata hærent.*

ABC D. Femoris os.

B Femoris ośsis caput sinum coxendicis ośsis subiens.

CD Femoris ośsis humiliora capita, quæ tibiæ articulantur.

EFG H. Tibiæ os.

F Eminens superioris appēdicis tibiæ ośsis processus, qui sinū subingreditur, quē duo humiliora femoris ośsis capita efficiunt, & qui ligamentū mox X insinuādū educit.

G Sinus inferioris appendicis tibiæ ośsis, quo cōplures vehuntur tendines eorum musculorum, qui anteriorem tibiæ sedem occupant.

H Interior malleolus.

IK Fibula, verùm K exterior malleolus priuatim insignitur.

LM Musculus notatur in sura maximus pedemq; mouentiū quartus, atq; inter reliquos corporis musculos intensisśimè liuēs. Verùm M huius musculi tendinem, calcis ośsi insertum, particulatim indicat.

N N autem portiūculam tendinis primi, & secūdi pedem mouentium musculorum ostendit.

O Teres ligamentum, femoris os coxendicis ośsi iungens.

PP Ligamentū orbiculatim femoris cū coxēdicis osse articulū amplectēs.

Q Ligamētorum portiones, ex magno externoq; femoris ꝓcessu in musculorū substantiā absūptæ, ac potisśimū in tibiā mouētiū septimi.

R Portiunculæ ligamentorū quoque, à radice interioris minorisq; processus femoris pronatæ, & in octauum tibiā mouentem musculum præcipuè degenerantes.

SS Membraneum ligamētum, reliquis etiam omnibus articulis commune, quod vniuersum genu articulum ambit, ea tantùm parte excepta; cui mola præponitur.

T Ligamentū genu articulo proprium quod externo ipsius lateri attēdit.

V Ligamentum hoc etiam genu articulo peculiare censetur atque externo ipsius lateri attensum visitur.

X Ligamentum ex tibiæ ośsis processu F notato, in femoris os insertum.

Y Ligamentum superiorem fibulæ partem tibiæ ośsi connectens.

Z Ligamentum inferiorem fibulæ partem tibiæ alligans.

a Membraneum ligamentum, fibulā tibię ośsi toto ductu, quo inuicem hæc ossa dehiscunt, committens.

b c Hic ligamentum notatur, tẽdines annuli ritu amplectens, qui à tibiæ anteriori sede in pedis superiora porriguntur. Vt verò ipsius natura exactiùs oculis subijceretur, id sectione secundùm lõgitudinem ducta diuisum, atque vna parte in latus reflexum finximus.

d Ligamentũ à tibiæ osse ad calcẽ insertum, & tendines hac ad pedis inferiora descendentes continẽs.

e Ligamẽtum à fibula ad calcem porrectum, & tendinibus hac pedis inferiora petentibus obductum.

f Ligamentum cartilagineũ, ab interno malleolo in tali internum latus insertum.

g Ligamentum quoque cartilagineũ, fibulam talo colligans.

FIGVRA XVIII.

PRÆSENTI *figura musculi structuræ ratio, qua omnes ferè dissectionis proceres musculum formari tradunt, vtcunque exprimitur.*

ΦΩ *Quod enim inter Φ & Ω continetur, nerui cuiusdã est portio suprà infraq; obtruncata: uerùm hæc characterum indice opportuniùs explicabuntur.*

A Nerui in plures surculos, distribuendi portio.

B Nerui A notati soboles, musculi cõstitutionem subiens.

C Ligamẽtum quod ab osse ad musculum constituendum pronascitur.

D Ligamẽti & nerui ad musculũ efformandũ congressus, ac prima in fibras distributio, musculiq; caput.

E Sedes qua fibrarũ maxima est diuisio, & qua musculi venter cõsistit.

F Diuisionis fibrarũ concursus cõmixtioque, & tẽdinis musculi initiũ.

G Tẽdinis pars, q̃ mouẽdo ossi inserit.

FIGVRA XIX.

XIX. *Figura musculorum humeri seu brachij os, & cubiti ossa, et extremam summæ manus sedem ambientium fibras à carne liberas commonstrat, vnà cum quarto brachium adeuntium neruo, vt hic quàm fieri posset commodissimè musculi fabricæ natura oculis subijceretur.*

H Humeri ossis caput, quod scapulæ articulatur.

I Quartus brachium petens neruus.

K Principium musculi cubitum extendentis, qui ab humeri capitis radice exoritur.

L Principium alterius cubitum extendentis musculi, qui ab humiliori scapulæ costa pronascitur.

M Sedes qua quartus brachiũ accedens neruus, duobus cubitũ extendentibus musculis propagines offert.

N Cubitum extendentium musculorũ finis, seu eorundẽ in posteriorem vlnæ processum insertio.

O Posterioris vlnæ processus pars, quæ ex carnis perpetuò cernitur.

P Quartus brachiũ petens neruus inibi cõspicuus, quà posteriori sedi exterioris tuberculi humeri innitit, ac musculus hinc ab humero principium ducentibus ramos offert.

Q Initium est cubitum flectentium musculorum posterioris.

R Caput oblongi musculi, qui radij appendici iuxta brachiale insertus, radium in pronum ducit.

S Musculus bicorni tendine brachiale extendens.

T Musculus brachiale extendentiũ alter, qui è regione minimi digiti postbrachiali implantatur.

V Musculus vlnæ exporrectus, & brachiale flectens.

X Musculus indicem, medium, & an nularem extendens.

Y Musculus quo minimus digitus præcipuè extenditur.

Z Carnea pars eius musculi, qui in tres deductus tendines, vnũ brachialis ossi pollicem sustinenti inserit, secundum primo pollicis ossi, tertiũ secundo pollicis ossi & tertio.

a Musculus cuius beneficio pollex indici adducitur.

FIGVRA XX.

QVAMVIS *tertia musculorum tabula ad characteres, C D E hos musculos vtcunque exprimit, hic tamen istam peculiarem locauimus figuram.*

A Maior canthus.
B Tertius musculus palpebrã attollens.
C Par primi palpebrã mouentium musculi à principio ciliorũ exoriẽs.
D Oculi canthus externus.
E F Principium duorum palpebræ musculorum, mutuus autem illorum connexus notatur.

FIGVRA XXI. XXII. XXIII.

TRES *hæ figuræ simul oculi musculos demonstrant, vigesima prima oculus cum musculis in sede sua adhuc manentibus delineatur, vigesima secunda auulsos, tantumq́; ab insertione pendentes exhibet, adipe qui inter eos circa opticum erat, sublato. vigesima tertia ostenditur eius facies anterior, vtraque palpebra cum musculis suis ablata, quo melius conspiciatur musculorum oculi situs.*

A 123. Anterior oculi sedes.
B 1.2. Neruus visorius quem opticum vocant.
CDE 1. Duo oculi musculi, siti sua ĩ sede.
F G 1. Adeps interuallum musculorum opplens.
H I 23. Duo infimi oculorum musculi.
L M 2.3. Altissimi.
N 2. Quintus oculi musculus qui eleuando oculo, vt placet Vesalio, succurrit.

FIGVRA XXIIII. XXV. XXVI.

VIGESIMA *quarta figura linguam vnà cum ipsius musculis à reliquo separatam corpore commonstrat. Eodem modo vigesima quinta linguam eiusq́; musculos oculis subijcit: tertium autem & septimum sursum refleximus, vt primus & nonus magis conspicui essent: vigesima sexta apparet lingua diuisa, sublatis ab ea omnibus musculis.*

A A A, 1, 2, 3. Linguæ portio ante confectionem in hiante ore conspicua, & tunica adhuc obtecta ipsi, ac toti ori, & stomacho, item & asperæ arteriæ communi.
B B 1. Hæc linea dictæ nuper tunicæ partẽ notat, secundùm inferioris maxillæ latera ab ore dissectam. Linguæ enim portio supra lineã consistens, illa adhuc obtegitur tunica: quæ autem sub linea cernitur, hic (vti etiam nunquam) illa tunica non succingitur.
C 1. Iam dictæ priùs tunicę portio, quã hic à palati intimo vnà cũ lingua præscidimus.
D D 1.2. Primus linguæ musculus.
E 1.2. Tertius linguæ musculus.
F 1.2. Quintus linguæ musculus.
G 1.2. Septimus linguæ musculus.
H 1.2. Nonus linguæ musculus.
I 3. Linguæ ligamentum, cui linguæ corporum fibrę continuantur.
KK 3. Dextri linguæ corporis fibrarum species.
L L 3. Sinistri linguæ corporis fibrarum species.

FIGVRA XXVII.

PRÆSENS *figura, primam secundamq́; ceruicis exprimit vertebras, posteriori sede delineatas, vnà cum earundem ligamentis. Characteres autem figuræ inscripti ita habẽt.*

ABC Prima ceruicis vertebra secundę cõnexa. Verùm A priuatim dexter primę vertebrę sinus, qui dextrũ occipitis ossis caput suscipit, indicatur. B autem sinister sinus, cui sinistrum occipitis ossis caput insidet. C verò primæ vertebræ sedes, vbi in spinã aliæ terminant.
D D G H. Secunda ceruicis vertebra.
E E E. Ligamentum membraneum, primam ceruicis vertebram occipitis ossi nectens.
F F Ligamentum membraneum primã ceruicis vertebram secundæ nectens vertebræ.
G Corpus secundæ vertebræ dentem producens.
H Dens, acutusve secundę ceruicis vertebrę processus.
I Teres ligamentum, à dente in occipitij os insertum.
K Transuersum ligamentum, dentem in sinu continens, qui dentis gratia in prima vertebra cælatur.

FIGVRA XXVIII.

VIGESIMA *octaua figura duas è thorace vertebras, anteriori*

facie

facie ex puerili corpore depictas exhibet. In quibus 1 notat superioris vertebræ cartilaginem, sui corporis inferiorem appendicem, ipsumq́; corpus interuenientem, 2 eiusdem vertebræ humiliorem appendicem, 3 cartilagineum ligamentum, superioris inferiorisq́; vertebræ appendices intercedēs, 4 superiorem inferioris vertebræ appendicem, 5 cartilaginem, dictam modò appendicem suæ vertebræ copulantem.

FIGVRA XXIX.

A Recti intestini portio cū suis musculis à corpore resecta: quā dū reliqua eximimus intestina, ī corpore adhuc relinquere solemus.

BC Duo musculi, intestinum post egestionem sursum trahentes.

D Musculosa substātia penis radici adnata, in mulieribus porrò ad infimam pudendi partem commissa. Insuper D sedes notatur, à qua in penem musculi duo pronascuntur.

E Circularis musculus, ne præter arbitriū excrementa deijciantur pręcauens.

QVATVORDECIM FIgurarum laryngis characterum index.

PRIMA *figura osis v imaginem referentis, et hic suis musculis omnibus liberati anterior facies exprimitur, vnà cum anteriori laryngis, et asperæ arteriæ caudicis (qui in collo consistit) sede, nullo interim laryngis musculo resecto. Qui verò musculi hic sint cōspicui characterum index, dilucidè explicabit. Secunda figura eadem quæ prima ex dextro latere commonstrat, quanquam hic non tantam asperæ arteriæ caudicis portionē asseruauerimus, dein etiam hinc superiora osis, v referentis latera resecuimus.*

Tertia secundæ penitus respondet, nisi quòd hæc ex posteriori facie eadē, quæ illa ex latere commonstrat, verùm & hic quoque ex industria superiora osis hyodis latera perinde ac in prima delineantur.

Quarta anteriorem laryngis sedē, cum portione caudicis asperæ arteriæ proponit, resecto iam hyoide osse, cum musculis ab illo, & à pectoris osse laryngi oblatis. Seruantur itaque adhuc ex communibus laryngis musculis quintus & sextus, ac dein musculi laryngis operculo proprij.

Quinta figura à quarta sectionis ordine nihil variat, eadem quæ quarta, ex sinistro latere eleganter spectanda offerens.

Sexta laryngem à reliquo asperæ arteriæ caudicis liberatam, ita posteriori facie exprimit, vt neque stomachi, neque communis alicuius musculi portionem adhuc reliquerim, interea tamē nullam laryngis cartilaginum sua sede dimouimus.

Septima laryngem ex dextro latere ita expressam continet, vt ipsius operculum iam resectum sit, vnà cum musculis primæ cartilagini secundā nectētibus. Dein primæ cartilaginis in hoc latere inferior processus, à secunda liberatus est, ipsaq́; prima antrorsum, atque à secunda sic reflexa occurrit, vt media primæ cartilaginis sedes, in posteriori regione nuda cernatur.

Octaua à septima in hoc differt, quòd hic rectos musculos illorum quatuor, qui tertiam cartilaginem secundæ nectunt, rescidimus, ipsaq́; secunda cartilago magis detecta appareat.

Nona rursus ab octaua in hoc variat, quòd præter musculos nuper dictos, etiam quatuor tertiam secundæ iungentium obliquos, & dein duos in tertiæ cartilaginis basi positos abstulimus, seruatis duntaxat cum tribus cartilaginibus illis musculis, qui tertiam primæ alligant.

Decima ex anteriori laryngis sede se spectandam præbet, ablata iam prima cartilagine, & duntaxat cum secunda & tertia apparentibus musculis, tertiam primæ cōmittentibus.

Vndecima laryngis musculis ostendendis non seruit, verùm hanc, vt et duas sequentes, ostendendæ laryngis linguæ gratia delineauimus. Exprimitur itaque hic larynx, à reliquo

asperæ arteriæ trunco, & suis communibus musculis libera, quæ asseruato adhuc ipsius operculo, posteriori suæ sedi incumbit, superioremq; faciem commonstrat.

Duodecima in hoc ab vndecima differt, quòd hæc inferiorem laryngis sedem delineatam contineat.

Decimatertiæ hoc à duodecima habet peculiare, quòd laryngis rimam seu lingulam, magis coarctatam occlusamue repræsentet. Cæterùm characterum index erit eiusmodi.

A In prima 2, & 3, figuris hyoidis notatur os, nō prorsus suis membranulis liberum.

B In prima 2, & 3, humilius hyoidis ossis latus, superiori scutiformis cartilaginis alligatum processui,

C qui C in 2, 3, & 4 indicatur.

D In prima & tertia superius notatur hyodis ossis latus, à secunda figu-

E ra inibi resectū, vbi E adscriptum cernis.

F Musculus ab hyoidis ossis inferiori sede enatus, ac humiliori primæ cartilaginis sedi insertus.

In prima figura dexter & sinister est conspicuus, in secunda dexter duntaxat.

G Musculus ex posterioris ossis summo, ad humiliorem primæ cartilaginis sedē deductus. Prima dextrum & sinistrum quoque exprimit; at secūda dextri tantummodo portionem.

H Gula, seu stomachus, in 2, 3 & 5 cōspicuus.

I Musculus ex posteriori sede stomachi, cartilaginis primæ lateri insertus. Ac tertia dextrum & læuum ferè vniuersum ostendit, & potissimum vtriusque initium. Secunda dextrum & minimam sinistri portionem; Quinta verò, sinistri insertionem exprimit, vt etiam prima & quarta vtriusque insertionem proponit.

K Duo musculi ab osse υ referente enati, ac in laryngis operculi radicem inserti, hi occurrunt in secunda figura & tertia & quarta.

L Ἐπιγλωττὶς, seu (vt nos vocamus) laryngis operculum, in secūda figura, & dein in 3, 4, 5, 6, & 11, conspicuum.

M Glādulæ laryngis radici, ad asperæ arteriæ latera adnexæ in 2, 3, 4, & 5,

N Musculus à prima cartilagine ad secundā protensus, exterior'ue primā cartilaginem secundæ iungentiū. Dextri musculi & sinistri pars in prima videtur, vterque autem integer in quarta apparet.

O Musculus à secūda cartilagine in primam protensus, alteriusve lateris interior, secundam cartilaginem primæ connectentium, in quinta solus sinister exprimitur.

P Musculus ab infima secundæ cartilaginis sede, posteriori ī parte principium ducens, & tertiæ cartilagini insertus. Sexta dextrum & sinistrum ostendit: septima dextrū, & quodammodo sinistrum.

Q Sedes iam dicti musculi, in octaua & nona.

R Musculus à latere secundæ cartilaginis, in tertiam cartilaginem insertus. Septima & octaua dextrum duntaxat ostendunt.

S Sinus secundę cartilaginis, in octaua & nona notatur, cui inferior pri-

T mæ cartilaginis processus, T in octaua & nona insignitus cōnascit.


V Musculus in basi tertiæ cartilaginis situm obtinens, Sexta vtriusq; lateris musculū repræsentat. Septima dextrum, & sinistri portiūculam. Octaua etiam dextrum.

X In nona figura sinus indicat, cui musculus insidet, tertiæ cartilaginis basim in altero latere occupās, ac V charactere iam expressus.

a Musculus ex tota primæ cartilaginis longitudine enatus, ac tertię insertus, aut musculus primæ cartilagini tertiam copulās. Decima dex-

b trū *a* insignitum & sinistrū *b* insignitum indicat, ablata interim prima cartilagine.

Septima verò, octaua & nona, integrum dextri lateris musculū *a* notatum exprimunt, & elatiorē sinistri sedē, quam ob hoc quoq; *b* litera in illis figuris notaui.


TABVLA XVI LIBRI II
FIG. I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
VIIII
X
XI
XII
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX

c Linguæ seu rimæ, in medio laryngis obuiæ superior sedes in vndecima figura conspicitur.

d Inferior facies lingulæ, quam in decimatertia magis, quam duodecim apertam expressimus.

ee Duo sinus, vtrinque vnus, qui clausa lingula seu rima in humiliori ipsius sede ad latera euadunt conspicui in duodecima, & decimatertia.

f Callus in medio rimæ apparens, vbi ipsa potissimùm conniuet, in decimatertia exprimitur.

g Ne fortasse aliquid obscuritatis cartilagines literis non insignitæ adferant, illas quoque adnotabimus. *g* itaque prima est cartilago, in anteriori parte se offerens, in 1 figura, dein in 2.4.5.12.13.

h Prima cartilago, in tertia figura & 6.7.8.9. posteriori facie se offerẽs.

i Secunda cartilago anteriori facie cõspicua, in 1.2.4.5.7.8.9.10.12.13.

x Secũda cartilago posteriori facie spectatur, in sexta. 7.8.9.11.12.13.

l Tertia cartilago occurrit in secũda, 3.6.7.8.9.10.11.

TABVLAE DE PENIS musculis Characterum index.

XIIII. Itaque figura corporis in mensa proni, & oculo ad perinæum seu interfemineũ directo, ostẽdit femora in latera admodũ distẽsa, & penis corpus vniuerso interim scorto cum testibus, cute, adipe, venis, neruis, & arterijs vndique absectis.

XV. Figura nuda quodammodo cõmonstrat ossa, quæ sacri ossis lateribus cõmittuntur, ac iliũ, & coxendicũ, & pubis ossa appellãtur. His femorum ossiũ portiones adhuc appẽdent, vnà cum ani & penis musculis: quos ideo ab ipsorũ exortu dependere finximus, vt penis corporũ origo vrinæque & semini communis meatus inibi in conspectu esset, qua sursum sub pubis ossibus flectitur.

XVI. Penem trãsuersum dissectũ in hoc ostẽdit, vt penis corporũ substãtia, & coalitus, & cum vrinæ meatu connexus oculis subijcerentur.

XVII. Figura integrum commonstrat penem, vnà cum vesica hic exporrectum, vt proprius vesicę ceruicis musculus intueri possit.

XVIII. Ostendit penis diuisum canalem ad vesicæ introitum, glãdulas item quibus conseruatur semen.

XVIIII. Penis corpus per longitudinem dissectum monstrat, quo melius appareat arteria, quæ per ipsum distribuitur.

A B 1.2.3.4. Duo penis corpora penem quodãmodo vniuersũ cõstituẽtia.

C C 2.4. Duorũ penis corporũ exortus.

D 1.2.3.4. Penis glans, quam alij pręputiũ nuncupant: eo noĩe cutẽ, qua penis obtegitur, non dignantes.

E E 3. Fungosa rubraq; penis corporum substantia.

F 3. Mutuus penis corporum cõnexus & neruea eorundem substantia, quæ orbiculatim fungosã substantiam complectitur.

G 1.2.3. Vesicę meatus, vrinę seminiq; genitali communis.

H I 1.2. Duo primi penis musculi, in prima quidem figura suam seruantes sedem: in secunda autem ab eorũdem principio dependentes.

K L 1.2. Duo posteriores penis musculi, seu tertius & quartus, qui ĩ prima figura integri, in secunda verò ab insertione pẽdentes conspiciunt.

M 1.2. Musculus orbiculatim recti intestini finem ambiens, fæciumq; excretioni præfectus.

N 4. Vesicæ ceruicis musculus, vrinam, ne præter nostrum arbitrium defluat, cohibens.

O O 2. Membrana pubis ossium foramina occupans.

P 2. Teres ligamentũ, à coxẽdicis osse in rotũdũ femoris caput insertũ.


Q 4. Vesicæ corpus.

R 4. Glandosum corpus, vasorũ semen deferentiũ insertionẽ excipiens.

S S 4. Portiunculæ sunt meatuũ, quibus vrina è renibus in vesicã ducitur.

T T 4. Portiunculæ sunt meatuum, semẽ in vesicę ceruicem eiaculantium.

V 5.6. Arteria, quę per vnũ latus penis distribuitur, & per alterum eodẽ prorsus modo alia distribuitur.






Ræter consuetas Valuerdi Figuras, cùm sequentes quatuor musculorum iconas recèns nacti essemus, ea vtpote non inelegantes, & ab alijs differentes, ad absolutionem operis perfectionem addendos duximus, postremum hunc ipsis locum, ne vetus numerorum ordo turbaretur, asignantes.




Figura I.













IOANNIS VALVERDI Medici de Humani Corporis Anatome.

LIBER TERTIVS,

In quo de Nutritionis, Generationisque instrumentis agitur.

De Membrana, quæ omnibus hisce membris obtenditur περιτόναιον *dicta. Cap. I.*



VMANÆ fabricæ basim & propugnaculum, ossa nimirum & cartilagines, primus liber edocuit. Secundus vincula & ornatum ipsius enarrauit. Tertium hunc, organis ad nutritionem requisitis consequenter dicabimus, & ob partium viciniam, de generationis quoque instrumentis agemus, sermonis initium à Membrana ducentes, quam, quòd horum omnium organorum cōmune sit inuolucrum, græci περιτόναιον appellarunt, Arabes autem Siphac. Membrana hæc corpus est simplex siue similare, omni fibrarum genere, quales in venarum tunicis haberi scripsimus, destitutum: estque totius corporis membranarum, si carnosam exceperis, maxima. Ac omnem in primis cauitatem interna facie succingit, quæ à septo transuerso ad ossa vsque pubis Ilium, & Coccygis habetur; omnia quæ inibi continentur instrumenta obuinciens, ventriculum scilicet, iecur, cystim fellis, lienem, omentum, mesereon, intestina, renes, vesicam, vterum, & testes. externa sede abdominis musculis adhærescit. ex ligamentis enim lumborum vertebras, & Ilium ossa sacro ossi connectentibus vtrinque nascitur, principio admodum tenuis; ac deinde [a] musculos lūborum vertebris affixos, nec non internam ossium coxendicis regionem occupantes supergreditur, fibrarum interuentu, quæ musculos inuicem committunt, ipsis adhærens; [b] Transuersis verò abdominis musculis subtenditur, inferiori diaphragmatis sedi, illisque omnibus, ac potissimum neruosis ipsorum partibus cohærescens, & musculis instar inuolucri obducta. Adeo vt vini vtrem, peritonæum imagine referat; intus quidem leue ac lubrico humore oblitū, adipisque interdum aliquid sibi adnatū habens, licet non æque vndequaque: sedes enim ipsius, quæ ventriculum & lumbos respicit, longè copiosiorem obtinet adipem, quam quæ ad vmbilicum pertinet. exterius autem asperum, quò musculis firmiùs adhæreret, nec intestinis officeret. Ab interna peritonæi regione aliæ quædam nascuntur membranæ, membris in huiusmodi cauitate contentis obductæ, & singula instar tunicæ obtegentes, præter peculiares membranas, quas nonnulla, siue maior ipsorum pars adipiscuntur. Atq; hanc ob caussam complures, ijs organis quæ duabus duntaxat donantur tunicis, quemadmodum ventriculus & intestina, ternas adesse crediderunt, peritoneos membranam vnius vice connumerantes; ijs autem, quæ vnicam duntaxat peculiarem tunicam obtinent, quemadmodum vterus, vesica, cystis fellis, binas adscripserunt; ijs demum quæ nullam adepta sunt, ex quorum numero sunt lien & iecur, vnicam assignarunt, peritonæi scilicet partem. Cęterum peritonæum non parem vbiq; seruat crassitiem; pars enim ipsius lumborum vertebrarum vinculis connata, admodum crassa est, quemadmodum & quæ lumborum musculis incumbit: anterior verò à mucronata pectoris cartilagine subtus vmbilicum pertinens, tenuis insigniter occurrit; atque hinc etiam tenue deorsum fertur peritonæum, sed geminum, & inter vnam alteramque membranam vmbilicales arteriæ, nec non vrinarius meatus deferuntur, vti suis locis doce-

Marginal notes:
a li. ii. ta. vii. tux.
b li.ii.t. vi. a
Figura.
Membranæ à peritonæo eductæ.
Peritonæi haud par est vbique crassities.
Peritonæū quo locis peruium.

docebimus, etsi Vesalius id minimè aduertit. Adhæc Peritonæum in viris iuxta pubis ossa, ad latera capitum rectorum musculorum, [c] singula vtrinque ostendit foramina, per quæ ad testes seminaria vasa deferuntur. Quod tamen haud ita accipiendum est, vt Peritonæum hac in parte peruium sit; nullibi enim disruptum, vnà cum seminarijs ductibus ad testes elabitur, omnibus ipsis obductum. Quà etiã Diaphragmati subtenditur duo pariter obtinet [d] foramina, instar illorum, quæ in illo haberi diximus; quæ minùs etiam prædictis foramina dici merentur. Vbi nanque peritonęum, ad venam cauam, ad arteriam magnam, & ad æsophagum, quæ septum traijcere diximus, pertingit, ea circum circa complectitur, & omnibus ipsis adhærẽs descendit, [e] venam cauam & ęsophagum [f] circum vndique, arteriam verò [g] anteriùs duntaxat ambiens. Alia quin etiam sortitur foramina, quibus [h] vmbilicalia vasa, ceruix vesicæ, anus, & venæ complures, arteriæ, ac nerui, ad crus tendentes, musculi etiam aliquot dorsi, nec non multæ [i] venarum, neruorum, arteriarumque propagines transmittuntur, quæ à vasis lumborum vertebris incumbentibus prodeunt, & proximos sibi musculos, cutemque ac Peritonęum quoque adeunt; quod non solum surculos hosce suscipit, verum etiam & illos, qui septum transuersum permeant; vnde mihi haud omnino sensus expers videtur, vt multi existimarunt. In mulieribus priuato foramine donatur, quo vteri ceruix viam sibi parat. Peritonęo id muneris demandatum est, vt prędicta membra priuatim contegat, & omnia quo minus a sedibus suis aberrent, cõtineat, quod potissimum in abdomine ac lumbis pręstat, quibus in locis si forte fortuna disrumpitur, intestina protinus erumpunt, & veluti herniam efficiunt; neque verò transuersi abdominis musculi ipsis quò minus exiliant continendis sufficiunt, quãuis Vesalio secus videatur.

Peritonæi munus.

c fi.i. G. li.ii. t.iii.x.t.i. Y
d li.ii.t.vii.r.s.
e ead. s.
f ead. r
g ead. q
h fi.iii. F K I
i fi.xix. m, m n

De Aesophago, siue Stomacho. Cap. II.

STomachum appellamus [a] intestinum illud, à palati finibus exortum, quod linguę radici hęrens, tonsillas vtrasque attingit, & [b] deorsum per asperę arterię posteriora ad quartam vsque thoracis vertebram protenditur, ac dein iuxta quintam, vt magnę arterię cedat, non nihil dextrorsum deuiat, ipsique adherens ad nonam vsque thoracis vertebram procedit, vbi iecoris occasione ad leuam obliquatur, & paululum à dorso abscedens [c] neruosam Diaphragmatis regionem sinistrorsum supergreditur, & [d] intra ventriculum ad igitur. Via hęc gręcis οἰσόφαγος, latinis stomachus, idest os, dicta est, per eam nãque veluti per os esculenta omnia poculentaq; ingeruntur, pręter potus tantillum, quod laryngem ingreditur; eamque irrorans efficit vt melius diduci & arctari queat. Alii Gulam siue Meri appellarunt. Hispanis Tragadero, siue Herbero, seu Gargante dicitur, Italis verò Gola, siue Canna della Gola. Constat autem ex neruosis quibusdam tunicis, quo facilius dilatetur colligaturque. Interna eius facies læuis & lubrica est, externa verò aspera. Binas sibi peculiares tunicas vendicat, pręter communem peritonæi, substantia, duritiè, crassitie ac fibrarum specie varias. Interior enim neruosior est ac durior: tenuiorque, totius oris & palati tunicę continua, & fibris secundum longitudinem porrectis donatur, quibus veluti manibus ingestos cibos attrahit, & vomitu rei ectat; licet motus is ad ventriculum magis quàm ad gulam pertineat. Exterior tunica crassior est ac mollior, & musculi modo, paulò carnosior; & transuersas, circularesue fibras nanciscitur, quę cibis in deglutitione deorsum trudendis, eisdemq; in vomitu foras propellendis opitulantur. Tertia stomachi tunica fibris omnino destituta est, proditque à ligamentis vertebrarum thoracis, iuxta nonam vertebram, cui sedi ęsophagus ipse committitur, fitque ex membranis, quę à thoracis vertebrarum ligamentis infra nonam vertebram enascuntur, & vertebrarum corporibus stomachum deuinciunt. Membranę huic nihil fibrarum obtigit, nihil muneris concreditum est, præterquam vt secundam integat, quemadmodum peritonęum, ea membra quibus obtenditur. Pręter cõmemoratas fibras faciliorem ciborum deglutitionem reddentes, quatuor in stomacho

Gulæ situs.
Gula quot ex tunicis constet.
Tertia gulæ tunica.

a fi. xiii. xiii.
b li.ii.t.xvi.fi. ii. iii. v. H. ta. vii. F trãsit super B, & sub F
c li.ii.t.vii.
d fi. xi. iuxta. R

cho glandulę habentur, quę ipsum continuò humescentem & lubricum seruāt. Harum [e] duę in faucibus, stomachi orificio assidentes, ac tonsillę nobis appellatæ, laryngi etiam irrorandę inseruiunt. Duę [f] alię in medio stomachi ductu cōsistunt, posteriori eius sedi magis innixę, atque illis, quę ad initium ceruicis vesicę occurrunt, tum forma, tum officio similes.

e fi.xiii.E.F.
f fi.xiiii.E.F.

De Ventriculo. Cap. III.

a fi.ii.P.fi.iii. F.F.fig.xi.P. Q.figu.xiij. xiiij.xv.xvi.

AEsophago [a] ventriculus est continuus, sub Diaphragmate inter vmbilicum & mucronatam pectoris cartilaginem situs, à læua in dexteram secundum longitudinem ex porrectus. Elatiore anterioreque sui sede in sinistro latere Diaphragmati cohæret; In dextro latere iecoris concauo subtenditur; humiliori autem sede omento atque intestino colo attenditur; à sinistris lieni innititur, atque in hoc latere maior ipsius pars totam regionem inter iecur & lienem intersitam occupat, in qua superius orificium septo adhæret paulò elatius inferiore, quod ad læuam iecori substernitur, sed vtrunque orificium in medio corporis consistit, non q-dem longitudine, sed profunditate corporis dimetita. Reliquum ventriculi in anteriora pertinens ei parti subiacet, quam os ventriculi vulgo appellunt, hinc sanè decepti, quòd parte hac frigescente incalescenteue, ventriculi os dolere, seu refocillari ꝑ varia ipsius dispositione animaduertant. At huius profectò ratio nulla alia est, quàm quòd ventriculi corpore calidiore, seu frigidiore reddito, protinus ipsius ori, continuo scilicet, alteratio communicatur. Vnde in medicorum quorundam sententiā conniuere nequeo, qui ventriculi situ adducti, remedia ventriculi os iuuatura, dorso applicant ad costarum extrema, nonnihil ad læuam; non enim video qui per tantam ossis crassitiem, carnisque molem medicamentorum facultati facilis pateat aditus. Sed vt eò vnde digressa est nostra redeat oratio. Ventriculus forma est rotundus & oblongus, & principio latus, ac sensim versus finem in angustum coactus, superiore sede, quæ à summo ad imum pertinet, strictior angustiorq;, inferiore autē amplior; estque totus æqualis ac tersus; posterius interim sinum commostrat, quem in sui medio transuersim efformant dorsi vertebrarum corpora, nec non vena atque arteria ipsis superuectæ. Sinum hunc ventriculus non nisi in corpore cōsistens ostendit, ideoque benè inflatus, vētriculi quo clysteres parantur formā, quodammodo refert. Duo etiam sortitur ora, alterum quo cibum excipit, quod στόμαχος idest os, græcis appellatur, cui æsophagus iungitur in sinistro latere, sub Diaphragmate, modicè versus mediam corporis regionem: alterum quo cibus confectus foràs extruditur, ac proinde πύλωρος græcis, Ianitor nobis dicitur, qui sedem in dextro habet latere, è regione propemodum alterius, adeo vt cibus ad absolutam vsque ipsius elaborationem facilè in ventriculo contineri possit, nulla interim vrgente necessitate, qua inferiùs orificium arctè adeo, vt quidam existimant, occludi oporteat. ex duobus hisce orificijs supernum amplius inferno est, quò scilicet cibos facilius deglutire, deglutitosq; minori negotio continere possimus. Quanta sit etiam inferioris orificij amplitudo, ex his discere possumus, qui aut imprudenter, aut etiam consultò, anulum, aureumuè scutatum, vel quid simile deuorant. Neque verò glandula illa quæ intestino, ianitori contiguo secundum ipsius longitudinem adnascitur, ad exactiorem orificij huius cōstrictionem opitulatur, sed venæ portæ ramos, inibi seiunctos suffulcit. Cæterum orificij vtriusq; membranæ, reliquo ventriculi corpore [b] paulò crassiores existunt, vt illis intra digitos compressis, multoque magis inuerso ventriculo, conspicuum euadit; liquidò enim orbiculatim prominere deprehenduntur, idq; perspicuum fit quà stomachus, & duodenum intestinum, ille quidem superiori, hoc vero inferiori ventriculi orificio iunguntur. ex hisce autem prominentijs, vtraque ventriculi ora longe maius sibi ipsis robur asciscunt. Reliquum omne ventriculi corpus, [c] interna facie lœue est ac planum, perinde ac exteriore, si duas tamen prædictas sedes exceperis quæ, ventriculo insigniter constricto, rugas quasdam ostendūt; ac huiusmodi quidē

Vnctiones pro ventriculo vbi nam faciendæ.

Ventriculi figura.

Duo ventriculi orificia.

Inferius ventriculi orificium non admodum angustum.

Ventriculi membranæ vbi crassiores.

b fi.xv.h.i.

c ead.

partes albæ minus quàm reliquum ventriculi corpus occurrunt, præsertim verò intrinsecus vbi modice rubent. Interdum etiam ingens adipis copia in ventriculi fundo reperta est. *Ventriculus magnitudo.* Neque vna vbique est eademque ventriculi magnitudo, nam præterquàm quòd alijs maior, alijs minor obtigit, in vnoquoque pro assumptorum ratione, maior minor'ue redditur, nam vesicæ instar ita turgescit cogiturque, vt quantumlibet exiguum, multum'ue sit quod continet, totum id æquè complectatur, nihil interim vacui relinquens. Cui quidem actioni apprimè ipsius substantia congruit, quippe quæ neruosa est, & citra omne periculum ampliari colligique potest. *Ventriculus duplici constat tunica.* Constat autem duabus tunicis, latis atque tenuibus, sibique inuicem iunctis, sed nonnihil varijs. [d] Interior enim perinde ac stomachi neruosa est, ac stomachi, palati, labiorum, vti & intestinorum interiori tunicæ continua, stomachi tamen & palati tunica paulò mollior, ne in asperioris cibi molitione, ac deglutitione hæc abraderetur; ac proinde hæc oris tunica, ad ventriculi vsque fundum, mollior deinceps efficitur. *Ventriculi fibræ.* Tunica hæc vnum duntaxat sortita est fibrarum genus, obliquè scilicet excurrentium, qua quidem in re à stomacho differt, qui fibris quam plurimis, rectaque ab imo ad summum porrectis donatur, quibus veluti manibus cibos deorsum allicit. Ventriculus autem rectis fibris minimè opus habuit, cùm munus ipsi cibos attrahendi concreditum non sit, sed dum conficiantur duntaxat retinendi, confectosque foràs propellendi, quorum illud obliquis, hoc transuersis secundæ tunicæ fibris molitur. *Secunda tunica.* [e] Exterior tunica crassior est quam interior, atque ideo mollior, & lenta magis, externæ stomachi tunicæ continua, & transuersis, perinde atque illa fibris intexta, quæ interioris tunicæ fibris tessellatim complicantur. *Alia tunica.* [f] Tunicæ huic alia circunducitur ex peritonæo, quà id septi partem stomacho iter præbentem integit, pronata, ipsique circũdata, vbi crassior quàm alibi occurrit, externæ omenti tunicę, vt inferiùs docebimus, principium porrigens. *Ventriculi munus.* Ventriculi autem partes sunt, cibum conficere, ac in suam naturam conuertere, ac proinde qualis ipse est, albũ ipsum reddit, quem vbi elaborauit eoque potitus est, (siue ipso reficiatur, seu nutriatur) quod reliquum est transuersis fibris per pyloron extrudit, quæ ventriculum (vt mulieres intestina solent, cùm insitia parant) comprimentes foràs propellunt. In eo itaque velut in lebete, cibus vniuerso corpori coquitur, ideoque inter tot membra ipsum excalefacientia fuit repositus.

d fi.xvi. m.
e ead. L.
f ead. K.

De Intestinis. *Cap.* 4.

Intestina omnia sunt. VEntriculi fundo [a] intestinum iungitur, quod in anfractus plurimos reuolutum ad anum vsque procedit. Idque etsi re vera vnicum est, varia tamen & à veteribus, & à recentioribus nomina, ob substantiæ functionisque varietatem accepit. *Prima intestinorum diuisio.* Primùm nanque in tenuia, & crassa diuiduntur. *Tenuia intestina.* Tenuia [b] ex ventriculi fundo principium sumunt, & retrorsum contorta sub postica ventriculi sede ad dexterum corporum vertebrarum dorsi latus, deorsum tendunt, in gyros nusquam circumflexa. Quum primùm verò imam ventriculi regionem contingunt, sub [c] intestino colo, cui ventriculum incumbere dicemus, occultantur, ad læuam deflectentia: ac dein in flexuosos gyros complures sursum deorsumque incerta serie numeroque acta, sedem vniuersam, quæ inter ventriculum ac pubis ossa, & ilia habetur, implent, ea excepta quam colon intestinum, vt inferiùs trademus, occupat, eandem semper crassitiem ac latitudinem seruans, quamuis interdum iuxta ventriculum paulò latius occurrat. Intestinum id figura teres ac læue est, substantia nerueum ac tenue, & ex duabus [d] tunicis conflatum, quarum interior dura est ac neruea, interiore tamen ventriculi tunica mollior; exterior autem minus neruosa est, ambæ verò perquam tenues existunt, & transuersis duntaxat fibris intertextæ; quamuis exteriori paulo ante quã ad cœcum pertingat, rectæ aliquot fibræ obtingant. *Intestina crassa.* Duabus hisce tunicis [e] alia ex peritonæo procedens accedit. Tenuibus intestinis [f] crassa cohærent, sub dextri renis regione, nonnihil versus ilium; hincque superiora rursus petunt, tenuibus intestinis

a fi.iiii.v.ix. xi.
b fi.xi.s.fi.vi
c fi.v.V.
d fi. viii. h.
e ead. K.
f fi.v. vi. vi ix. NPQ.R S.T.Y.a.

stinis circundata, & reflexa, per iecoris caua feruntur, propè cystim fellis, vbi nonnihil flauescunt. Indeà [g] dextris in sinistra sub inferiore ventriculi sede contendunt, & ad [h] lienem pertingunt, vbi flexus quosdam edunt, & hinc paulatim supra sinistrum renem peritonæo incumbentia ad os vsque [i] pubis delabuntur, vbi veluti vmbilicum [k] adeuntia, introrsum flectuntur; ast ilicò in orbem acta remeant, & sacro osi attenduntur, indeque ad anum vsque rectà [l] deorsum excurrunt. Is est intestinorum ductus, vlnas viginti mensurales longitudine superans. Duabus omnia extruuntur tunicis, præter communem: tenuia verò cibum in se continent, vbi is è ventriculo prodit, ab ipsisque id omne seiungitur, quod in sanguinem vrinamue abiturum est; reliquum autem omne in fœces commutatum crassis excipitur. Vtraque verò tres in partes dirimuntur, quarũ [m] prima à ventriculi fundo ad anfractuum initium pertinet. Intestinum hoc veteres duodenum appellarunt, quod duodecim digitorum longitudinem ferè non excedat; quo semper nomine nobis vocabitur, quæstionibus cunctis posthabitis, à quibusdam inutiliter agitatis, num duodenum an verò ἔκφυσις, hoc est processus, seu exortus dicendum veniat: Vocent ipsi, vt satius visum fuerit; mihi duodenum semper appellabitur. In huius extremum [n] meatus quidam vti dicemus à bilis folliculo profectus ingreditur. Secundum [o] intestinum à primi termino emergit, illic vbi primùm in orbes, ac gyros conuoluitur, diciturque vulgato nomine ieiunum, quod perpetuò ferè exinanitum occurrat, affluẽtis nimirum bilis acrimonia lacessitum, quæ per foramen illud, quod ad duodeni finem haberi prodidimus, in ipsum influens, vt promptius fœces extrudantur, efficit. Huic tertium adnectitur, omnium tenuissimum, ac propterea ἴλεον appellatum; etsi perobscurus est ipsorum coitus, tum quod nulla diuisionis nota sese offerat, tum quod raro aut nunquam ita inane duodenum occurrat, quin aliquid semper excrementorum contineat. Sic tamen ipse statuerem, vbi venæ, quas in mesenterio hisce intestinis hærente haberi dicemus, crassiores esse incipiunt, intestina verò magis referta, ieiunum desinere, tenue vero inchoare, quod flexuosum tãtisper procedit, dum in crassorum intestinorum initium desinat. Quæ tripartita itidem existunt; in Cœcum videlicet, Crassum cui nomen Colo, & rectum. [p] Cœcum nonnulli sacculum eum esse aiunt, quem coli efformat initium, (Cœcum nobis appellatum) ac Cœcum propterea dici, quòd vno duntaxat donetur orificio. Alij paruulum [q] illud intestinum esse contendunt, sacculi huius extremo appendicis instar appensum, lumbrico simile, quod ita in homine occluditur, vt nullus in ipsum aditus fœcibus pateat, vnde Cœcum nuncuparunt, qua etiam ratione secundum ac tertium ossis temporum foramen, cęcã quòd minimè transpareant appellantur. Alij verò per Cœcum intestinum sacculum vnà cum lumbrico intelligi volunt. Verùm hi'ne, an illi rectiùs sentiant parum interest; integrum esto vnicuiq; quodcunque videbitur nomen imponere, modò tamen nec historiam ipsius, nec situm ignoret, quem sub rene dextro, vti retulimus, versus exteriora propter peritonęum obtinet. [r] Crassum intestinum longè omnium capacissimum, ideoque vt arbitror Colon hoc est venter græcis pariter ac latinis appellatum, ad sacri vsque ossis initium pertinet. Id minimè ad amussim teres, sed tum superiùs, tum inferiùs leuiter depressum est, ad latera verò in quasdam veluti cellulas [s] totum adaptatur; etsi quò propiùs recto intestino accedit, eo minus in gyros conuoluitur, crassioresque ipsius tunicæ redduntur. Porrò [t] interior tum huius, tum cęci tunica transuersis orbicularibusque fibris, ijsdemque frequentissimis intexitur: Coli autem [u] exterior, transuersas quidem paucas, rectas verò quàm plurimas adipiscitur, non quidem per omnem intestini ambitum protensas, sed supera duntaxat inferaque ipsius regione, quas paulò depressiores esse monuimus. Ad latera enim fibrę secundum intestini impressiones rectà procedunt, robur ipsius insigniter inibi adaugentes; Quarum impressionem quælibet, duobus constringitur ligamentis, vtrinque singulis, desuper in inferna tendentibus. [x] Intestinum rectum ab osse sacro in podicem porrigitur, teres ac lęue, nullumque in orbem actum, vnde nomen ipsum desum-

Marginal notes (left): g fi.v. à P. ad Q. — h ead.G. — i fi.v.viii. R. — k ead.s. — l ead. à T. ad 2. — m fi.vi. inter I. & L. fi.xi. inter s & c. — n fi.vii. K. fi xi.c. — o fi.vi.L. — p fi.v.vii.ix. N. — q ead.o. — r ead. à P. ad Y. — s fi.vii. VV. — t fi.viii h. — u ead.i. — x fi.vii. inter Y & a.

Marginal notes (right): Intestinorũ tunicæ. — Tenuium intestinorum diuisio. — Duodenum. — Ieiunium. — Tenue. — Ieiuni terminus. — Crassa intestina. — Cæcum. — Colon. — Rectum.

desumpsit. Duplici & ipsum tunica constituitur, quarum exterior rectis fibris frequentissimis, orbicularibus verò rarioribus intexitur. y Tertia tunica, tum huius, tum duorum nuper commemoratorum, non secus, ac tenuium intestinorum tunicæ ex peritonæo enascitur, præter intestini coli partem, ventriculo attensam, quæ ab inferiore omenti membrana tertiam hanc asciscit tunicam, eiusque beneficio dorso deuincitur, perinde ac reliqua omnia intestina mesenterij interuentu dorso etiam colligantur. Sicque omnem intestinorum historiam enarrauimus. y fi.viii.x.

De Mesenterio: Cap. 5.

Mesenterij situs.

ID græci [a] μεσεντέριον, seu μεσάραιον, hoc est medianum nuncupant, quòd in intestinorum medio collocatum videatur. Alij animellas appellant, quòd sit glandulis vsquequaque refertum. Mesenterium itaque ad posteriorem intestinorum sedem locatum est, inter ipsa & dorsum: eiusque interuentu intestina dorso alligantur, quòd vt tutiùs præstaret, ex duabus mutuo [b] accumbentibus membranis à peritonæo manantibus constructum est, inter quas plurimæ glandulæ, multusque adeps reponitur. Id autem non vnicum habet sui exortus principium, cùm enim varius sit ipsius situs, parsque ipsius ad [c] dexteram, pars ad [d] læuam, alia verò in [e] medio consistat, hæc postrema, cuius beneficio [f] ieiunum ac tenue intestinum inuicem connectuntur, ex peritonæi membranis exoritur, quibus [g] arteria magna, & vena caua, secundum suum per lumbos ductum conteguntur. Ex his nanque tunicis nerueæ fibræ complures emergunt, quæ in duas ilicò abeunt membranas, dexteræ quidem in dexteram, sinistræ autem in sinistram. Quæ rectum & Colon deuinciunt ex peritonæi membrana prodeunt, iuxta ipsius incessum. His enim in partibus, peritonæum fibras quasdam neruosas emittit, quæ in duas mesenterij membranas conuertuntur, inter quas, venarum arteriarumque gratia, quę vti docebimus, inter vnam alteramque membranam diffunduntur, proles numerosa glandularum reponitur.

a fig.ix.x. MM.
b fi.x.X.Y.
c ead. PQ.
d ead. RST.
e ead. NN OQ.
f fi.xi. xlm.
g fi.xix.PQ. fi.xxi.g.

De Omento. Cap. 6. el Redaño.

Omenti situs.

OMentum [a] anteriori peritonæi sedi subijcitur, & intestinis insidet, à liene, iecorisque cauo, & ab vniuersa inferiori ventriculi sede ortum desumens. Hincque deorsum protenditur super intestina, quatuor, aut quinque digitos ferè infra vmbilicum, interdum verò ad pubis vsque os exporrectum: ac deinde resurgit introrsum reflexum, & veram cassidilis imaginem exhibens, infra supraque orbicularis. Omentum id inter superiorem membranam & intestina tantisper effertur, dum ad iecoris cauum cum ea intestini coli parte iungatur, quæ ventriculo adhæret. Vbi verò duplicatio hæc explicatur, quod in quibusdam euenit, eousque omentum protenditur, vt non solum ad vteri os, quemadmodum nonnulli prodiderunt, sed ad scrotum etiam pertingat, vt in herniosis quibusdam contingit. Est autem omentum ex duplici conflatum tunica, læui & fibris orbata, multisque glandulis adipe conspersis referta, venisque ac arterijs vndique implicita, sic inuicem complicatis, vt retis speciem præ se ferat, vnde græci ἐπίπλοον, idest implexum appellarunt. Et quamuis ex vnica efformetur membrana, quia tamen ea duplicata est, ex duabus ipsum constare dicimus, quarum altera inferior scilicet ex peritonæo principium desumit, quà magna arteria per septum fertur, & venæ cauæ adhærescit, ex membranulis ab ea peritonęi regione manantibus quę à thoracis vertebris enascitur, & venam cauam, magnamque arteriam dorso alligantibus, iuxta vndecimã thoracis vertebram; hinc dextrorsum ad iecoris

Figura.

Substantia.

Ortus.

a fi.ii.iii.iiii. XXV.

caua

caua defertur, iecori nonnullis in locis adhærefcens, eique diaphragmatis fedi, quę coftis affigitur, quamuis id rariùs eueniat, nec ex eiufdem in cunctis coftæ regione. A iecoris cauo ad dextrum ventriculi latus, cui etiam cohæret, & ad vniuerfum duodenum inteftinum contendit, cui ab exortu adufque ferè ieiunum connafcitur; hincque in arcum effertur, imo ventriculo cohærefcens, quoufque ad lienis caua pertingat. Exterior membrana ex humiliori anteriorique ventriculi fede fecundum ipfius longitudinem à dextera in læuam oritur, & rectà in lienis concauum fefe inferens, inferiori membranæ defigitur, quam in idem quoque cauum definere monuimus. Omentum id nullatenus inteftinis adhæret, præterquam inferiùs, vbi coli regioni ventriculo accumbenti cohæret. Eftque is ipfius vfus vt cuncta inteftina obtegat, infitumque ipfis calorem tueatur ac foueat, nec non vt venarum arteriarumque propagines tutò excipiat, quæ vti dicemus, ad ventriculum, lienem, duodenum inteftinum, & ad coli partem, cui pro mefenterio eft, exporriguntur.

De Iecore. Cap. 7.

Magna inter medicos ac philofophos fuit difceptatio, iecur'ne, an cor principium fanguinis exiftat. Verùm qui nutritionis fœtus dum in vtero eft & poftquam in luce prodijt rationem, fimulque iecoris ipfius, tum fubftantiam, tum colorem non ofcitanter perpenderit is dubio procul ratum firmumque habebit, iecur nutritionis organorum facilè princeps, fanguinis reliquas omnes corporis partes enutrientis effe officinam. Sed quia in venarum enarratione id explicatiùs profequemur, nunc vti acceptum fupponimus. [a] Eft igitur iecur tranfuerfim fub [b] fepto tranfuerfo à dextris in finiftra pofitum; quamuis tamen maior crafsiorque ipfius pars finiftram regionem occupet; quæ ad fui vfque medium fepto tranfuerfo tota innititur; reliquum verò partem duntaxat ipfius anteriorem contingit. Vniuerfum autem iecur, varijs hæret in partibus, multarum membranarum vi, quæ à peritonæo vt mox fubijciam, pronatæ, ipfum arctè adeo diaphragmati deuinciunt, vt præterquam in angufti admodum pectoris hominibus, totum ferè fub mucronata pectoris cartilagine delitefcat, fedem occupans vniuerfam, à fpurijs coftis comprehenfam. Iecoris forma proximis ipfi organis correfpondet; ac proinde [c] elatiori fede, qua fepto cauam conftituenti figuram incumbit, gibbum eft, læue & æquale, ac ipfi veluti confertum. In media verò huiufmodi parte finus efformatur, vnde venæ cauæ [d] caudex à noxa immunis exoritur. [e] Inferiori fede, qua [f] ventriculo, quem antea rotundum & latum effe prodidimus, infidet, ita cauum efficitur, vt eum amplexari videatur; quanuis nec læue, nec æquale, vt eminentiori regione, occurrat, imo retrorfum inferiori fede nonnihil duobus tuberculis prominet, in medio autem, quodam veluti finu deprimitur, quà venam portam reptare dicemus, iamque [h] duodenum inteftinum meare tradidimus. In dextro etiam huiufce partis latere finus efformatur, quo bilis [i] folliculus excipitur; alter item in læuo, per quem ftomachus defertur, & feptum traijciens, ventriculo iungitur. Quà dextrum attingit latus, quà etiam ventriculi pofteriora, crafsius admodum eft, ac rotundius, quà vero in læuam pertinet, tenue, ac veluti in [k] apicem definens. Eftque vniuerfum longè ab extremis quàm in medio tenuius, ac potifsimum fede anteriori: qua in parte rimas quafdam adipifcitur, perexiguas quidem illas, [l] vna demum excepta in huiufce partis medio, è regione mucronatæ cartilaginis modicè ad dexteram confiftente, cui venam [m] vmbilicalem inferi audies. Neque verò humanum iecur vllas præterea in partes diremptum occurrit, quamuis in brutis quatuor vt plurimum aut quinque fubeat diuifiones. Summatim, nullam fibi iecur peculiarem figuram vendicat, quàm quæ à conterminis fibi partibus præfcribitur. Quod ab re nequaquam effectum eft, vt enim venarum multarum quæ per ipfum diffunduntur gratia ingens, craffumque ipfum effe oportuit, fic nulla ipfi tot inter membra repofito, propria opus fuit figura. fit autem maius minus'ue, pro maiori minori'ue

Iecur fanguinis principium.

Iecoris fitus.

Figura.

a fi. ii. HH. fi. v. DD. fi. xi. x. fi. xix. B. fi. xxi. bb. fig. xxvi. L. li. vi. ta. v. fi. x. GG.

b li. ii. t. vii. Δ.

c fi. xxi. bb. fig. xvii. AA BB.

d fig. xvii. C DE.

e fi. xi. KI.

f ead. P Q.

h fi. xi. s.

i ead. V. fig. xix. H. li. vi. t. v. fi. x. H.

k fi. xix. c.

l fi. ii. inter HH.

m ead. G.

Substantia. maiori minori'ue hominum helluuie. Substantia ipsius nihil est aliud, quam concretus sanguis, per quam innumera venarum genera disseminantur; Vniuersum vero tenui admodum membrana includitur, ex ligamentis enata, quæ ipsum peritonæo sub septo connectunt. Horum ligamentorum duo præcipua habentur, alterum durum & insigniter validum, sed membranæ instar tenue, quod [n] ad dexteram iuxta mucronatam pectoris cartilaginem consistere diximus; alterum perquam robustũ, ac propè teres, ex peritonæo [o] pronatum, vbi sinistra iecoris pars in apicem desinit, quod inibi peritonæo ipsum deuincit. Peritonæo quoque alligatur vbi venæ cauæ caudex ex iecore prodit; omento item iuxta venæ portæ initium. Quinetiam anteriori peritonæi sedi, vmbilicalis venę interuentu connectitur: imo verò venę huius beneficio iecur vmbilico alligatum videtur, quę in hominibus arescit, & vinculi, tendinisue in modum induratur. Ex ligamentis hisce omnibus prędicta membrana enascitur, iecur vniuersum obuinciens, in quam duos neruorũ ramos inseri docebimus. Ipsius partes quænam sint iam antea protuli, nullę in quam alię, quàm vt sanguinem ex cibo procreet, quod vt melius præstaret, tot venis donatum fuit.

n fi.v.c.
o fi.xi.o.
Munus.

De Bilis folliculo. Cap. 8.

DE sanguinis officina egimus, nunc de instrumentis ipsum à recrementis quibusdam repurgantibus agendum est, initio à vesica bilem excipiente desumpto. [a] Quæ sedem eo in sinu obtinet, quem in medio dextræ partis caui iecoris, quà dextrum ventriculi latus amplectitur, exculpi diximus; ex quo sinu medium corporis vesicæ nascitur, reliquum vnà cum ceruice è iecore prodiens ad [b] venæ portæ initium pertingit; vbi in duos diducitur processus, quorum alter sursum effertur, & anteriori venę portę, sedi innitens, in duas diffinditur [c] propagines, quarum altera dextrorsum altera sinistrorsum per iecur sparguntur, singulę in alios complures surculos diremptę, per iecoris parenchima, inter venę portę, & cauę radices diffusos. Surculis hisce bilis à iecore in vesicam felleam defertur. [d] Alter processus deorsum porrigitur, inferiore omenti membrana suffultus, sicque obliquè in inferiora tendit ad usque duodeni [e] terminum. Processus hic depulsam ex vesicula bilem in intestina defert, quam semel emissam duę intestini membranę inuicem adductę regurgitare non sinunt: Atque ita bilis ad intestina defertur, nunquam interim in ventriculum irruens, pręterquam in biliosis quibusdã naturis, & ijs quos dira exercet fames. Vesicula hęc oblonga est, in fundo rotunda, sensimque ac sensim adusque ceruicem pyri modo angustata; constatque ex neruea tenuique membrana, sed densa & valida, quę facilè extenditur, subsidetque, prout maior minor'ue bilis copia in ea continetur: Triplex hęc adipiscitur fibrarum genus, rectas quidem intimas obtinet, quibus secundę succedunt obliquę, ijs tertię transuersę. Huic tunicę alia ex iecoris mẽbrana exorta obtenditur, non toti quidem vesiculę, sed eius duntaxat parti, quam extra iecur prominere scripsimus. Huius officium est sanguinem àblioso excremento repurgare per meatum in iecur implantatum, illudque in intestina deducere; vnde in duodeni extremum maximo nostro commodo inseritur. bilis enim sua qua pollet acredine, & extergendi facultate, pituitam quę inibi copiosa vt plurimum asseruatur ex ventriculo delapsa, diutius hęrere non sinit; Et hac quoque ratione ut fęces ocyus ab intestinis extrudantur efficit. Processus autem hic in nonnullis ad ventriculi fundum perreptat, hique biliosum vomitum comitem habent perpetuum, vnde hos medici sydere infausto natos appellant.

Cystis situs.
a fi.xi.xii.V. fi.xix. H.li. vi.ta.v.fi.x. h.
b fig.xi.h.
c fi.xii.Y.
Meatus bilẽ ducentes educentesque.
d fi.xi.xii.c.
e fi.xii.d.
Figura cystis.
Substantia.
Munus

De Liene. Cap. 9.

Lienis situs. LIen [a] parte sinistra positus est inter ventriculum & costas, parumper versus dorsum; & in longum à Diaphragmate ad spuriarum vsque costarum extremum porrigitur, haud vlteriùs in inferiora procedens in ijs, quibus pręter modum vastus non obtigit; in latum verò à dorso ad costarum vsque cartilagines pertinet. Ipsius

a fi.xix.OO P.fi.v.G.

b fi.xviii. c.ead.D. d ead. inter F & G. e inter HH. f BB. g G. h F. i LL.

[b] figura conterminis respondet partibus; [c] pars enim superior septo contigua modicè prominet, [d] interna ventriculum contingens, leuiter depressa. In sui autem medio secundum longitudinem [e] linea inęqualiter extuberante insignitur, in quam [f] venę aliquot & arteriæ, vt suo loco dicemus, inseruntur. Sinistro latere, qua [g] dorso defigitur, modicè cauus est; [h] dextro quà propter costarum fertur cartilagines, gibbus; [i] extrinsecùs quà costis innititur, leuiter quoque gibbus occurrit, & impressa seruat costarum, quibus accumbit vestigia. Est autem humanus lien quam brutorum crassior latiorque, sed breuior, ac propemodum tetragonus, duplo duntaxat lōgior quam latus: inferiùs in anteriora corporis protensus in obtusum definit angulum; superiùs in arcum veluti definit, nonnihil in medio depressus, adeo vt duos admodum obtusos efformet angulos, quorum superior inferiorem latitudine superat. Vniuersus porrò lien tam intus quam extra fuligineo & obscuro colore nigricat. [k] Substantia ipsius spongiosa est, nigra, & crassa, multæque per ipsam venarum, [l] et arteriarv propagines disseminatę visuntur. Tenui admodum membrana obducitur ex omenti membranis enata, quę in lineam in interno ipsius latere occurrentem inseruntur, ac dilatescentes in eam commutantur; verùm quia ex peritonęo omentum pronascitur, membranam qua splen includitur, ex peritonęo etiam procreari dicimus. Ventriculo & dorso lien omenti mēbranę interuentu nectitur; septo autem ac thoraci neruosis quibusdam ac tenuibus fibris, ex peritonęo vbi septum contigit enatis, colligatur; quamuis fibrę huiusmodi haud semper comperiantur. Interdum quoque lienis gibbum exteriori sinistri renis inuolucro multo adipe referto colligatur, pręsertim cum lien reni accumbit. Lienis functio est, sanguinem à melancholico succo emundare.

k i K. l li.vi. ta.iii. fi.i. aaa. t.v. fi.iii.H.

Color. *Substantia.*

De Renibus. Cap. 10.

EGimus de instrumentis sanguinem in iecore adhuc contentum repurgantibus, nunc ad ea sermonem transferre operępretium erit, quę venosum genus à recrementis in ipso consistentibus expurgant. Vnde illud scire expedit, vt suo loco docebimus, elaboratum in iecore sanguinem ilico in venas fluentem, per vniuersas corporis partes distribui; ex quo aliquam assumpti potus portionem ipsi commisceri oportuit, quę ipsum fluxilem magis reddens, vt prōptiùs in venas quaslibet quantumuis exiles permeare posset, efficeret. Serum id vbi suo functum est munere, partim sudore soluitur, partim verò, eodem quo fluxerat tramite, venę cauę caudicem repetit, vnde in vesicam elabitur, nō exiguam adusti humoris in corpore geniti portionem secum deferens. Huius occasione renes procreati sunt, & sub iecore [a] positi, alter quidem ad dextram, alter verò ad lęuam; quamuis rarò alter alteri è directo respondeat, & quemadmodum sinister ferè, nonnunquam verò dexter elatiorem sibi sedem vendicat, sic neuter vnquam alterius altitudinem quanta media est alterius longitudo, superat. Editior dextri pars iecori innititur, sinistri autem lienem nonnunquam subit, vt plurimùm verò contingit; ambo autem interna sede dorso contigua demissiori diaphragmatis parti incumbunt, quà id decimę, vndecimę ac duodecimæ costæ obducitur; vbi hæ retrorsum magis obliquantur; qua in parte ita delitescunt, vt nullo ferè impedimēto sint. Sunt hi æquè omni ex parte crassi, oblongi & angusti, antè ac ponè depressi, exteriùs orbiculares & gibbi, interiùs, vbi breuiores sunt, introrsum curui. Superiori etiam parte latiores sunt quàm inferiore, ita ut phaseoli imaginem ad amussim repræsentent, congruenti ad corpus magnitudine, externa facie læues, intensè rubentes, intus splendidi. Substantia constant carnosa, densa & solida, nullo fibrarum genere, quemadmodum & iecur, & lien intertexta; venarum nanque arteriarumque per ipsa diffusarum, tunicæ, attrahendi, retinendi, coquendi, expellendique munere perfunguntur. Neque verò in renibus meatus ille, nec sinus occurrunt, quos medici complures comminiscuntur; imò meatus illi [b] alter quidem è vena caua, alter verò ab arteria magna procedentes, per quos serum à renibus allici dicemus, simulatque in renem conseruntur, inuicem coeunt, vnum

a fig.xix.xx. xxi.xxii. T. b fi.xix. a b. fi.xxi. xxii. mn. fi.xxvi. TV.

Renum situs. *Figura.* *Substantia.*

ambo

Interior renum substantia qualis. ambo corpus efformantes, crassa tunica, qualem arteriarum esse docebimus, præditum, & per omne renis corpus hunc in modum distributum. [c] In primis enim latescens in duas dirimitur partes, alteram quidem anteriorem, alteram verò posteriorem. Anterior modo sex, modo septem, interdum etiam plures ramos producit, in quos anterior quoque prædictæ tunicæ pars diducitur. Hi autem omnes per anteriorem, interioremque renis partem distribuuntur, æquè inuicem abscedentes, & externum renis latus petentes; vbi in multas propagines rursus dissecti, cum ijs, qui per posteriorem interioremque regionem eodem tramite deferuntur, coeunt, manifestam in medio cauitatem instar semicirculi constituentes. Membrana hæc haud vndecunque reni substantiæ adhærescit, priusquam enim in commemoratas digeratur propagines, anteriori posteriorique ac internæ renis parti connascitur, ab exteriori abscedens. Rami tamen adnatam semper habent renis substantiam, posteriores quidem posteriorem, anteriores verò anteriorem, quousq; iterum commisceantur. Inter hos autem ramos quoddam veluti septum producitur ramis minimè connatum, & ab illa renis substantia productum, quæ ramis, dum simul vniuntur, connascitur. Adeo vt inter vnam alteramque membranã sinulus alter exurgat, in duos quoque diremptus. Quanuis enim quà exterius dictæ membranæ latus respicit, vbi hæc primum in ramos diffinditur, simplex esse videatur, quà tamen ex renis substantia pronascitur extrorsum tendens, geminus conspicitur. Altera enim ipsius pars inter prædictum septum & ramorum anteriores, altera inter idem septum & posteriores ramos consistit. Sinus hic vt plurimum humidus & exanguis occurrit, ipsa vero membrana vnà cũ ramis, quæ primus renis sinus videri posset, sanguine referta semper conspicitur. Secundus sinus duriusculo adipe, ac seroso humore perfuso infarctus visitur, quem nonnulli colatorium illud esse arbitrati sunt, de quo multa complures effutiunt, auriti potius quam oculati auctores, nullum enim colatorium, nulli sinus præter commemoratos, in renibus habentur; serumque ad ipsos defert vena emulgens dicta, quæ vt suo loco dicemus, in medium interni renis latus inseritur, & ab externo neruosæ membranæ latere incipiens, vbi primùm in ramos finditur, deinde per eius corporis medium procedens, ex renum medio, per internum renis latus procidit. *Renum membranæ.* Renibus duæ adsunt [d] membranæ tum substantia, tum ortu inter se dissidentes. Prior circumquaque renem contegit, à peritonæo quà illi renes accumbunt exorta, qua in parte fibras quasdam educit in membranam hanc abeuntes. Tunica hæc frequentissimis venis, perinde ac omentum intertexitur, multa pinguedine abundans, cuius beneficio renibus, quò perfectiùs suam obeant functionẽ, opitulatur. Secunda renum tunica prætenuis est, & iecoris ac lienis tunicæ consimilis.

c vide xxi. fig.

d fig.xix. T. fi.xxi.oopp.

De Vesica. Cap. II.

Figura. VEsica [a] inter pubis os & rectum intestinum posita est, vt in quouis animantium intueri licet. Estque figuræ oualis, latior in fundo quam circa os, vbi in angustam ceruicem desinit, longè in viris quam in mulieribus ampliorem, & tum vsu tũ partibus ipsi adnatis dissimilem; quamuis enim id commune vtrisque accidat, vt vrina per eas excernatur, & musculus illis orbiculatim, vti diximus, circunducatur, in viris tamen glandosum præterea [b] corpus in quo elaboratum semen colligitur, adnatum habet, & in anteriorem pubis ossis regionem contendit, vbi genitalis radici [c] coalescit. Mulieres autem corpore huiusmodi destituuntur, imò verò ceruix ipsa [d] superiori vteri ceruicis regioni affigitur, & in pubis ossis cauitatem pertinet, leuiter in superiora reflexa; Vesica hæc ex duabus neruosis tunicis extruitur, atque admodum aptis, quæ facilè subsideant, & extendantur, prout necessitas postulabat, id quidem vt humoris fieret capacior, illud verò vt loci minus occuparet. *Prior vesicæ tunica.* Harum tunicarum prior densa est, leuis, neruosa & valida, quæ nunc crassior, nunc tenuior visitur, prout contracta magis, vel distenta est, quanuis tamen ceruicem & fundum versus, foraminum quorundam quæ inibi habentur occasione, crassior semper occurrat. Triplici hæc fibrarum genere intexitur, vt eam inflantibus conspicuũ euadit.

a fi.ii.iii. N. fig.v.g. fig. vi.L.fi.xi.o. fig.xix.p.fi. xxi. xxii. V. figu.xxv.T. hg. xxvi. ß. li.ii. ta. xvi. fi.xvii. Q.

b li. ii. t.xvi. fi.xviii.a.

c ead. fi. xv. xvii. CC.

d fig.xviii.g. fi.xxix.L.

Primæ ac interiores rectæ sunt, exteriores transuersæ, mediæ obliquæ; rectis vrinam allicit, transuersis propellit, obliquis retinet, ex Galeni, & Vesalij sententia. Quantum verò id secum veritatis habeat, tunc explicare est animus, quum de vsu partium nostri corporis edisseram. Secunda est, quæ priorem extrà circumsepit, quam peritonæum expromit, quà vesicæ fundus anteriorque ipsius regio pubis ossi accumbentes, peritonæo secus quam in brutis adhærescunt. Posterior vesicę pars rectum [e] intestinum, & in mulieribus [f] vterum contangens admodum lęuis ac lubrica est, & seroso humore oblita. In humiliorem huiusce lateris partem duo [g] meatus instar venarum pertingunt, ex membrana paulo quàm venarum crassiore formati, obliquis tamen quibusdam fibris intertexta; qui meatus à posteriore renum sinu originem desumunt, & per medium prioris delati, nonnihil in priora descendunt super musculos lumborum vertebrarum corporibus defixos, peritonæo innixi à quo alteram assumunt membranam, qua toti circumteguntur. Hos medici οὐρητῆρας, & πόρους οὐρητικοὺς hoc est vrinarios meatus appellarunt, quòd vrinam à renibus in vesicam deferunt, & [h] inter duas membranas adacti, perinde ac bilis meatum in duodenum inseri docuimus, in tot aguntur anfractus, vt immissæ vrinæ regressus minimè pateat, imò nec inflata etiam vesica, spiritus quicquam per hoc meatus reddit, vt nec follis pugillatorius. Organorum nutritioni deseruientium historiam absoluimus. Superest vt speciei conseruationi famulantia prosequamur.

Altera.

Vrina meatuũ in vesicam insertio.

e fi.xix. o. fi. xxi. *
f fi.xxvi. x l.
g fi.xix.o.fi. xxi.xxii.qq.
h fi.xxii.z.

De Virilibus Organis generationi deseruientibus. *Cap.* 12.

Concors est medicorum omnium & philosophorum sententia, viri semen præcipuas in fœtus procreatione obtinere. Vtrum verò mulier semen profundat nec'ne, & si profundit, an id pro materia subijciatur, viri autem semen esse ac figuram conferat, vt lacti coagulum cum caseus paratur, an verò ambo vnà, quamuis dispari ratione concurrant, adhuc sub iudice lis est. Vt nec in eo conueniunt, quidnam sit semen ipsum, quaque in parte corporis elaboretur. Sed quia loci huius non est huiuscemodi disceptatio, illud scire sufficiat, tam à muliere, quam à viro semen emitti: Cuius quidem rei pleræque mulieres hoc edoctæ fidem mihi fecerunt, estque id argumento, quòd ijsdem, quibus & viri organis donantur, etsi huiusmodi argumentum (nisi hoc mihi variæ mulieres ingenua fide asseruissent) pauci esset apud me ponderis; quandoquidem & viri etiam perinde ac mulieres mammas habent, nec ideo tamen lac proferunt, nec eas ipsis natura progenuit, quo eis fœtus alerent. Rem igitur paulò altiùs à fundamentis eruens dico, quidquid alimentorum assumimus, antequam in corporis nostri substantiam conuertatur, coctionibus quatuor elaborari. Primùm enim in [a] ventriculo coquitur, & in quippiam vnius substantiæ vertitur instar lactis candidum, quod χυλὸς græcis dicitur. Et aduerte, quidquid in ventriculum ingreditur, quamuis probum sit alimentum, haud eodem tempore vniuersum, vt multi existimant, in chylum commutari. Neque verò ij audiendi sunt, qui nihil ex ventriculo prodire posse asserunt, priusquam cibus omnis coctus non sit, & in chylum conuersus. Secus enim in dies euentus ipse arguit, in ijs qui tenue quodpiam vinum præsertim copiosius ingerunt, nam paulò post pellucidæ aquæ tantundem ferè per vrinam ejciunt, quæ aliud nihil est, quam serosa illius vini portio, cùm tamen interim vel decem etiam post horas, ventriculus nondum sæpenumero cibum concoxit. Idem quoque in ijs obseruatur, qui sysimbrio, asparagis, allijs've vescuntur, si post semihoram meiant, vrina cuiuslibet assumptorum odorem manifestè reddit; quod fieri nequaquam posset, si quælibet ingesti cibi portio in ventriculo etiamnum consisteret. Haud secus quoque pueros videmus nunquam ab edendo desistere, quod si nihil ex ventriculo ante absolutam cibi in chylum conuersionem elaberetur, aut ventriculum ciborum copia disrumpi, aut cruda semper deijci oporteret, inso-

Coctio vt celebretur.

a fi.xi.PQR

insolens id quidem & rarum; imò huiuscemodi ciborum gurgites, patentesque voragines, & fęliciori valetudine vti, & firmioribus esse viribus animaduertimus. Quod etiam muliones edocti, vbi mulos defatigari nolunt, fęnum ipsis ori subinde suggerunt. Cibus ergo in ventriculum ingestus, si quidem is est, cui excipiendo ventriculus citra noxam sit satis, vniuersus non simul & semel, sed successiuè concoquitur. Ac primùm quod mollius, tum quod durius est conficitur, & illius quidem priùs quod calidum est & humidum, quam reliquum. Quod autem confectum est, quidquid demum id sit, protinus è ventriculo egreditur, ante absolutam eius quod superest coctionem; minimè autem pylorus ipsi egressum præbet, sed ora quædam [b] venarum mesenterij, quæ in humiliorem fundi ventriculi regionem inseruntur. (b fi.ix. MM N.) Adeo vt iecur ex ventriculo paleis veluti quibusdam tenuiorem chlyi portionem exsugere videatur. Ac proinde quamuis vniuersum quis cibum euomat, non ideo tamen nutriri corpus desinit, viuitque in multos annos sanum valensque, quod in permultis visum est. Quod crassioris cibi relinquitur, vniuersum per inferiùs ventriculi orificium, in tenuia [c] intestina delabitur, (c. fi.ix. EEE fi.xi.) vbi moræ tantundem paulò plus minus've, ac in ventriculo, trahit, vlteriorem elaborationem adipiscens. Quod summa prouidentia, vt cætera omnia, summus rerum opifex instituit, quò scilicet in alimenti penuria iecur per easdem mesenterij venas, quid vtilis chyli superest in se capiat, primis veluti vindemijs relicta colligens. Hæc ita se habent, vbi tantum duntaxat alimentorum sumitur, quantum innoxiè ventriculus capere posit; quòd si plura quàm par sit congerantur; id solum quod sibi opus est hepar prolicit, reliquum ventriculus extrudit, & deteriora deinceps expellens, meliora complectitur; quemadmodum in vasis euenire cernimus, herbam, arboremve implantatam habentibus, quæ licet, plusquam par sit irrigemus, nunquam tamen plus aquæ combibunt, quàm ipsis ex vsu sit; quod superest per foramina, quibus ad latera, siue in fundo peruia sunt, elabi sinunt. Iecur itaque in eum quem diximus modum, vtiliorem, serosioremque chyli portionem ex ventriculo ad se allicit, reliquum per pyloron elabitur, & moram in intestinis tenuibus, eo quem nuper diximus modo, trahit. Vbi ad iecur chylus permanauit, in sanguinem commutatur, ibique à bile vtraque, & à serositate repurgatus, in venas omnes distribuitur, & exsuctus à venis in membra excidit, in exigua quædam se abdens spatia, seu poros, per vniuersum corpus huius occasione paratos. Sanguis autem è venis manâs, in liquorem instar roris vertitur, eum scilicet, quem dum pars quæpiam corporis deglubitur, digitis exprimimus. Ex huiusmodi rore alius liquor efficitur, qui membra nutrit, iam ferè in corporis substantiam conuersus, &

Seminis materia. Cambium propterea nuncupatus. Ex hoc liquore, quod partibus superest, non fęculentum quidem, sed optimum, semen efficitur; quod retrorsum per eandem viam, qua sanguis, & ros in poros deuenerant, [d] venam cauam repetit: (d fi.xxi.g.) ex qua infrà [e] renes per [f] venas quasdam, quas inibi suo loco haberi docebimus, excidit, (e fi.xxvi.YZ) & ad testes defertur, vbi album euadit, ea quam diximus ratione, quòd mem- (f fi.xix.e.fig. xxi.xxii.qqq)

Testium situs. brum vnumquodque, id quod continet sibi simile in colore reddit. Testium situs nulli non est conspicuus, pendentque extra corpus, tum caloris seminis remittendi gratia, tum vt ipsius vasa tenta detineant, suntque vt plurimum gemini, vnde græcis δίδυμοι hoc est gemelli dicti sunt, quamuis non desint, qui vnicum duntaxat, & qui ternos etiam gerant, in quibus ferè subest deceptio; quòd tuber-

Substantia, & figura. culum in scroto reconditum testem ementiatur. Sunt [g] hi rotundi, longiores (g fi.xxiiii.) paulò quàm lati, profundi've, & superiori sede quàm inferiori acutiores, non adeo tamen vt oua æmulentur, quemadmodum cæterorum animantium testes. Externa facie lęues sunt, & æquales, interiùs instar lactis albentes, & æque omni ex parte molles, nisi quòd venarum quarundam surculis frequentibus insi-

Duæ communes tunicæ. gniuntur, vnde fit vt spongiosi nonnihil appareant. Pluribus includuntur tunicis membranis'ue, alijs quidem vtrique testi communibus, alijs verò priuatim singulos inuoluentibus. Membrana enim carnosa, & cutis ambos testes, simulque seminaria vasa, perinde ac reliquas omnes totius corporis partes in-

uestiunt,

h fi.xix.t.s. i cad.u. ueſtiunt, binas membranas tunicasque ſingulis conſtituentes, quarum [b] exterior cutis eſt, quæ inibi tenuior, quàm in alia corporis parte occurrit, aſt venis magis interxta. [i] Altera quam membrana carnoſa procreat, huic immediate ſubtenditur, nullo prorſus adipe interiacente. *Secũda tunica.* Peculiares teſtium membranæ binæ quoque ſunt, maguitudine, ſtructura, ortuque inuicem diſsidentes; *Duæ propriæ.* k lib.ii.t.iiii. quarum [k] prior & exterior teſtem & ſeminis vaſa ad eam vſque ſedem integit, qua peritonæum traijciunt, ſupra pubis os. Membrana hæc inſigniter valida eſt, at tenuis, & venis referta; & extima facie, membranæ carnoſæ neruoſis quibuſdam fibris committitur, vſqueadeo frequentibus, vt in aliquibus nouam quandam tunicam eſformare videantur, præſertim verò hernioſis, aut ſcrotum aqua refertum habentibus, in quibus membrana hæc ex hiſce fibris producta, aquæ plena viſitur. Prior hæc tunica ſociæ ſuæ alterum inuoluenti teſtem, neruoſis quibuſdam fibris adiungitur, ideoque externa ſuperficie, quà inuicem copulantur, paulò aſperiores occurrunt. Interna verò facie, leues ſunt ac lubricæ, nec vllo penitus corpori connatæ, præterquam elatiori ſua ſede, quà exoriuntur, vbi peritonæo iunguntur, & humiliori etiam ſede, vbi humillimæ teſtis parti validè cohæreſcunt. Quinetiam membrana hæc tenuiſsimæ membranæ interuentu, poſteriori anteriorique ſui parte ſecnndum longitudinem, membranæ adnaſcitur, quæ à peritonæo educta, ſeminis l fi.xxi.v. ductus inuoluit: fitque hac in parte paululum carnoſa, in [l] muſculum quendam rubeſcentem, vt ſuo loco notauimus, degenerans, vnde vniuerſam tunicam græci ἐρυθροειδῆ, hoc eſt rubeam appellarunt; ſiue autem ob exilium venarum copiam, quæ tunicam peruadentes, ruborem ipſi conciliant, ſiue alia de cauſa, parum inte- m fi.xxi.?.fi. xxiiii.D. reſt nominis rationem intelligere, modò res ipſa non ignoretur. [m] Secunda peculiaris tunica teſtem duntaxat inuoluit, eſtque denſa, valida, & craſſa, quò teſtium ſubſtantiam mollem ac flaccidam contineat. *Secũda tunica.* Hunc pariter in vſum preſens membrana commodat, vt ipſius medio, reliquę teſti committantur; ideoque vbi cæteræ huic adnaſcuntur, tenuior laxiorque quam alibi ſpectatur. Elatiori præterea tunicæ huius parti ſeminis ductus aſſociantur, qui ramulos complures, tunicam hanc perforantes, vt prolixiùs ſuo loco enarrabimus, in teſticuli ſubſtantiam emittunt. Cæterum per reliquam ipſius ſuperficiem exteriorem, læuis admodũ eſt, & aqueo humore perfuſa, nullique parti connexa: interna vero facie teſtis ſubſtantię vndecunque connaſcitur; ideoque ipſam gręci ἐπιδιδυμίδα quaſi ſupergeminalem dicas appellarunt; nec quidquam moror quid plerique tunicę huius ignari ſenſerint, veteres per ἐπιδιδυμίδα, aliud quid voluiſſe intelligere, nugas hac de re multas comminiſcentes. Dicta eſt etiam veteribus δαρτός, hoc eſt, quę facilè deglubitur. Hactenus igitur quæcunque ad virilia generationis inſtrumenta pertinent, recenſuimus; ordini noſtro nunc conſequens eſſet, vt ſeminis ductus proſequeremur, ſed quia de omnibus corporis inſtrumentis prius agere eſt animus, ſuum eos in locum reijciam.

De Genitali. Cap. 13.

Ceruicis veſicę cum genitali connexum ſuperiùs edocuimus. *Genitale ex quibus extruatur.* Cuius quidem genitalis tum nomen, tum ſitum & munus, ęquè ac nos ipſi ſcire vnuſquiſque poteſt; a li.ii.ta.xvi. fi.xvi. AB. ex quibus verò conflatum ſit, minimè omnes norunt. Sciendum eſt igitur [a] penem ex duobus ſpongioſis extrui corporibus, à cęteris omnibus totius corporis partibus, pręterquam ab vteri ceruice, admodum varijs, qua cum ſimilitudinis aliquid obtinent. Corpora enim hęc ſpiritibus repleta turgeſcunt, atque tenduntur, ijſdemque euaneſcentibus, denuo flacceſcunt conciduntque, quod nulli pręterea corporis partium contingit. Sunt autem corpora hęc non venæ, non arterię, non *Genitale quid.* nerui, quandoquidem neç ab hepate, nec à corde, nec à cerebri ipſis origo eſt, ex quibus veluti à principijs commemoratarum partium quamlibet neceſſariò pendere docebimus. Neque etiam tendines dici poſſunt, quia nullius muſculi extrema ſunt; neque oſſa, vt in canibus, cùm flexionem facile patiantur; neque vincula,

quoniam

quoniam intus spongiosa sunt, exactissimo sensu pollent, ex molli constant substantia, & nigro sanguine referta sũt. Ex duobus hisce corporibus; ex meatu semen & vrinã deducente; ex quatuor musculis, quos ad penis radicem haberi secundo libro retulimus; ex numerosis venarũ, arteriarum, neruorumque propaginibus; ex mẽbrana carnosa; & demum ex cute genitale componitur. Ipsius [b] corpora, ferè teretia, ex anteriori, demissiorique pubis ossium regione ad lineę ipsa committentis latera originem desumunt; ac inuicem accumbentia interna sede procedunt, perinde ac si quis vtriusque manus indices mutuo adducat: corpora enim hęc interna sede, quà inuicem iunguntur, plana sunt, externis autem lateribus teretia. Inferiori parte inuicem abscedunt, vrinario meatui cedentia, qui ex collo vesicę prodit, vbi penis corpora inuicem committi diximus, eo transacto spatio, quod anum ac testes interiacet, Torriglio Hispanis appellatum; & sub genitali inter duo corpora, ad glandem vsque porrigitur, vbi substantiam ipsius ingrediens, foramen efformat, quod vrinæ præbet egressum. Vtrunque hoc corpus seorsum oblongum est, & ex neruea contextum substantia, & iunco perquam simile. Exteriùs enim rubet, instar nerui durum; intrinsecùs verò [c] nigricat, fungosum, nigroque sanguine refertum; non aliter ac si quis innumeros venarum surculos in retis imaginem complicasset, & corio dein inclusisset. Atque duo hęc corpora, neruosa quædam obtinent & tenuia ligamenta, quę anteriorem ipsorum partem cartilagini colligãt, pubis ossa committenti, vbi primùm cute induuntur; ac dein eandem semper figuram seruantia, ad finem vsque perreptant, vbi paululum acuuntur, & glandem efformant, per cuius medium vrinarius fertur meatus; qui sub pene vti diximus, inter corpora reptans, in [d] glandem pertingit; ibique amplior multò efficitur, & rursus suo fine arctatur, in sui medio ductus veluti [e] conceptaculum constituens, in quo semen in exitu moram trahit, maiorem pariens delectationem. Ac proinde inuoluntario seminis fluxu, aut vrinæ ardore laborantes, & ij quibus pituita per penem expurgatur, maiorem hac in parte, quam in aliarum vlla ardorem persentiunt, quòd pars hęc promptiùs quam alia meatus pars exulceretur, pręterquam in medio [f] perinęo, vbi primùm meatus reflectitur, inibi enim qui eiusmodi fluxu tentantur, graui ardore afficiuntur, cùm genitale ipsis erigitur, ob meatus scilicet reflexum, qui hac in parte efficitur. Cùm enim ea decliuior sit, quam reliquum meatus, effluens semẽ inibi detinetur, & corruptum ita interdum partẽ corrodit, vt si in excessum quempiam incurrunt, magna sanguinis vis ex vena isthinc percurrente profundatur. Corpora hęc duabus integuntur tunicis, altera ex [g] membrana carnosa, altera ex [h] cute pronata; illa penis corpora cuti committit, nullo prorsus interiecto adipe. Explicandę supersunt venę, arterię, ac nerui, genitale adeuntes, de quibus suo loco uerba faciemus; musculos enim secundus liber enarrauit.

Vrinarius meatus. *Genitalis tunica.*

b li.ii.ta.iiii. iuxta p.tab. xvi. fig. xv. xvii. cc. c li.ii.ta.xvi. fi.xviii. iuxta V. d ead.fi.xvii. xvii.D. e ead.fi.xviii. G. f ead.fi xiii. inter H & I. g fi.xix.r. h ead.r.

De Utero, reliquisq́ muliebribus generationi famulantibus organis. *Cap. 14.*

VTeros [a] secundum longitudinem inter editiorem [b] sacri ossis regionem, & muliebre pudendum collocatur; secundum verò profunditatem, inter [c] vesicam & rectum [d] intestinum positus est; & in Ceruicem ferè, ac fundum seu corpus vt rectiùs dicam, distinguitur. [e] Ceruix à pudendo sub cartilagine pubis ossa connectente incipit, & rectà sursum recto intestino accumbens procedit, doneç è directo sublimioris [f] pubis ossium sedis pertingat, vnde rectorum abdominis [g] musculorum pendet exortus; ibique vteri [h] corpus incipit. Quod vmbilicum versus conscendit & ad ilia porrigitur magis minusue, prout maius minusue ipsum est, incerto prorsus situ, pręterquam quod in his, quę vtero non gerunt, subter peritonei anteriora proximè occurrit, elatiùs à pubis ossibus, sacro interim osse nunquam superato; neque ceruix & corpus alij vsquam quàm recto intestino innituntur. Anteriori ceruicis parti [i] uesica incumbit, nullo interiacente, pręterquam in aliquibus, in quibus omentum minimè conuoluitur, tunc enim postrema omenti sedes inter vterum ac

Vteri situs. *Vteri ceruix.* *Corpus.*

a figu. xxv. xxvi. b li.i. t.i. M. c fi.xxvi.β. d ead.m. e ead. ab f ad pudendi os. f lib.i.ta.i.ii. iii.p. g li.ii.ta.v.Δ. h fi.xxviii o. fi.xxvi.β. i fi.xxvi.β.

vesicam

vesicam pertingit, & in vtero gerentibus vniuersum vteri corpus integit, paulò etiam vlteriùs porrectum. Vterus nanque laxis adeo vinculis obstringitur, vt læui negotio sursum deorsumque agatur, prout ceruix ipsius magis minus've producitur, siue contrahitur, quod vteri situm per quam varium efficit. At naturalem ipsius situm intelligo, ceruice instar qualearij rugosa persistente, qualis vt plurimum perstat, si nulla vi extendatur. In ætate autem prouectioribus, laxa vsque adeo sunt corporis vteri ligamenta, ceruixque adeo contracta, vt vteri [k] os adusque ferè pudendum procidat. Porrò latera ceruicis fundique vteri [l] membranis adhærent quibus alligantur, nec non vasis ipsa adeuntibus. Hunc igitur in modum se habet non prægnantium vteri situs, in quibus eandem ferè nunquam seruat magnitudinem, sed ijs maior, illis minor est, quamuis virginibus minor semper, quàm defloratis existat. In vtero autem gerentibus, inter omentum ac tenuia [m] intestina ad vmbilicum vsque ascendit, in latera multo magis exporrectus, potissimum vbi pariendi tempus instat, ideoque in his vteri os multò altiùs consistit, ceruix verò tensa, & angusta magis. Neque in his, vt in non prægnantibus, mediam corporis regionem vterus occupat, sed ad læuam, vel ad dextram nunc magis, nunc minus vergit. Quod nequaquam indicio est, vt quidam existimant, mas'ne an fœmina potius in vtero geratur, cùm vtrobique indifferenter vterque gignatur, etsi mas vt plurimum dextro latere, fœmina verò sinistro geritur. Vteri figura in [n] grauidis ingenti vesicæ perquam similis est, corpore siquidem vastus est, [o] ceruice autem corporis respectu perexiguus, secus quam in non prægnantibus, in quibus ceruix admodum ampla est, corpus verò paruulum, nec ceruice latiùs. præterquam quòd in non prægnantibus, vteri corpus haud rectè vesicæ assimilaueris; Vesica enim magis ouata est, vterus verò antè ac ponè depressus; vesica elatiori sede ad amussim ferè orbicularis est, & quà meatus vrinam è fœtu per vmbilicum deducens ipsi iungitur, nonnihil prominet, quasi [p] apicem efformans; vteri autem corpus inibi, in arcum veluti colligitur, instar crescentis Lunæ, ac obtusum vtrinque [q] angulum constituit, à quibus sensim, ac sensim vterus ad [r] ceruicem vsque deorsum fertur, vbi duplo angustior quam in fundo redditur, Corpusque vniuersum æquè ferè latum est ac longum, vnde nonnulli corpus vteri quadrilaterum esse prodiderunt. Corpus id vniuersum, præterquam à lateribus, vbi seminis ductus cum alijs quibusdam membranis adnatos habet, externa facie humidum est, læue, æquale, ac subrubeum. Haud secus quoque madida, & læuis est vteri ceruix anteriori posteriorique sui sede, ab initio adusque medium ferè suæ longitudinis, magis tamen quam vteri corpus albicat. Reliqua externa vteri superficies partium ei adiacentium occasione aspera, & inæqualis occurrit. Interna vero [s] facie in non prægnantibus, vniuersum vteri corpus læue perinde, ac vesica est, quamuis longè ipsa rugosius. Ad hæc, secundum sui longitudinem anteriùs posteriusque prominentem habet [t] lineam, instar collis illius, qui viro inter anum & scrotum visitur, quæ [u] à dextro latere læuum dirimit, estque quantum ego arbitror causa diuisionis seminis in gemellorum procreatione. Atque hac eadem ratione in causa est, vt in vtero gerentibus nunquam ad mediam corporis regionem, sed ad alterutrum latus consistat, quamuis interim plures alias ob causas euenire posit, de quibus suo loco verba faciemus. Præter hanc lineam, nihil insuper intra vterum, effatu dignum occurrit; neque vllæ habentur cellulæ, vt parum sanæ mentis nonnulli confixerunt, multique inertes credidere. Cauitas hæc corporis vteri iuxta [x] os admodum angusta est, sensimque, ac sensim fundum versus ampliatur, qua in parte exiguum vtrinque [y] angulum efformat, summitati respondentem, quam externa sede constitui monuimus: angulos hosce nonnulli vituli carnibus primùm erumpentibus, alij nouilunio contulerunt. In horum sinuum medio vteri fundus ita reponitur, vt vniuersum corpus ad pedis crateræ imaginem interna sede accedat: vnde totus etiam sinus lubrico quodam humore ac veluti muco oblitus est: nec vllum se in eo conspicuũ foramen offert, quod semini prębeat ingressum, ut nec in uiris quod egressum largiatur, conspicitur, nisi quod si

Marginal notes (left): k fi.xxvii.D. — l fi.xxv. OP Q.fig.xxix. II. — m fi.xxx. L. — n ead. — o ead.O. — p t.xxv. T. — q fi.xxv.ab i ad K. — r ead.I. — s fi.xxix.AA BB. — t ead. CD. — u ead. à G versus IEE. — x ead. ad latera F. — y ead.F.

Marginal notes (right): *Vteri situs in prægnantibus.* — *Figura.* — *Exterior vteri facies.* — *Interior.* — *Diuisio.* — *Cornua.*

prædicti sinus comprimantur, seminis aliquid in aliquibus resudat; & in his, quæ inuoluntario seminis fluxu laborant, manifestò ipsius ingressus visitur, quòd meatus magis relaxentur. Præter id, nec vena, nec sinus, nec quidpiam aliud occurrit, quamuis aliter non pauci sentiant; præterquam quod in prægnantibus, & ijs quæ recens pepererunt, posteriùs intra matricis corpus exigui quidam [z] sinus conspiciuntur, quanti excipiendæ lenti satis essent, quos græci κοτυληδόνας latini acetabula, hoc est alueos, siue sinus rotundos appellarunt, in quos [a] tubera quædam inseruntur in posteriori secundarum regione conspicua; ac eorum medio corporis vteri lateribus adhærescunt, & in partu euelluntur. Neque vero aliud præterea in vtero, huiusmodi nomine appellandum venit, vt inertes plerique veritatis indagandæ laborem euitantes, sibi persuaserunt. Vteri [b] substantia neruosa est, crassa, albicans, & modicè carnosa, talisque vbique visitur, præterquam quòd iuxta [c] os densior paulo, & rugosior occurrit; exteriore facie [d] venas aliquot adipiscitur, vt suo loco dicemus, inter duas ipsius tunicas excurrentes, exteriorem scilicet alteram admodum validam crassamque à peritonæo enatam ex [e] membranis, quæ vasa vterum adeuntia continent, vterumque peritonæo colligant, quæ duo sunt processus duarum membranarum instar, vespertilionum alis similium, inter quas multæ venarum propagines copioso adipe obtectæ perreptant. Duo hæ membranæ à peritonæo vtrinque procedunt, & ceruicis, ac fundi vteri lateribus inuicem iunguntur, exteriorem ipsis membranam efformantes, ea longè crassiorem, quam intestinis mesenterium porrigit; hæc enim vtrinque gemina est, illa verò simplex, ac præterea hæc rugosior est. [f] Interior tunica, quæ propria est vteri substantia in non prægnantibus, omnes totius corporis membranas crassitie superat, nihilque sibi peculiare vendicat præter exiguum collem quem per ipsius medium porrigi diximus. Tunicæ huius substantia frequentissimis quibusdam fibris intexitur, & capillaribus quibusdam venis per ipsam distributis, quas hactenus in nulla vterum non gerente, intumescentes, vt quidam aiunt, conspexi, quamuis etiam fluentibus mensibus obijsset, vt Pisis obseruauimus anno MDXLV. in muliere quadam quæ filium suum Florentiæ necauerat, quamque ob id Dux Cosimus Medices dissectioni condemnauerat. Fibræ quibus vterus intexitur trium sunt generum, interiores quidem rectæ, exteriores transuersæ, siue orbiculares, mediæ obliquæ. Harum beneficio vterus suis fungitur officijs, vt de ventriculo retulimus, quæ in prægnantibus euidentiùs sese offerunt, ob vteri scilicet extensionem, membranarumque tenuitatem. Vteri ceruix vbi contracta est, tota rugis plena occurrit; vbi verò extenditur, læuis & vndequaque lubrica, pręterquam iuxta pudendum, vbi præter nonnullos implexus, carunculas quasdam adipiscitur: haud æquè in omnibus prominulas. Hæ sunt illę Poetis decantatæ Nymphæ, quas per nemora errantes à Satyris amari fingebant. Iuxta etiam colli vesicæ insertionem subaspera occurrit vteri ceruix, vbi tenuis vteri ceruicis portiuncula vtrinque excrescit in ipsius cauitatem propendens, & membraneis illis processibus perquam similis, quos in duodeno intestino ad meatus bilem deducentis extremum haberi monuimus: hæ verò carunculę vrinam siue aliud quiduis ab vteri ceruice in vesicæ collum regurgitare prohibent. Reliquum ceruicis huius ad os vsque vteri eandem seruat amplitudinem; estque ipsius substantia inter carnosam, ac nerueam media, & spongiosa, corporum ferè genitalis modo, ac proinde muliere in libidinem concita paululum extumescit, pręsertimque carunculę illę, seu nymphę quas ad pudendum consistere diximus, quę tanquam penem amplexurę arctantur, & quantum semini excipiendo satis est ceruix, dirigitur. Porrò vt in puellis Ceruix admodum lęuis mollisque est, sic defloratis pręsertimque his quę venere frequentiore vtuntur, assiduo attritu, & collisione, in callum veluti obdurescit, eoque magis si exsiccantia adhibeant lauacra. Vtrisque autem venę in ceruice conspectiores quam in corpore sese offerunt, pręterquam in vtero gerentibus, in quibus multò euidentiores in corpore occurrunt. Ceruicis huius extremo continuum est vteri [g] os, & extrorsum nonnihil prominet,

in ro-

Vteri substantia.

Interior vteri tunica.

Tunicæ huius fibræ.

Interior vteri ceruicis constitutio.

Nymphæ.

Ceruicis substantia.

z fi.xxxi.EE

a fi.xxxii.II.

b figu.xxix. EEEE.

c ead.CC.D

d fi.xxvi.

e fi.xxv.RS. figu.xxvii. LEE.

f fi.xxix.EE EE.

g fig.xxvii. cD.

in rotundum latum ac modicè depressum mucronem desinens; in sui autem medio transuersa scissura diffinditur, ita vt barbioris imaginem apposité referat.

Vteri oris figura. Os id ad ceruicis etiam contractionem, extensionem've prorsus immotum perstat, nec ipsius mucro ceruicis latera vsquam contingit; in grauidis verò ita occluditur, vt nihil omnino admittat. Quòd si quis mihi obijciat, hoc ita se habente, & muliere, vti retulimus, non minus viro semen emittente, necessum fore, semen in prægnantibus eiaculatum intra vterum detentum iri, quod citra grauem, tum mulieris, tum fœtus noxam esse nequaquam posset. Respondeo, venas, siue meatus à testibus in vterum tendentes, aliquot etiam surculos in ipsius ceruicem emittere, per quos prægnantes, ac puellæ stato mensium tempore purgantur, ac per eosdem etiam, semen in vterum minimè ingrediens, excerni potest. *Vtero gerens nequit concipere.* Quod autem nonnulli prægnantem concipere posse aiunt, ridiculum apud me est. Nec vim habet vllam, quæ illos in hanc sententiam ratio deduxit, quòd scilicet prægnantem intueantur semel enixam, post mensem vnum, vel alterum iterum, atque iterum parere. Vt enim ex vno grano, siue altero quouis semine, spicæ plures enascuntur, nec eodem tamen omnes tempore maturescunt, sic etiam ex hominis semine multos fętus gigni, ac diuersis temporibus in lucem prodire contingit; fertilior nanque seminis portio vniuersum ferè alimentum in se arripit, nec alias finit excrescere, sicque ex ea procreatus fętus primùm perficitur editurque: aliæ verò nondum perfectionem consequutæ, intus remanent, & quæ inter ipsas vegetior est, illud quo indiget alimentum assumit, dum probè maturuerit, ac postea emergit; idemque deinceps de reliquis euenit. Siquidem præscriptum re uera non est, ac definitum septimo nono've, aut decimo mense pariendi tempus, sed eo duntaxat tempore quo absolutus fętus in eam corrpois molem assurrexit, cui maternum ampliùs alimentum minimè sufficiat, nec locus in quo quiescit ei capiendæ satis, nec aer per arterias ad eam refrigerandam delatus, calori ipsius ventilando idoneus ampliùs existat, quod ferè post nonum, vel decimum mensem contingere solet. Hac de causa fętus in vtero veluti oppressus, ita sese volutare incipit, vt membranas quibus includitur discerpens, & secundas euellens prodeat, domicilij, alimenti, & spiritus cupidus amplioris. *Os uteri in prægnantibus conniuet.* Sed ad vteri os vt redeam, in prægnantibus, ita occluditur, vt ne specillum quidem admittat; & ad ipsius medium alba quædam & lenta visitur materia, quæ ipsius occlusioni non parum opitulatur. Non prægnantibus, vt plurimum quoque conniuet, sed vsque adeo leuiter, vt nullo prorsus negotio sanis diducatur, cùm semen excipiunt, aut cùm in pollutione suum met semen emittunt. Sicque os id naturali vi, nullo autem pacto ex mulieris arbitratu arctatur atque dehiscit, vt nullus inibi existens musculus attestatur.

De Mulierum testibus. Cap. 15.

PRæsens equidem caput citra existimationis meæ iacturam dimitti posse maluissem, ne scilicet mulierum genus superbiùs efferretur, intelligens sibi etiam [a] perinde ac viris datos esse testes, ac non solum se fętus intra suum corpus alendi onus perferre, quemadmodum & aliud quoduis intra terram semen enutritur, verumetiam suam se quoque partem non minus quam viros conferre, quandoquidem nec sibi instrumenta desunt, in quibus ea elaboratur; ipsa tamen historia coactus secus facere non potui. Dico igitur mulieres perinde, ac viros testibus suis donari, quamuis intra corpus reconditi non occurrant, vti quidem oportuit, nimirum intra se ipsas concepturis, vnde reliqua etiam omnia mulierum instrumenta ad generationem requisita intra corpus fuere reposita. *Muliebrium testiculorum situs.* Mulierum itaque testes corporis vteri lateribus accũbunt, nonnihil ipso elatiores, quamuis in prægnantibus minùs accliues videantur, quia superiùs in ipsis vteri corpus cõsistit. Hærentq; laxè admodũ peritonæo, quà ilium ossa sacro committuntur, seminalium vasorum beneficio,

a figu. xxv. xxvi. xxvii N. r. F.

Magnitudo & figura. citra ligamenti alicuius interuentū. Sunt hi marium testiculis longè minores, forma verò longiores paulò, antè ac ponè leuiter depressi, lateribus rotūdi, extrinsecùs inęquales & ex pluribus veluti glandulis simul coagmentatis conflati. Interior ipsorum substantia, minimè vt virilium testium æqualis, minimè mollis, sed dura est, & glandularum substantiæ similis, quæ in mesenterio interiorique omenti membrana conspiciuntur; estque tota sinibus quibusdam prædita, præter sedem, quam venæ aliquot & arteriæ occupant; qui sinus nec eandem omnes magnitudinem, vt nec seriem numerum'ue seruant, sed in omnibus aqueus quidam humor consistit, *Membrana.* qui testiculis manu compressis magno impetu, veluti ex disrupta vesica, exilit. Vnica eos nerueą membrana inuestit, vndequaque ipsis circundata, eorumque substantiæ firmiter adeo connata, vt difficili negotio diuelli posit, estque substantiæ ipsorum nonnihil similis, & tertia virilium testium tunica, cui functione assimilatur, longè tenerior ac mollior. Nullam præterea membranam testiculi muliebres obtinuere, præterquam quod peritonæi processus, quos vteri lateribus alligari, & vespertilionum alis consimiles esse monuimus, superiùs ipsos integunt. In hosce testiculos seminis meatus applantantur, vt suo loco docebimus.

De fœtu, & secundinis. Cap. 16.

EX viri & mulieris semine fœtum in vtero gigni diximus, altero quidem materiam, altero verò esse, ac formam conferente, vt in pulli generatione fit, aut simul vtrisque commixtis. *Seminis historia.* Vt vt se res habeat, simulatque vterus concepit, clauditur, colligiturque semen vndique comprehendens, quod calore in seminis cuiuslibet morem turgescere incipit, & quemadmodum reliqua omnia semina suas protinus iaciunt radices, quibus necessarium sibi nutrimentum è terra hauriunt, haud *Vmbelicus vt efformetur & quot ex vasis.* secus quoque humanum semen postquam intumuit, membranam extrinsecùs efformat, instar tenuis cepæ inuolucri, siue interioris oui pelliculæ; spiritus verò intus conclusus [a] riuum in ipsius medio, cui vmbilico nomen est, producit, aliorum *a fi.xxiiii.T* seminum radicibus proportione respondentem, ex duabus venis totidemque arterijs conflatum: Quæ quamuis ab vmbilico in vterum simul contendant, intra corpus tamen secus euenit; imò venę in vnam abeunt, [b] quę inter peritonęum ac omentum tantisper procedit, dum in [c] rimam inseratur, quam in anteriori iecoris parte haberi prodidimus, & in iecur ingrediens perreptat, quousque venę quam portam appellari diximus, exortui iungatur. [d] Arterię sensim ac sensim inuicem abscedentes feruntur, & peritonęi membranas, ac vesicę latera peruadentes, ad suum quęque latus paulò infra sacrum os, in magnę arterię propaginem inseruntur, quam, vbi locus postulabit, inibi prorepere dicemus. Per venas igitur alimenta, per arterias vitalem spiritum fœtus trahens, dum in vtero concluditur enutritur, vasis hisce omnibus vnà coeuntibus, instar radicum in posteriore corporis vteri parte, vbi venis artetijsque ipsius committuntur: sed vt ad semen redeam, vbi ex eo efformatus est vmbilicus, hominis speciem paulatim induere incipit, quod intra dies triginta si mas fuerit, si verò fœmina intra quadraginta dies molitur, totidem nanque dies muliebris purgatio post partum durat. Post hęc anima ipsi infunditur, priùs enim vitam duntaxat viuebat plantarum. Licet autem animatus sit fœtus, prę sui tamen paruitate ac mollitie, mouere se ipsum nequit, dum maius robur non acquirat, quod fit, in mare quidem tertio mense, in fœmina verò quarto. Post quę in vtero semper continetur, dum angusta ipsi domus fieri in- *Vmbilicus medium in corpore locum tenet.* cipit, nutrimentum vti diximus per vmbilicum assumens, qui mediam corporis regionem ad amussim tenet, ab ipso ad pedum manuumque cacumen metiendo, corpore in crucem extenso. E corpore autem prodiens [e] sursum ventri accumbens ad lęuum vsque humerum conscendit, & circum colli posteriora ductus in dextrum vsque humerum fertur, e cuius regione in corporis vteri scapulas a- *Fœtus in vtero situs.* digitur, fœtus enim [f] in vtero ita situatur, vt caput superiora occupet, facies in vteri scapulas vergat, quò tutus degat, & cubitos ad inguina applicans ita con-

b fi.ii.F. *c ead. G inter duo H H* *d ead. K L li.vi.ta.v. f vii.viii. u u fi.x.I I.* *e fi.xxxiiii* *f ead.*

trahitur,

trahitur, vt genibus oculos, talis verò nates propemodum contangat totus in glomum collectus. Quoniam verò fœtus principiò, minore eget alimento, ex eo quod superest, secundinæ hunc in modum procreantur. Circum circa vmbilici insertionem sanguini, [g] massa colligitur, & carnea quædam moles panis instar orbicularis, spongiosaque ac fuliginei coloris, & quamplurimis venis intertexta, lienis substantiæ ex toto propemodum similis, quæ secundina latinis dicta est, quòd post fœtum, vt arbitror, edatur. De cuius figura & situ omnes, quorum scripta in hanc vsque diem mihi videre contigit, ita sentiunt, alij nanque fasciæ similem esse, totumque abdomen cingere, alij verò non vniuersum abdomen, sed partem duntaxat secundum ipsius longitudinem vincire arbitrantur, delusi vtrique, illi quidem ex his quæ in canibus, hi verò & his quæ in vaccis occurrunt, ac proinde eam inter tunicas fœtum obuoluentes, secus quam nos, annumerarunt. Ex huiusmodi massa [h] exterior duarum membranarum fœtum inuoluentium producitur, dicta græcis ἀλλαντοειδής, hoc est farcimini similis, sumpto in vaccis errore, in quibus hæc tunica ingentis intestini, seu farciminis speciem præ se fert, in humano autem fœtu longè aliam imaginem exhibet, vesicam enim tum figura, tum substantia æmulatur. Parsque ipsius posterior extrinsecùs anteriori dictæ massæ parti validißimè adhærescit circum vmbilicum, permultos ab ea venarum, arteriarumque surculos assumens, interna verò facie tota per quam lęuis, & lubrica est, totique secundæ tunicæ obtenditur, nusquam ei, nisi iuxta vmbilicum adnata. [i] Secunda hæc membrana eandem cum priore figuram obtinet, eodemque prorsus modo venis, & arterijs ex vmbilicalibus vasis enascentibus intexitur; quæ licet exiles sint, non ideo tamen obtutum effugiunt, cùm tunica hęc longè tenuior ac mollior priore sit, & ad hædinę cutis mollitiem accedat, vnde ἀμνειός gręcis, nobis amictus dicta est. Tunica hęc extima facie lęuis, atque humida est, neque vsquam nisi propter vmbilicum priorem contangit, inter vnam enim & alteram vrina colligitur, quæ à fœtu toto eo tempore, quo in vtero concluditur, excernitur. Interiùs quoque lęuis humectaque occurrit, & vmbilici interuentu fœtui adhęret. Inter ipsam & fœtum magna sudoris copia consistit, qui ex fœtu, dum in matris vtero continetur, emanat, suntque aquę illæ, quas parituris mulieribus erumpere ferunt. Cùm enim prior membrana massæ, hæc autem vtero adhærescat, vbi proditurus fœtus sese volutat, priusquam euellatur, tunicas ferè disrumpit, sicque vrina & sudor in ipsis coaceruati excernuntur, & os, ceruicemque vteri emollientes, ad partus facilitatem magnoperè conferunt. Quòd si quando contingat priorem membranam disrumpi, & secundam euelli, fœtus amictu indutus in lucem emergit; cui tamen membranæ, aut pergamenæ ex ea paratæ vis nulla maior, quam alijs inest, quamuis eam striges & veneficæ mulieres in primis extollant. fit etiam interdum, vt exeuntis fœtus crus brachium've hac membrana inuolutum remaneat, aut ea scilicet non exactè auulsa, aut obstetricis incuria. Huiusmodi membrana siue amictu fœtus includitur, qui flauam quandam materiam, ac luti modo spissam cuti adnatam habet, quartæ nimirum coctionis, quæ in membris efficitur, excrementum. Prædicta massa, & duæ huiusmodi tunicæ, secundinæ mulieribus appellantur, quarum secundina fœtui ad vterum detinendo inseruit, reliquæ duæ ipsum vnà obuinciunt, priuatim verò secunda sudorem, prior vero vrinam continet. Qua quidem in re summus rerum opifex non minori prouidentia, quàm in plerisque alijs corporis nostri partibus vsus est. Cùm enim salsa, & mordax vrina sit, fœtus verò admodum tenellus, si ea carnibus proximè obnatasset, leui eas negotio erodisset, cui occurrens effecit, vt vrina è fœtu haud per genitale redderetur, sed remeans, & per [k] meatum è vesicę fundo enatum delata, per vmbilicum excerneretur inter duas arterias, quas mox eum peruadere dicemus, inter primam ac secundam membranam coaceruata. Hæc sunt quæ ad coctionis, & generationis instrumenta pertinent.

[g] fi. xxxi. EE fi. xxxii. II.

[h] fig. xxxii. xx.

[i] fig. xxxiii. OO.

[k] fig. xxxiii. xxxiiii.*.

Secũdæ ex quibus fiant.

Primum fœtus inuolucrum.

Alterum.

Aquæ in partu rumpentes.

Secundarum vsus.

Fœtus haud per genitale vrinã reddit.

De fœtus nutrimento. Cap. 17.

ETsi mihi hominis duntaxat structuram persequenti, aliud præterea nihil tentandum foret; quia tamen tractatio hæc historiæ nostræ finitima est, & maximè omnium in votis, pauca quædam circa ipsam in medium afferenda duxi. Ex menstruo mulieris sanguine fœtum in vtero ali, huiusque tantum vsus gratia eas ipsum à natura obtinuisse, apud medicos atque philosophos adeo in confesso est, vt secus asserere temerarium videri posit. Nihilominus cùm nullum propè cæterorũ animantium purgationes huiusmodi patiatur, nullumque tamen quod nothum non sit, perinde ac mulier, & multo etiam fœcundiùs non concipiat, procreetque: cùmque mulieres non paucæ, quibus menstrua nunquam fluxerunt, concipiant, & filios edant à scabie cæterisque id genus morbis immunes, quibus ferè infantium ætas exerceri solet; cùm præterea menstruus sanguis vsque adeo corruptus excernatur, vt non fœtui duntaxat adeo delicato, ac molli, sed cuiuis etiam bruto ipsum degustanti, necando sufficere posit, hæc inquam omnia audacter quid sentiã proferendi, animum iniecerunt. Scire igitur oportet, vniuersum mulierum genus, tum naturali temperamento, tum sedentaria quam degit vita, aliorum omnium perfectorum animantium esse humidisimum; lunam insuper, prout communis omnium sententia; & quotidianus docet euentus, communem esse humiditatum parentem, cùm eas minuat augeatque, prout singulis ipsa mensibus crescit, decrescitque. Hoc posito, dico in muliere humores singulo quoque mense adeo augeri, vt venis concludi nequeuntes, per vniuersum corpus, sanguinem conturbantes tantisper ferantur, dum ipsum natura per viam in id expeditiorem, venas nimirum ad vterum, ipsiusque ceruicem tendentes extrudat. At siquando venæ huiusmodi vt plerunque accidit obstructæ sint, ita vt sanguini egressus non pateat, in corpore corrumpitur, & varias ægritudinum formas inducit. Id quidem ita se habet si sane degant mulieres & ab accidente quouis liberæ; at si forte fortuna, aut diuturna vsæ inualetudine, aut nutrimenti indigæ, vt vbi adolescunt, vel vtero gerunt, aut lactant, aut vehementiùs exercentur, superuacaneas absumunt humiditates, etsi humores vnà cum luna singulis mensibus adaugentur, vbi tamen in quod exerantur habẽt, corpus haud exagitant, sed nulla prorsus noxa, nullo illato incommodo requiescunt. Menstruæ itaque mulierum purgationes ex humida potius earũ constitutione, & otiosa quam ducunt vita, quam ex vlla nutriendorum liberorum necessitate proficiscuntur. Neque verò quicquam habet momenti ratio, qua nonnulli nituntur, ex menstruo sanguine fœtum ideo ali dicentes, quòd eo prægnantes, & lactantes destituantur; quin potiùs quia ex materno sanguine fœtus enutritur, tantumque maternæ humiditatis absumit, in eam quam antea solebant copiam assurgere humores nequeunt. Atque hanc ob causam vteri gestationis initio, fœtu adhuc paruulo existente, ac nutrimenti minimum assumente, plerisque mulieribus menstrua fluunt; Et hæ laudabili vtuntur sanitate, nec vllo tenentur eorum symptomatum, quibus cæteræ prægnantes grauiter primis mensibus conflictari solent, grauiùsque adhuc postremis exercerentur, si menstruus sanguis intrà corpus, vt quidam existimant, retineretur. Quod cùm ita se habeat, cumque videam plerisque mulieribus diuturnas passis ægritudines, menstruas purgationes minimè redire, nisi pingues vt priùs euadant; lactantes præterea toto propemodum quo lactant tempore purgationi eiusmodi nequaquam subijci, nihil interim detrimẽti, neque his, neque illis incurrentibus, ratũ firmumq; habeo, sanguinem menstruum haud suapte natura malum esse; præterquam quòd in ea agitatione, quam singulis mensibus secundum lunæ motum humores subeunt, aliqua ipsorum portio corrumpitur, quem vt pernitiosam natura foràs propellit, reliquo in pristinam redeunte quietem. His hunc in modum positis, iam in confesso est, fœtũ ex perfectisimo, ac laudatisimo matris sanguine nutriri, (prout quidem eo molli, ac tenello vsqueadeo existente oportuit, quò viuere posset) simulque non alendorum liberorum necessitate, sed ob humidam duntaxat ipsarum temperamen-

Mulieres natura humidæ.

Luna humiditatum parens.

Menstruorum ratio.

Menstrua cur supprimantur.

Vteri gestationis initio cur fluant menses.

Quibus mulieribus innoxius sit mensium defectus.

ramentum, mulieres menstrua pati. At iam de mammis agere expediet, sicque præsenti libro finem imponere.

De Mammis. Cap. 18.

QVoniam educto ex vtero fœtui, in quo is sanguine ali solitus, nullo indigerat per os nutrimento, haud vllum ferè congruens cibi genus inueniri potuisset, qui sua saltem duritie, ac nouitate non obfuisset, cumque nullum ipsi salubrius alimentum esse posset, quam id quo in vtero matris vtebatur, summa prouidentia, rerum conditor membrum in mulieribus fabrefecit, ad quod sanguis deflecteret, qui vterum prius adibat, in nutrimentum conuersus fœtui apprimè conueniens, quo is in lucem emersus tantisper vteretur, dū alijs assuescere cibis inciperet; Quod qua ratione fiat, & quo itinere diuertatur, de venis agentes prolixiùs explicabimus; nunc de mammillis tantum verba faciemus. Summus itaque rerum opifex, [a] mammas duas in pectoris medio vtrinque vnam mulieribus locauit, super [b] secundum brachij motus auctorem musculum, inter membranam carnosam, & cutem. Hæ semiglobi speciem externa facie referunt; & apicem in medio habent, qui Papilla dicitur: posterius verò depressæ sunt, & secundum pectoris prominentiam cauæ. Cōstant autem glandulis nonnullis, multoque simul adipe; & venis quibusdam arterijsque, ac neruis licet paucis intexuntur, qui eandem perpetuo pro vberum proportione magnitudinem seruant, secus quam glandulæ, quæ virginibus, ac viris perpaucæ, exiguæ, ac propemodum aridæ sunt; adultis verò mulieribus copiosæ admodum, tumescentes & humidæ; puellis duræ ac solidæ, nulloque humore imbutæ; parituris & iam enixis insigniter turgidæ, & lactis plenæ; ijs tamen, quæ sæpius peperere, flaccidæ admodum ac pendulæ. Huius hæc ratio est, quia vbi sanguis vniuersus ingenti partus dolore agitatur & incalescit, & venæ secundinis affixæ abrumpuntur, membrorum humor omnis sæuo cruciatu expressus per eas expurgatur, mammas relinquens flaccidas adeo & exsuccas, vt pristino ampliùs decori restitui nequeant.

Mammæ ad quid effectæ.

a figu. xxv. xxvi.

b li. ii. ta. i. ij. a.

Mammarum situs.

Figura.

Substantia.

Mammæ cur sæpius enixis flaccescant.

DE ORGA-

DE ORGANIS NVTRITIONI (QVAE CIBO POTVQVE FIT) DEDICATIS: ac deinde propter partium connexum ac viciniam, De instrumentis generationi famulantibus.

TABVLÆ I. FIGVR. I.

IN prima figura tanta humani corporis portio delineatur, quanta ad peritonæi sedes ostendendas sufficit: exprimitur itaque hac figura anterior peritonæi sedes, sectionis serie ab octo abdominis musculis libera, nullaq; ex parte dissecta.

A A, B, C, D, His characteribus peritonęum insignitur, quodãmodoq; hac figura terminatur.

E E Linea à mucronata pectoris ossis cartilagine ad pubis vsque ossiũ commissuram procedẽs, cui obliquè descendentium & ascendentium, & transuersim procedentiũ abdominis musculorũ neruceæ tenuitates pertinacissimè connascuntur.

F Vmbilicus, quem inter dissecãdum etiam adeptis abdominis musculis, gratia opportunè vmbilici vasorum demonstrationis, reseruare solemus.

G Seminaria vasa suis mẽbranis, quas à peritonęo mutuãtur, adhuc obuoluta.

H Vena ac arteria, quæ potissimũ inferiori sedi rectorũ abdominis musculorum exporriguntur, quorũ & hic quoque propendet portio.

I Vena & arteria, quæ sub osse pectoris exporrectę, in anteriorem abdominis sedem prolabuntur, prępcipuè rectis abdominis oblatę musculis, ac superiorem abdominis sedem vniuersam quoque implicantes: quemadmodum illę quas I insigniuimus, humiliorẽ & pubis ossibus viciniorem implicant.

K Venarum soboles in peritonęi latera excurrentium, ac ab illis venis deductarum, quę aut à cõiuge carẽte vena, aut geniculatim à caua pronascuntur, quà ipsius caudex lumborum vertebris colligatur.

L Transuersi abdominis musculi portio à peritonęo diuulsa, retrorsũq; flexa.

M Ilium ossis sedes hic nuda cõspicitur cui obliqui transuersiq; abdominis committuntur musculi.

N Malum punicum, seu ensiformis cartilago.

SECVNDA *figura primam sectionis serie subsequitur. hic nanque peritonæum recta linea à pectoris ossis mucronata cartilagine ad pubis vsque os ita diuisum est, vt vmbilici vasorum nullum vitiauerim: dein transuersa sectione à sinistro ilio ad dextrum ducta, quatuor peritonæi anguli ab anteriori corporis sede in posteriora reflexi conspiciuntur. Præterea vmbilici quoque vna pars cum ipsius vasis, quæ peritonæo prius connectebantur, oculis subiacet. Ad hæc præsens figura iecoris portionem, & ventriculi sedem, ac omenti intestinis obducti situm indicat, quem omentum obtinet, quum manibus ipsum versus pubis os inter dissecandũ trahitur, si quando sursum versus sinistrum latus (vti plerunque accidit, ac sequenti figura occurret) retractum adinuenitur.*

A B C D. Quatuor peritonęi partes dissectę, atque in posteriora reflexæ, adeò vt interna anterioris peritonęi sedis regio hic ex sectionis serie in conspectum venerit.

E Vmbilicus à peritonæo liberatus.

F Vena ab vmbilico in iecur porrecta.


G Venę vmbilici in iecoris rimam ingressus.

H H Portio iecoris ex gibba ipsius sede apparens.

I Pręcipuum ligamentum iecur septo transuerso connectentium.


Dextera arteria ab vmbilico secun-


dum





TABVLA · I · LIBRI · III ·





dum dextrum vesicę fundi latus ad magnam prorepens arteriam.

L Sinistri lateris arteria ab vmbilico secundum vesicę sinistram sedē, ad magnam exporrecta arteriā.

M Meatus, quo à vesicę fundo fętus vrina in secundam fętum inuoluentem tunicam expurgatur.

N Vesicæ fundus.

O Peritonæi ad vesicę fundum nexus.

P Ventriculi anterior pars, quę neque iecore, neque omento obtegitur. Hęc sedes ob hoc amplior apparet, quòd ventriculus quē hic depinximus, impēse inflatus fuerat.

QQ Q Q. Omentum.

R Vena & arteria simul cū neruo dextrę sedi inferioris partis ventriculi exporrectæ.

S Sinistri lateris vasa, quę sinistrā fundi ventriculi sedem amplexatur.

T Hac sede dextri lateris vasa sinistris committuntur, ac proinde etiam R T, & S suturam indicant, cuius Aristoteles tertio Historiæ de animalibus libro, vt & quarto de animaliū partibus meminit, quū à medio ventre omētum oriri dependereque asserit.

XX Venarum arteriarumque propagines superiori omenti membranę exporrectæ, adipeque cinctę.

F I G V R A III.

TERTIA *figura secundam administrationis ordine subsequitur, ac humiliorem omenti membranā à superiori diuulsam laceratamq́; gerit. ac superior quidem super thoracis anteriora, et ventriculum quoque extensa est. Dein ventriculus etiam vi sursum ad pectus ex sua sede tractus visitur, vt humilioris omenti membranæ natura in conspectū peropportunè veniret.*

KL M N & O eadem hic atque in secūda figura notatur.

a a Superioris membranæ omēti, quam & alam superiorem nnnnulli appellant, poste io. se.es, qua inferiorem membranam integro adhuc omento spectat.

b b Extuberans hęc sedes vētriculus est, superiori mēbrana omēti tectus.

c c Omenti humilior membrana, quę nonnullis humilior ala nuncupatur. Cęterùm extuberās pars, cui duo superiora *c* & *c* inscribūtur, colum est intestinum.

d Hic lien etsi omēto obducitur, protuberans sese ostendit, ad quod etiam pellucida omēti iuuat substantia.

e Caudex venę cauę.

F I G V R A IIII.

QVARTA *figura omentum suis quibus adnascitur, aut potius à quibus initium ducit, membris liberum, et nulla interim parte diuulsum delineatur, integraq́; ipsius constructio, & præcipuè venarum, arteriarum & neruorum per ipsum series, et glandulosa corpora ipsi innata commonstrantur. Quàm concinnè verò omentum sacculo, aut peræ, aut minoribus piscatorum retibus assimiletur, hac quoque figura discitur.*

e e Omenti circulus, seu orificiū, quo initium ducit.

fff Omenti superioris mēbranę anterior facies.

g g Inferioris omenti membranę anterior facies. at hęc non integra vt superioris membranę anterior facies hic cōspicitur, quum inferioris mēbranę sedes tantùm in conspectu sit, quę ventriculo substernitur, atque ad colon vsque intestinum, quà id ventriculo exporrigitur, pertinet. Reliqua enim inferioris membranę pars superiori membrana occulitur.

h i K Tribus his characteribus ad sinistrū latus inferioris membranę omenti positis, omenti constructio insignitur. Nam *h* omenti partem notat membraneam, venis arterijsque & adipe quoque carentē. *i* verò vasa indicat, K autem adeps vasis attēsus adnatusve exprimit.

l Venę portę caudex, quà ex iecore

prodiens

procedens inferiori membrana omenti continetur ac suffulcitur.

m Arteria iecoris cauum & bilis vesiculam petens, neruoque concomitata, qui à dextri lateris sexti neruorũ cerebri paris, nerui ramo, dextri lateris costarum radicibus exporrecto depromitur, ac iecoris cauum bilisque vesiculã adit.

n Principium venę inferioris ventriculi orificij posteriorem sedem potissimum accedentis, & arteriam habentis coniugem.

oo Arteria & vena & neruus, secundũ superioris omẽti membranę principium, dextrę fundi ventriculi sedi exporrecti.

pp Illorum vasorum quę dextrę fundi ventriculi sedi exporriguntur surculi, corpus ventriculi implicãtes.

qq Dictorum iam uasorum quę fundi uentriculi dextrę sedi exporrigũtur propagines, in superiorem omenti membranam sparsę.

r Vena arteriaque duodeno intestino & ieiuni intestini principio exporrectę, neruulumque socium frequenter admittentes.

ſ Portę venę in duos truncos bipartitio.

t Dexter seu grandior venę portę trũcus, in mesenterium adeoque intestina excurrens.

u Vena in posteriorem ventriculi sedẽ citra arterię consortiũ excurrẽs.

x Vena cũ arteria & neruo in dextrã inferioris membranę omenti sedem sparsa, ac colon quoque intestinum hac parte accedens.

y Vena simul cum arteria in ventriculi posteriora excurrens, & tãdem coronę ritu superius ventriculi orificium amplectens.

α Hic nonnihil grandior mesenterij arteria se offert, etiamsi minimo interuallo inferiori mẽbrana omẽti suffulciatur.

β Truncus est arterię, qui inferiori omenti membranę intertextus, vẽtriculo, iecori, bilis vesiculæ, colo quà id ventriculo exporrigitur, ac dein lieni ramos depromit, neruosq; has partes adeũtes comitat.

γ Vena simul cũ arteria & neruo mediam potissimum sedem subiens inferioris membranæ omenti, & ramos quoque offerẽs colo intestino, quà ad ventriculi prorepit fundum.

δ Vena coniugis arteriæ expres, quæ sinistræ sedi inferioris omẽti mẽbranæ pauculas soboles, vt & ipsa gracilis est, diffundit.

ε Venarum, arteriarum & neruorum in lienem series.

ζ Vena pariter cum arteria neruoque ventriculi fundi sinistræ sedi exporrecta.

ηη Glandulosum corpus inferiori mẽbranæ omenti innatũ, quod vulgo vocant Brisuolo, Dulcẽ morsum seu bolum, Buccam saporitam, Rodol.

θ Glandulosi corporis portio, quod duodeno intestino subnascitur.

TAB. II. FIG. V. VI. VII.

IN quinta *figura sectionis serie tertiam subsequente, iecur, ventriculus, & intestina proprias seruãt sedes, omento interim, quà à ventriculo enascebatur, coloq́; intestino continuum erat, prorsus resecto, ne forte id relictum alicuius organi sedẽ obliteraret. Præterea, vt singula opportunius oculis subijcerentur, costarum aliquot fines (vt inter pingendum factum est) effregimus.*

SEXTA *igitur figura tenuium intestinorum ductum duntaxat delineauimus, aliqua etiam vẽtriculi, & coli intestini, simul cæco asseruata portione, vt facilè præsens figura iam subsequenti septimæ adaptetur.*

SEPTIMA *figura cæci intestini & coli & recti imago ductusq́; commonstratur, vnà cum ilei intestini extremo, & musculis recto intestino proprijs.*

SVBSEQVENS *modo characterum index quintæ, sextæ, & septimæ figuris communis est: si quis verò interim character harum alicui peculiaris sit, illum pro figuræ numero aut 5 aut 6 aut 7 insigniturus sum: cha-*

racteres autem quibus huiusmodi nulla subiungetur notula, tribus figuris communes censebis.

'A 5. Mucronata pectoris ossis cartilago.
B B 5. Peritonęum vnà cum disruptis costis.
C 5. Primarium ligamentum, quo iecur humanum septo colligatur.
D D 5. Iecoris gibbi magna sedes.
E 5. Portiuncula venę ab vmbilico iecori insertæ.
F F 5. Ventriculi anterior sedes.
G 5. Lienis sinistrum latus; seu ipsius pars in corporis anteriora vergẽs.
H 6. Ventriculi portio, quę inferius vẽtriculi constituit orificiũ, seu intestinorum principiũ, quod hic chordula ligatum finximus.
I K 6. Pars intestinorum ab I ad K protensa, vulgato nomine nũc duodenum intestinum, nunc intestinum duodecim digitorum longitudine, mihi vocatur.
L 7. Ieiuni intestini initiũ, graciliũq; intestinorum sedes.
M 6.7. Ilei intestini terminus, & gracilium intestinorum finis.
N Extuberans crassorum intestinorum initium.
O Hoc intestinum mihi cęcum nuncupatur.
NP Q R S T, 5 7, Colum intestinũ his characteribus insignitur, verùm singuli priuatim aliquid notant. N enim ad P vsque coli intestini ductum notat, à dextri renis sede ad iecoris vsque cauum pertinentem. à P verò ad Q coli ductus notatur, secũdum ventriculi fundum à iecoris cauo ad lienis vsq; regionem protensus. a Q autem ad R ductus coli insinuatur, à lienis regione ad pubis os, secundũ sinistrũ ille procedens. Cæterùm ab R ad S (quod in 7 priuatim visitur) coli indicatur ascensus anfractusque, quem sursum ad vmbilici vsque regionem molitur. At S ad T vsque progressum notat, dicti nunc ascẽsus ad recti intestini initium.
V V 5.7. Depressa coli intestini sedes.
X X 5.7. Coli intestini vtrinque extuberantes semiglobuli, quos cellulas vulgus vocat.
Y 5.7. Recti intestini initiũ. Quicquid verò sub Y consistit, rectum est intestinum.
Z 6. Portio meatus bilem in intestina perferentis.
a 7. Musculus recti intestini finem orbiculatim amplectens, fæciumq; excretioni præfectus.
b c 7. Duo musculi rectum intestinum post fęcium excretionem sursum alacriter contrahentes.
d 7. Hac sede rectum intestinum virorum peni & mulierum vteri ceruici interuẽtu musculosę substantię connascitur.
e f 5. Duę arterię fœtui peculiares.
g 5. Hoc charactere vesicæ fundus indicatur, vti & meatus quo fętus vrina expellitur.

Figvra VIII.

OCtava *figura recti intestini & coli quoque, quà id recto continuatur, partem expressimus, intestinorum tunicas commonstraturam.*

h Prima intestinorum tunica, quę & intima est, ac solis transuersis circularibus've confirmatur fibris.
i i Secunda intestinorum tunica, quæ transuersis quoque efformatur fibris: attamen rectis quoque eò donatur pluribus, quò recto intestino vicinior est.
K K Mesenterij est portio, quę rectũ intestinum ossi sacro committit, ac tertiam ipsi exporrigit tunicam.
L L Tertia intestinorũ tunica, à mesenterij pronata membranis.


Figvra IX.

VT *præsens figura mesenterij situm quam appositissimè oculis subijceret, gracilia intestina vndecunque ad latera sursum deorsumq́; inuicem manibus diducta continet, ac proinde mesenterij cõmonstrat centrum, & rationem qua mesenterium*


inte-

TABVLA · II · LIBRI · III ·











intestinis vasa porrigit, intestinaq́ dorso connectit. Ad hæc eius quoque mesenterij partem ostendit, quæ coli finem & rectum quoque intestinum dorso alligat. Succedit verò hæc figura sectionis serie illi quam quintam locauimus.

ABC D. Portiones peritonæi, aperto iam abdomine in latera extrorsum flexæ.

EEE Tenuia intestina.

F Cęcum intestinum.

G G G. Colon intestinum.

H Recti intestini initium.

I Vesica cui peritonęum ea potissimũ sede connascitur, vbi alteram ipsi offert tunicam.

K Mesenterij centrum, eaque dorsi pars, qua id à peritonęi membranis initium ducit, quæ magnam arteriam, & cauam venam hic vertebrarum corporibus adnectunt.

L L Corpus glandulosum, mox in ipsa vasorum distributione positum, quæ mesenterij centro inferuntur.

MM Glandulę vasorum distributionibus interiectæ, quæ vasa in ipso per mesenteriũ ad intestina moliuntur progressu.

FIGVRA X.

IN decima figura dũtaxat ipsum delineatur mesenterium è corpore exemptum, omnibusq́ partibus ipsi connatis liberum, præterquã ab inferioris membranæ omenti portione, qua colon dorso inibi colligatur, vbi secundùm inferiorem ventriculi sedem id procedit.

K Character K vt & in nona figura, mesenterij indicat centrum.

LL Hi quoque characteres similiter atque in nona glãdulosum corpus notant, totius mesenterij maximum.

MM Glandulæ notantur illis interpositæ vasorum dissectionibus, quæ iam intestinis approximquant.

N O His characteribus mesenterij circũscribitur pars, tenuia intestina dorso alligans.

PP Ad Q vsque mesenterij indicat portionem, colon intestinum dorso affirmãtem, qua id à dextri renis sede ad cauum vsque iecoris protenditur.

QQ Ad R vsque inferioris omenti membranæ partem notat, quę colon tota illà sede dorso committit, quà id secundum ventriculi exporrigitur fundum.

RR Ad S vsque mesenterij insinuat portionem colo intestino tota ea sede propriam, quà id à lienis regione ad rectũ vsque intestinum pertinet.

S T Quod S & T intercluditur, mesenterij pars est rectũ intestinũ dorso nectens.

V Hac sede mesenterij naturam exprimere conati sumus, quandoquidem vnam mesenterij membranã ab altera vnguibus diuulsam pinximus: vt X nimirũ vna sit, altera verò Y inscribatur. Atq; in harum membranarũ medio mesenterij vasa excurrunt, & ipsius adeps, vt & glandulæ etiam continentur, quemadmodùm quoque in prima muliebrium figurarum cernere licet.

TABVLA III. FIGVRA XI. XII.

VNDECIMA figura iam præpositis integris sectionis serie succedit. habet enim figuris dissectum peritonæum, & omentum quoque in hac ablatum est, & hic costas aliquot etiam effregimus, quo iecoris cauum opportunius delineari posset. Hic namque conspicitur vniuersum iecoris cauum, ipsiusq́ iecoris forma. Dein ventriculi quoque apparent orificia. Intestina autem perinde, ac ventriculum in sinistrum latus depressimus, vt in conspectu esset mesenterij pars, ac venæ portæ in ipsum series: dein bilis meatus in intestinũ inser-

tio, & si quæ sint reliqua quæ characteribus seriatim adnotabimus, mox atque quid duodecima ostendat figura expresserimus.

PRÆSENS *characterum index vndecimæ, et duodecimæ figuris ideo habetur communis, quod cauam iecoris sedem plerisque characteribus quibus duodecima occupatur insigniri licuisset, nisi characterũ copia delineationem fuisset vitiatura. Quum itaque character occurret vndecimæ figuræ peculiaris illi 1. subiungemus, illis qui duodecimæ priuatim inscribuntur, 2. adiecturi. Si verò quis vtrisque figuris simul cõmunis erit, illi 1 & 2 addetur.*

HH 1. Peritonæi, vnà cum costis euersi portio.

IK 1. Cauum iecoris.

L 1. Portiuncula gibbi sedis iecoris.

M 1. Iecoris sectio, cui fœtum alens vena primùm inseritur.

N 1. Rimæ, ac impressiones, & tubercula in iecoris cauo iuxta venæ portæ exortum conspicua. N verò superius, seu sinistrum, seu ipsi T vicinius, sedem indicat, qua ab vmbilico procedens vena iecoris cauo vbi portæ caudex prodit, inseritur. A b M enim ad N vsque foramen notatur, quod liberè quodammodo vmbilici trãsmittit venam ad sedem N insignitam.

O 1. Ligamentum sinistrã iecoris partem (quæ in angulum quodammodo acutum desinit) septo trãsuerso hic colligans.

Φ 1. Sinus iecori hic incisus, ac stomacho cedens, vbi is superiori ventriculi orificio continuatur.

PQ 1. Ventriculus.

R 1. Ventriculi superius orificium, seu stomachi finis, vnà cum venis, arterijs, & neruis id orificium amplexantibus.

S 1.2. Humilius ventriculi orificium, ipsiusq; duodeni intestini initiũ, quod in duodecima figura secùs atque secundùm naturam se habet, ad interiora reflexímus vt in conspectum veniret bilis vesiculæ meatus in ipsum insertus, ac mox *c* notandus.

T 1. Neruus à neruis elatius ventriculi orificium implicantibus eductus, iecorisque cauo insertus.

V 2. Bilis vesicula. Hæc in vtrisque præsentibus figuris est conspicua. verùm priuatim illam duntaxat in duodecima charactere notaui, ac proinde primum duodecimæ, ac dein vndecimæ mentem hic & in subsequentibus aliquot characteribus accommoda.

XX 2. Meatus bilis vesiculæ per iecoris corpus exporrecti inter portę venę & cauę, item venę ramos.

Y 2. Venæ portæ propago in iecoris substantiam diffusa.

Z 2. Venę cauę propago in iecoris substantiam digesta.

a 2. Concursus meatuum bilis vesiculæ, qui in iecoris corpus digeruntur.

b 2. Vesiculę bilis ceruix, cui meatus ex iecore ductus ac *a* notatus inseritur, communisque efficitur.

c 1.2. Bilis vesiculę meatus in duodenum intestinum insertus.

d A c S ad *d* vsque in duodecima figura duodenum indicat intestinum, quod humiliori sede apertum finximus, ne meatus illius *c* notati insertio lateret.

e 2. Arteria in iecoris cauum & bilis vesiculam digesta.

f 2. Neruulus iecori, & bilis vesiculæ communis, & à sexti paris neruorum cerebri propagine depromptus, quę dextri lateris costarum exporrigitur radicibus.

g 2. Tenues portę venę propagines, in bilis vesiculam excurrentes.

h 1. Portę venę caudex.

ii 1. Glandulosum corpus, quo duodeno intestino adnascitur, vasáque ipsi exporrecta opportunè sustinet.

klm 1. Mesenterium. Verùm singuli characteres priuatim aliquid indicãt. *k* enim venę portę dextri seu grãdioris trunci distributionem in mesenterium notat. *l* verò, glandulosũ corpus in mesenterio pri-

mis vasorũ distributionibus præfectum. *m* autem mesenterij insinuat partem, cui colon intestinũ tota illa sede committitur, quà à dextri renis sede ad iecoris vsq; cauum pertinet. Hic namque colon intestinum à mesenterio diuulsum est, quo mesenterij centrum aptiùs delinearetur.

n 1. Vena quę sub posteriori recti intestini sede deorsũ protẽdit, ipsiq; recto intestino venas porrigit.

o 1. Vesicę fundi superior pars etiam hic est conspicua.

p 1. Quod hic extuberat dexter est rẽ, sua pingui membrana adhuc obtectus.

q 1. Meatus vrinarius, à dextro rene vrinam in vesicam deducens.

r 1. Vena ac arteria seminales dextri lateris.

ſ 1. Vas semen à dextro teste versus ceruicis vesicę initium perferens.

FIGVRA XIII. ET XIIII.

HARVM *figurarum prior ventriculi, et gulæ anteriorem partem exhibet, altera uerò posteriorem.*

A 1.2. Stomachi pars in fauces orisque adeò amplitudinem pertinẽs, hic à faucibus pręsecta cernitur.

AB 1.2. Ab A ad B vsq; ductus stomachi notatur, rectà per mediam vertebrarum ceruicis, & quatuor superiorum thoracis sedẽ descẽdens.

BC 1.2. a B ad C vsq; ductus stomachi in dextrum latus super quintã & aliquot sequentes thoracis vertebras modicè declinans.

CD 1.2. a C ad D vsque stomachi ductus insignitur ex dextra sede versus sinistram, supra magnã conscendens arteriam, & per septum trãsuersum in ventriculi superius orificium G notandũ pertinens.

EE 1. Duæ tonsillę, quę non procul à stomachi sede in oris cauitatẽ pertingente distant.

FF 2. Glandulosũ corpus stomacho frequenter adnatũ, qua quintę thoracis vertebrę corpori insidet.

G 1.2. Superius ventriculi orificium.

H 1.2. Inferius ventriculi orificium.

I 1.2. Superior ventriculi pars.

KK 1.2. Ventriculi demisior pars, seu fundus.

LL 1.1. Anterior ventriculi sedes.

MN O 2. Posterior sedes ventriculi. Verũ singuli characteres aliquid priuatim indicant. O enim impressionem notat quam ventriculus ea sede exigit, quà vertebris innititur. M quidem prominentiorem sinistri lateris partem, N verò partem dextri lateris prominentiorem.

P 1.2. Duodenum intestinum, quod hic ad ieiuni intestini principiũ resectum finximus.

Q 2. Bilis vesiculę meatus, in duodenũ intestinum insertionem tentans.

R 2. Hic character in interna dicti nuper intestini sede visitur, insertionem meatus illius notans, quem modò Q insigniui.

S 2. Glãdulosum corpus duodeno intestino subnatum, vasaque illi intestino exporrecta suffulciens.

T 1.2. Dextri nerui sexti paris neruorũ cerebri propago ad stomachũ exporrecta, multipliciq; serie in ipsius orificium elatus, distributa.

V 1.2. Sinister neruus.

X 2. Sinistri nerui propago, secundum elatiorem ventriculi sedem ad iecur vsque excurrens, hicque quo iecori proxima est, Y insignita.

a 2. Prima (vti doctrinæ studio nuncupare eam solemus) ventriculi vena & arteria.

b 2. Secunda ventriculum accedens vena, quæ coniuge caret arteria.


c 1.2. Tertia ventriculi vena cum coniuge arteria, & neruo quoque, secundum dextram ventriculi fundi regionem exporrecta.


d 1.2. Quarta ventriculi vena coniugem obtinens arteriam, & elatius ventriculi orificium coronæ ritu amplectens.


e 1. Rami iam dictæ venæ & arteriæ, qui secundùm ventriculi elatiorẽ sedẽ ad inferius vsque ipsius orificium contendunt.


f 2. Quinta vena simul cum coniuge arteria & neruo, sinistram sedem fundi ventriculi perreptans.

TABVLA · III · LIBRI · III ·

























gg 1,2, Aliȩ venȩ ac arteriȩ, ab illis pronatȩ vasis, quæ lieni inseruntur.

FIGVRA XV.

FIGVRA *decimaquinta ventriculum à stomacho ac intestinis liberauimus, ac dein inuertimus, ut interior ventriculi sedes seu superficies cibos & potus amplectens, in conspectum veniret.*

h Circulare vẽtriculi tuber ea sede conspicuum, vbi stomachus ventriculo continuatur, aut vbi elatius ipsius consistit orificium.

i Tuber orbiculatim quoque in humiliors orificio ventriculi apparens.

FIGVRA XVI.

DECIMASEXTA *figura ventriculi tunicarum seriem, numerumq́; & naturam, quantum pictura assequi potuimus, docet.*

k Tertia vẽtriculi tunica, à peritonęo pronata, atque hic à ventriculo magna ex parte diuulsa.

l Secunda ventriculi tunica, minus quàm tertia à vẽtriculo diuulsa.

m Prima intimaque ventriculi tunica, hac in parte à duabus exterioribus tunicis libera.

FIGVRA XVII.

DECIMASEPTIMA *figura iecoris gibbam posterioremq́; sedem, unà cum cauæ uenæ caudicis portione exprimit.*

A A Iecoris gibbi superior pars.

B B Iecoris gibbi posteriorisque sedis infima regio.

C Cauæ venæ sedes, qua septum permeat, ipsique soboles exporrigit.

D E Hoc interuallo sedes notatur, qua cauȩ caudex posteriori iecoris sedi innascitur.

F Portio præcipui iecur septo alligantis vinculi.

G Ligamentum iecoris partem in sinistra maximè exporrectam septo connectens.

H Venæ portæ portio.

I Sinus quo iecur stomacho cedit, quà sinistro ventriculi orificio continuatur.

FIGVRA XVIII.

PRIMA *decimaoctaua figuræ effigies lienẽ anteriori facie exprimit, unà cũ omẽti portione, seu inferioris superiorisq́; omenti membranarũ partibus.* A *namque lienis sinistrum indicat latus, dextrum autem, ac media ipsius sedes omento integuntur.*

A

B B B & B *enim inferioris omenti membranæ portionem indicant, lienis vasa deducentem,* C *verò &* C *superioris omenti membranæ portionem significant, quæ ad ventriculum vasa perferuntur, ab illis vasis pronata quæ in lienem iamiam inserenda veniunt. Secunda effigie decimæoctauæ figuræ lienis caua regio exprimitur, ab omnibus quæ illi committũtur partibus libera. ac hic* D *notat superiorem lienis sedem,* E *inferiorem,* F *sinistram,* G *dextram,* H *verò &* H *lineam indicãt in caua lienis regione conspicuam, cui lienis vasa inseruntur.*

C C

D E

F G

H

Tertia effigies lienis gibbum commonstrat cum sulcis, quos costæ impressere, notantur L L.

Quarta lienis quoque cauam sedem delineatam continet. At huic duas indidi sectiones, vt lienis substantia conformatioq́; oculis subijcerentur.

I K *Atque hic* I *&* K *sectiones modò dictas indicant.*

TABVL. IIII. FIGVR. XIX.

PRÆSENS *figura sectionis serie vndecimæ succedit: ab hac enim omnia intestina execuimus, relicta duntaxat uentriculi portione, superioris orificij ventriculi sedem commonstrante. atque ita hæc figura pleraque indicat, quæ nunc opportunius cum characterum indicibus, seriatim insinuabuntur.*

A A Septi trãsuersi portio peritonæo succincta, atque vnà cum costis aliquot sursum reflexa.

B B Caua ieccoris sedes.

C Iecoris ligamentum, quo ipsius sinistra pars septo alligatur.

D Venæ per vmbilicum iecori exporrectæ portio, vbi & sinus ille in-

dicatur primũ hanc admittens venam, quæ per priuatum ipsi in iecore humano incisum foramen ad iecoris vsque sedem perreptat, vbi hic G non procul à K adhibitum conspicis, vbique vena hæc in iecoris substantiã primùm verè digeritur.

E Hac sede iecur sinum obtinet, quo cedit stomacho per septum transuersum ad elatius ventriculi orificium contendenti.

F Superius ventriculi orificium, ventriculique portio.

G G Lineę, impreßiones've, tuberaq; in iecoris cauo, vbi portæ venã promit, conspicua.

H Bilis vesicula.

I Portæ venę caudex hic abscissus. Verùm I quoque duas indicat venulas bilis vesiculæ exporrectas.

K Iecoris neruus ab illis propagatus, qui elatiori ventriculi implicantur orificio.

L Arteria iecori & bilis vesiculę communis.

M Neruus à sexti neruorum cerebri paris propagine initiũ ducens, quæ dextri lateris costarum exporrigitur radicibus, atque hic neruus iecori pariter & bilis vesiculæ communis censetur.

N Bilis vesiculæ meatus hic abtrũcatus visitur, qui ad intestina pertinet.

O O Lienis anterior cauaque regio.

P Lienis linea, cui vasa ipsius implantantur.

Q Vena caua.

R Magna arteria.

S Radices arteriarum in ventriculum, iecur, lienem, omentum, mesenterium, ipsaque demum intestina excurrentium.

T Dexter ren, pingui sua obductus tunica.

V Sinister ren, similiter pingui ipsius inuolutus tunica.

X Vena in sinistri renis pinguem diffusa tunicam.

Y Vena dextri renis pinguem tunicam accedens.

Vena arteriaq; dextro reni serosum sanguinem deducentes.

b Vena arteriaque in sinistrum protensæ renem, emulgentesque vulgò nõ secus appellatę, quàm illæ quę dextro reni sunt propriæ.

c c Meatus ex dextro rene vrinã in vesicam deferens.

d Meatus quo sinistri renis vrina in vesicam ducitur.

e Seminalis vena sinistrũ accedẽs testẽ.

f Seminalis vena, dextri testis.

g g Surculi à seminalibus venis, qua peritonæo committuntur, in ipsoque adeò versus testes progressu, ad peritonæum deriuati.

h Seminalis arteria dextrũ testẽ petẽs.

i Arteria seminalis, quæ sinistro testi est propria.

k Arteriæ in humiliorem mesenterij sedem ad colon intestinum & rectum excurrentis radix.

l Arteriæ magnæ super cauam venam ascensus, ac ipsius magnæ arteriæ & cauæ supra ossis sacri initiũ in duos truncos diuisio.

m m Præcipuæ venæ ac arteriæ earũ, quæ geniculatim à magnis vasis lumborum carnibus, ipsiq; peritonęo offeruntur.

n Arteriæ magnæ soboles sacri ossis foramina accedentes.

o Recti intestini pars à colo libera, atque, vt inter dissecandum fit, vinculo intercepta.

p Vesica vrinæ receptaculum.

q Semen à teste ad penem deferentis vasis portio, qua secundum pubis os deorsum ad vesicæ ceruicis initium retorquetur.

r Cutis quæ penem inuestiebat.

s Scortum.

t Carnosæ membranæ pars, quę haud secus atque scortum, vtrunq; ambiebat testem.

u Tunica à peritonęo inibi pronata, vbi seminarijs vasis iter præbet, estque hęc exterior testis tunica, earum quas testibus singulis proprias peculiaresque numeramus.

x Denudati penis portio.

FIGVRA XX.

PRIMA *tabella sectionem secundùm renis longitudinem per gib-*

bum

bum ipsius inductam habet adeò profundam, vt in secundum renis pertingat sinum, interim nulla renis substantiæ ablata portione.

α Significet igitur α dextri renis anteriorem partem, β verò posteriorem.

β

γγ γ & γ orificia sunt ramorũ primi sinus renis, seu ipsius membranei corporis, qua inuicem illi rami coeunt. Hic enim rami necessariò per sectionem in mutuo coitu diuiduntur.

δδ δδ primi sinus corpus, seu membraneum corpus in quod vena & arteria renis terminantur.

ε Foraminulum hoc vrinarij meatus est initium.

λ Vrinarij meatus pars.

Super membraneum hoc corpus δ & δ insignitum, secundus renis consistit sinus, cuius interius & corpori illi membraneo proximum latus in hac sectione tãtùm apparet. Eius enim partes, quæ in exteriora ad vtrumque septi ex renis substantia conformati latus producuntur, ipsumq; sinum velut bipartitum efficiunt, nisi specillo in circuitu sub

ζ ζ hic & η deducto intueri nequis.

η Septũ namque illud præsẽti sectione in duas partes, anteriorem scilicet & posteriorem diuisum cernitur: ac η quidem partem ipsius notat anteriorem, ζ verò posteriorem.

Secundæ effigiei omnia cum nuper commemorata sunt communia, nisi quòd vniuersa propemodum renis substantia septum illud constituens, cultello orbiculatim adẽpta sit, neque aliter sanè septi illius figuram ob oculos ponere licuit. Conspicitur hic itaque secundus renis sinus vniuersus, at non quemadmodum est bipartitus, eò quòd septũ abstulerim sinũ hunc in exteriori ipsius latere dirimentem. α igitur, & β & γ & λ eadẽ hic quæ in prima tabella notant. Circulus autem inter α & β ductus, secundũ renis indicat sinũ.

θ θ verò anteriorẽ partem primi sinus, seu mẽbranei corporis, qua hæc in ramos discinditur.

ι ι corporis membranei posteriorem partẽ indicat: adeò vt θ & ι simul mẽbraneum notent corpus, seu primum renis sinum:

κ κ autem vrinarij meatus insignitur origo. Tertia tabella primi sinus seu membranei corporis ramos omnes insinuat, renis enim substantia, quæ summis eius sinus ramis adnascitur, penitus derasa est. Atque hęc citra characterũ operã sũt obuia.

Figvra xxi.

Vigesimaprima *figura sectionis serie decimanonæ succedit. in hac namque costarum aliquot fines effracti, et extrorsum sursumq́; retorti occurrunt, vt iecoris gibbum ita hic spectaretur, ut ipsius cauum in decimanona figura in cõspicuo erat. Renes hic etiam pingui illorum tunica denudati sese offerunt. In hac figura venarum arteriarumq́; seminalium exortus ductusq́; etiam ostendente, priuatim à caua venæ caudice ramulum pronasci effinximus, qui sinistræ seminali commiscetur venæ. Præterea peritonæum, quà vasis seminarijs iter præbet, vnà cum tunica à peritonæo pronata, testemq́; & sui lateris vasa seminaria amplectente, dissectum est, & cum seminarijs vasis testes cum suis musculis obuij sunt. Insuper pubis ossa inuicem ita dirempta atque adeò reflexa videntur, vt inuicem insigniter dehiscant, & vesica, & glandosum corpus vesicæ ceruici proprium vnà cum ipsius musculo, & penis corporibus, eorundemq́; progressu oculis subijciantur. Quod autem à dextro femore cutem prorsus, & à sinistro reliqua ex parte ademimus, neminem ambigere reor.*

a a Peritonæi pars cum septi transuersi portione, & effractis costis sursũ extrorsumque reflexa.


b b Iecoris gibbum.


c c Caua iecoris sedes.


d Præcipuum iecoris ligamentum, ad dextrum latus mucronatæ cartilaginis consistens, & hic à iecoris anteriori sede magna ex parte diuulsum.


e Liga-


TABVLA IIII. LIBRI III.





























e Ligamentum iecoris partem in sinistrum protésam septo cómittens.
f Venæ portæ portio, vnà cum arteria & neruis iecur petentibus, & bilis vesiculæ meatu intestina petente, hic vinculo est intercepta, & dein præfecta.
g Venæ cauæ caudex.
h Arteriæ magnæ truncus, deorsũ spinæ exporrectus.
i Principium venæ, pinguem sinistri renis tunicam adeuntis.
k Radices arteriarum in intestina excurrentium, & ventriculo, iecori, bilis vesiculæ, lieni, & ipsi demũ omento ramos offerentium.
l Initiũ venæ dextri renis pingue involucrum petentis.
m Vena ac arteria dextrum accedentes renem.
n Vena, ac item arteria sinistro reni serosum sanguinem deducentes.
oo Dextri renis pingue inuolucrum, ab anteriori sede renis liberatum.
pp Sinistri renis pingue inuolucrum, ab anteriori etiam sede sui renis diuulsum, & peritonæo vnde principium ducit, adhuc connexum.
qq Et dexter, & sinister meatus, quò vrina è renibus in vesicam fertur, *q* insignitus est.
t Seminalis vena dextrum accedens testem.
u Principium seminalis venæ, dextrũ testem adeuntis, quod instar rotundi tuberis prominet.
x Seminalis vena sinistro testi exporrecta.
y Venula à venæ cauæ caudice pronata, ac venæ seminali sinistræ commixta, vnita've. Quamuis enim hæc venula rariùs occurrat, tamẽ quum in alijs figuris sinistra vena absque hac delineatur, illaq; hic nihil obscuret, ipsam exprimere visum est.
α Seminalium arteriarum origo.
β Surculi, quos venæ seminariæ peritonæo inibi depromunt, quà ipsi connexæ deorsum ad pubis ossa contendunt.
γ Dextræ seminalis venæ, & item arteriæ, per peritonæum supra pubi ossis, coxendicisque regionem descensus, ac ascensus pariter semen à teste deferentis vasis quod *η*, *ι* & *κ* mox notabitur.
δ Venæ seminalis & arteriæ commixtio, & corporis quod varicũ imagini conferam, initium.
ε Varicosi corporis in testem insertio.
ζ Testis intimo ipsius inuolucro obtectus.
η Principium, semen à teste deferẽtis vasis.
ι Sedes qua deferẽs semen vas sursum secundum testis humillimam sedem reflectitur, & à teste ipsi nõ amplius connatum, abscedere incipit.
κ Hic semen deferens vas nullam amplius conuolutionum ostẽdit speciem, at sursum instar nerui teres porrigitur.
ν Vesica vrinæ receptaculum.
ξ Glandulosum corpus, vesicæ ceruicis initio adnatum, & semen deferentium vasorum insertionem excipiens.
ρ Circularis vesicæ ceruicem ambiens musculus.
στ Duo penem constituentia corpora, quorum sinistrum à suo principio, quod à sinistro pubis osse ducitur, liberatum est: dextrum autem corpus suo principio adhuc pubis dextro ossi firmatur. Præterea hic S nostri figura in conspicuo est, quam penis flaccidus languidusque cum vesica effingit.
υ Venarum, & arteriarũ, neruorumq; penem adeuntium series, tam aptè ac in huiusmodi figuris id moliri datur expressa.
φχ Primum, exterius've testis peculiare inuolucrũ à peritonæo inibi pronatum, vbi *φ* ascripsimus: vbi verò *χ* locatur, ea eius inuolucri sedes notatur, qua hæc infimę testis parti connascitur.
ψ Testis musculus iam dicto inuolucro innatus.
ω Musculus femur mouentium septimus. hic se spectãdum offert, quà super coxẽdicis os deorsũ ducit.
* Recti intestini portio.

FIGV-

FIGVRA XXII. ET XXIII.

DVÆ hæ figuræ inuicem solùm differunt in hoc, quòd vna partem anteriorem, altera verò posteriorem demonstret: vtraque enim instrumenta semini, & vrinæ dicata ostendit.

1 Hac numeri nota indicatur anterior renis regio.

2 Posterior renis regio.

3 Superior renis regio.

4 Inferior renis regio.

5 Externum renis latus.

6 Internũ renis latus, in quo 6. 7. & 8. sinum eius lateris indicant. verũ

7 6. priuatim notat eius sinus tuber:

8 7 autẽ & 8. sinus eius, angulos impressionesque.

g Venæ cauæ caudex, inibi abscissus, quà deorsum tendens iecur superauit.

h Arteriæ magnæ truncus inibi resectus, vbi primùm sub septo transuerso in peritonæi amplitudinẽ fertur.

k Radices arteriarum quæ mesenterio & inferiori membranæ omenti digeruntur.

l Venæ pinguem dextri renis tunicã petentis principium.

m Vena & arteria dextro reni serosum sanguinem deducentes.

n Vena & arteria sinistro reni in serosi sanguinis ductu famulantes.

o Venæ in pinguem sinistri renis tunicam excurrentis origo.

q q Meatus vrinam è renibus in vesicæ amplitudinem deportantes.

r Meatuum vrinã vesicæ deducentiũ in vesicam insertio; ac in dextra quidem effigie orificia indicantur, quà hi meatus in vesicam pertinent, & membranei processus quoque his orificijs præfecti: in sinistra autem effigie sedes indicatur, qua illi meatus primùm vesicæ applantantur.

t Seminalis vena dextra.

u Tuberculum, seu protuberans seminalis venę dextri lateris principiũ.

x Vena seminalis sinistrũ petẽs testem.

α Seminalium arteriarum ex magnæ arteriæ caudice initia.

β Surculorum radices, quos venę seminales peritonæo offerunt, quà illi secundùm lumborum regionem committuntur.

δ Venæ arteriæque seminalium coitus commixtio've, & varicosi corporis initium.

ε Venæ & arteriæ seminalium ad testem insertio, seu varicosi corporis basis.

ζ Testis intimo ipsius inuolucro adhuc obtectus.

η Principium vasis semen à teste deferentis.

θ Descensus vasis semen deferentis secũdùm posteriorẽ testis regionẽ.

ι Locus quo deferens semen vas rursus secũdum testis humiliora sursum fertur, neque amplius testi cõnascitur, vti faciebat ab η per θ ad ι.

κ Sedes deferentis semen vasis, vbi primum nerui modo citra omnem reuolutionem spiram've sursum properat.

λ Hac sede semen deferens vas ad posteriorem regionem venæ ac arteriæ seminalium reflexum, in peritonæi amplitudinem cõtendit.

μ Dextri semẽ deferentis vasis cum sinistro coitus, propter vesicæ ceruicis initium.

ν Vesica, quæ in dextra effigie priuatim adaperta est, ipsius commonstrans cauitatem.

ξ Glandulosum corpus vasorum semen deferentium insertionẽ excipiens, ac in dextra effigie longa sectione ad meatus vsque vrinarij amplitudinem dissectum.

ο Amplitudo cauitasque ceruicis vesicæ, in quam vasa semen deferentia insertionem moliuntur.

π Musculus vesicæ ceruicem ambiens, ac vrinæ excretioni præfectus.

σ & τ Duo penem potissimùm cõstituentia organa.

υ Venæ ac item arteriæ penem ceruicemque vesicæ accedentes.

φ Sedes notatur meatus vrinę seminiq; communis, quæ reliquo ipsius ductu amplior in penis glande visitur.

FIGVRA XXIIII.

IN *hac figura peculiariter monstrantur testiculi, idq́ue diuersis modis.*

A B Testiculi dextri pars anterior.

C Vena & arteria seminales illic abtrū catæ, vbi iam ex magna peritonæi amplitudine excidentes inuicē implicantur, cōmiscenturque, ac corpus, quod varicosum mihi appellabitur, efformare incipiūt; seu huius varicosi corporis quod pyramidi assimilabitur conus.

D Basis varicosi corporis, seu sedes qua vena & arteria seminalis testi inferuntur, & ramulos in testis intimum inuolucrum, & testis substantiam spargunt.

E Vasis semen à teste deferentis initiū.

F Reflexus vasis semen deferentis secūdum testis humiliorem sedem.

G Sursum cōscendens deferentis semē vasis portio, & ipsius regio, in qua amplius testi cōnasci desinit.

H Præsens effigies deferentis semen vasis portionem ostendit, quæ testis intimo connata erat inuolucro: & foraminula illa asperitatesque cernuntur, quę in eius vasis sede post sectionē conspiciuntur, quę inuolucro illi connascebatur.

I Hac effigie eadem vasis semen deferentis portio, quæ & mox pręcedenti delineatur. verùm hęc sedē eius portionis ostendit, quę gibba est, testisque inuolucro non connascitur.

L Testis à quo semen deferens vas abs̃ectum est, ipseque adhuc testis cum intimo ipsius inuolucro, & varicoso corpore remansit.

M Hac eadem cum effigie L notata indicat. verùm vt illa anteriorem testis faciem exprimebat, ita hęc posteriorem, & duę subsequētes notę vtrique sunt communes.

N Prima venę, & arterię seminalium commixtio, seu varicosi corporis conus.

O Varicosi corporis basis, & in testis substantiam ipsiusque intimum inuolucrum insertio.

P Testis suo intimo adhuc obductus inuolucro, sed à varicoso liberatus corpore, & superiorem ipsius regionem ostendens, in qua varicosum illud corpus inseritur. Apparent namque hic foramina ramulorum varicosi corporis, qui (vti dicebam) testi implantantur.

Q In hac effigie intimam testis tunicā inuolucrum'ue nouacula dissecui, & ex altero latere à testis substantia eius inuolucri partē R notatam diremi, in posterioraq́ reflexi, vt ductus in cōspectum venirent, qui à ramis inuolucrū intertexentibus in testis substātiam pertinēt. Alteram verò huius inuolucri partem S insignitam, testi adhuc connatam reliqui.

T Hic testis per medium dissectus iacet, vasorum per ipsius substantiam diffusorum, ac V & V naturam distributionisque seriem cōmonstrans. Qui verò modo subsequunt characteres, duabus grandioribus, & magis pręcipuis vigesimę secūdę figurę effigiebus proprij habentur.

TABVLA V. FIGVR. XXV.

HÆC *muliebrium figurarum prima est, in qua sublatis intestinis omnibus, omentum reflexum est sursum, relictum etiā spectatur mesenterium, cuius membranas hic aliqua ex parte diremimus: verùm præsens figura in hoc potissimum delineata est, vt vteri & vesicæ positum ita ostenderet, quemadmodum in hac muliere vtero nobis nulla ex parte moto, is occurrit; cæterùm omnia melius oculis exhibentur, in corporibus non admodum obesis.*


ABCD Peritonęi anterioris sedis interior superficies.

E E Mesēterij pars tenuia intestina dorso connectens.

F F Altera mesenterij membrana notatur, ab altera, quā G & G insignitur, diuulsa. Vtraque autem membrana vasorum per mesenterium seriem, & glandularum vasorum distributionibus interpositarum

G G

naturam


TA BV LA V XXIIII LIB XXVII III
XXVIII
XXVI
XXVIIII

naturam indicat.

HH Hac mesenterij parte colon intestinum, quà recto erat proximum, committebatur.

I Hac mesenterij parte, coli intestini initium, seu ipsius cum tenuibus intestinis cõtinuitas, dein cęcum quoque intestinum cõsistebant.

K Rectum intestinum inibi prę fectũ, vbi colon desinit, quæ sedes est è regione connexus sacri ossis cum infima lumborum vertebra.

L Anterior vteri fundi sedes, à qua nihil prorsus auulsum cernitur.

M Dexter mulieris testis.

N Mulieris sinister testis, atque huius anterior pars hic tota oculis subijcitur, quum interim dextri testis modica videatur portio: idque ideo accidit, quod dextrum testẽ ita delineauerimus, quemadmodũ vterque testis membrana tegitur seminaria mulieris vasa deducente, atque à peritonæo nata: sinistrum verò testem illa mẽbrana deteximus, quòd solius manus nullo adhibito cultro, fit beneficio. Hæc namque membrana anteriori testis sedi nulla ex parte adnascitur, sed incumbit solùm.

OO Membrana à peritonæi dextra sede pronata, & testem dextrum vnà cum huius lateris seminalibus vasis, ac illis quę vteri elatiorem sedem implicant vasis, dorso committens, vterumque pariter continens, & denique cum alterius lateris membrana secundam vteri tunicam constituens.

P Hac in nuper dicta membrana carneę excurrunt fibrę, dextrũ vteri constituentes musculum.

QQ His characteribus sinistra lateris mẽbrana notatur, quæ illi correspondet, quam nuper O O, indicarũt.

RS Vteri ceruicis anterior pars inter R & S ea adhuc obducta tunica, quã peritonæi partes illi offerũt, quę ipsi vasa exporrigunt, deducuntque, ac illum peritonęo adnectunt. Cæterùm interuallũ inter R & S consistens, vteri ceruicis amplitudinem quodammodo significat. Rugæ verò hic conspicuæ, illę sunt, quas vteri ceruix in se collapsa, neque alias distenta, inter secandum commonstrat.

V Vmbilici est portio, à peritonęo inter secandum liberata, & vnà cũ vasis fœtui peculiaribus hic deorsum reflexa.

X Portio venæ ab vmbilico iecur petentis.

Y Meatus à vesicę fundi elatissima sede ad vmbilicum pertinens, ac fœtus vrinam inter secundũ & intimum ipsius inuolucrũ deducens.

Z & & Duę arterię ab vmbilico huc secũdùm vesicæ latera prorepentes, atque hac sede magnæ arteriæ ramis pubis ossiũ foramina potissimum adeuntibus insertæ, seu continuæ.

FIGVRA XXVI.

HIc sublatum est è medio totum mesenterium, ventriculus & intestina. Conspiciuntur autem matrix, vesica, cæteraq; instrumenta ad procreationem necessaria: mamilla item denudata cute, vt melius perspici natura eius posset.

AA Venę ad mamillas subinde excurrẽtes ab illis, quæ cuti summo humero obductę offeruntur.

B Venę ab illis pronatę, quę per axillam in manum porriguntur.

C Pręcipuum mamillę corpus.

DD Glandulę, ac adeps vndecunque corpori illi glandoso ac C insignito adstratę.

FFG H. Peritonæi anterioris sedis interior superficies. est enim hic anterior peritonęi regio, ad latus & sursum deorsumque flexa.

IK Venarum ac item arteriarum sub pectoris osse deorsum à iugulo prorepentium portiones.

L Iecoris gibba sedes.

M Iecoris cauum, hic quoque aliqua ex parte conspicuum.

N Venę ab vmbilico iecur petẽtis portiuncula.

O Venę portę caudex hic simul cũ vasis ipsi attensis pręfectus.

P Vena caua.

Q Ar-

Q Arteria magna.
R Arteriarum ventriculum, iecur, lienem, omentum, ac intestina petentium radices.
S Principium venę pinguẽ sinistri renis tunicam implicantis.
T Vena, ac arteria dextro reni serosum humorem deducentes.
V Vena, ac arteria sinistro reni serosũ humorem deferentes.
X Principium venę pinguem dextri renis tunicam adeuntis.
Y Dextri renis anterior sedes.
Z Sinistri renis anterior facies.
a a Meatus à dextro rene vrinam in vesicam deducens, & ad humilius *a* effractus: portio autẽ huius meatus reliqua, ac vesicę adhuc continua, *b* insignitur.
b
c c Meatus vrinam à sinistro rene in vesicam deferens.
d d Dextra seminalis vena, cuius initiũ elatius *d* indicat.
e Seminalis vena sinistrũ petens testẽ.
f Seminalium arteriarum ortus.
g Seminalis arteria dextra.
h Seminalis arteria sinistra.
i K *l* Anterior vteri fundi pars, ac *i* dextrum fundi obtusum indicat angulum, K autem sinistrum, *l* verò regionẽ vteri vbi ipsius fundi consistit orificium, ipsiusque ceruix inchoatur.
m Rectum intestinũ, quò minus vtrunque figuræ latus inibi, vbi par utrinque est ratio onerẽ, vni duntaxat lateri iã charactéres opportunè adhibebo.
n Venę, ac arterię seminalis portio, vteri fundi superiorẽ accedens sedẽ.
o Venę, ac item arterię seminalis portiones testem adeuntes, & inunũ coeuntes, corpusque instar pyramidis constituentes. ac *p* humili corporis basim notat, testi commissam.
p
q A nuper dicto corpore eiusmodi vascula in membranas excurrunt, testem peritonæo committentes.
r Testis anterior facies.
s Vasis semen à teste in vterum deferentis initium.
t t Vasis semen deferẽtis reflexus, quos id circum testis latera conficit.
u Vasis semen deferentis ad vterũ progressus.
x x Vteri ceruix.
y Vasa inferiorem vteri fundi sedem, ac vteri ceruicem implicantia.
α Vena vesicam ab illis vasis accedens, quæ vteri ceruicem intertexunt; atque hic etiam character vrinariorũ meatuũ insertionẽ notat.
α β Vesicæ fundi posterior sedes.
γ Vesicæ ceruicis musculus.
δ Hac sede vesicæ ceruix, vteri ceruici implantatur.
ε Cuticulares ceruicis vteri orificij caruncula. atque hic vteri colles & ceruicis ipsius orificium, citra characterum operam neminẽ latent.
ζ Arteriæ humillimam mesenterij partem accedentis radix.
η Vasa ab illis quæ crus adeũt venis, ac arterijs sursum ad abdominis musculos ascendentia.

FIGVRA XXVII.

PRÆSENS *figura vterum vnà cum illum peritonæo alligantibus membranis à corpore exectum commonstrat. atq; ipsius ceruix adeò hic sursum est conuoluta euersaq́, vt fundi vteri orificium in cõspectu sit. Vesicæ verò fundum, & ceruicem quoque aperuimus, vt vesicæ cauitas meatuumq́, vrinariorum insertio in propatulo essent.*

A Vteri fundi anterior facies, nulla mẽbrana prorsus detecta.
B B Vteri ceruix.
C Fundi vteri pars glandis modo in superiorem vteri ceruicis sedẽ protuberans.
D Orificium fundi vteri.
E E Membrana vterũ peritonæo connectens, ipsiusque vasa continens.
F Sinister vteri testis.
G Vena & arteria seminalis.
H Portio venę, ac arteriæ seminalium, vteri fundi superiorem sedem accedens.
I Portio arteriæ, & venæ seminalium testem accedens.

K Vas ſemen à teſte in vterũ deducens.
L Veſicæ cauitas.
M Vrinariorum meatuum inſertio.
N Vrinariorum meatuum fruſtula hic propendent.

FIGVRA XXVIII.

θ RAMVLVS à vena & arteria in membranam excurrentes, quà peritonæo committuntur.
ι Portio venæ, & arteriæ teſtẽ adeuntium, ſuperiorem fundi vteri ſedem petens.
κ Commixtio venæ, & arteriæ ſeminalium, quę inſtar pyramidis eſt, & varicibus aſsimilatur.
λ Teſtis ſiniſter.
μ μ Vas ſemen à teſte in vterũ deferens.
ν Obtuſus vteri fundi angulus, in quẽ vas ſemen deferens inſertionem molitur.
ξ Hac ſede fundus vteri in ceruicẽ terminatur, hacq; regione ipſius cõſiſtit orificium.
ο π Vteri ceruix.
ρ Hic veſicæ ceruix in vteri ceruicem producitur ac deſinit.
ς Vaſa ſunt inferiorem vteri fundi ſedem & ceruicem implicantia.
τ τ Ceruicis vteri oris colliculi.
υ υ Meatus vrinam è renibus in veſicam ducentes.

FIGVRA XXIX.

FIGVRA *hæe vterum cum ſua ceruice refert, ea magnitudine, qua ferè in non prægnantibus viſitur. Eſtq́ aduertẽdum vteri copus à ſummo ad imum eſſe diſſectum, quo ipſius cauitas meliùs in cõſpectum veniat.*

AA B B. Vteri fundi ſinus.
CD Linea quodammodo inſtar ſuturæ, qua ſcortũ donatur, in vteri fundi ſinum leuiter protuberans.
EE Interioris ac propriæ fundi vteri tunicę craſsities.
FF Interioris fundi vteri portio, ex elatiori vteri ſede deorſum in fundi ſinum protuberans.
GG Fundi vteri orificium.
HH Secundnm exteriusque fundi vteri inuolucrum à peritonæo pronatum, &c.
II Membranarum à peritonęo pronatarum, & vterum continentium portionem vtrinque hic aſſeruauimus.
K Vteri ceruicis ſubſtãtia hic quoque conſpicitur, quòd ſectio, qua vteri fundum diuiſimus, inibi incipiebatur.
L Veſicæ ceruicis pars, vteri ceruici inſerta, ac vrinam in illa proijciens.
Vteri colles, & ſi quid hic ſpectãdum ſit reliqui, etiam nullis appoſitis characteribus, nullis non patent.


TABVLA VI. FIGVR. XXX.

HÆC *eſt effigies grauidæ mulieris, cuius venter decuſſatim apertus eſt, ex eoq́ exemptum omentum, vt melius appareat ventriculus, inteſtina & vterus, huius q́ figura exactius in prægnãte obſeruetur.*

A B C. Pars interior peritonęi, quæ muſculis abdominis adhæreſcit.
E E Portio connexæ hepatis partis, quæ ſine vllius coſtæ cõfractione oculis occurrit.
F F Ventriculus.
G H Coli inteſtini pars quę iuncta eſt vẽtriculo.
I K Membranæ per quas vterus oſsibus pectinis annectitur.
L Vteri ſubſtãtia, quę in hac effigie ad vmbilicum vſque aſcendit.
OO Tunicę à peritonęo pronatę, quę teſticulos, ductus ſpermaticos, partemque vteri anteriorem obuoluunt, huiusque externam tunicã conſtituunt.
Q R Q Colli matricis anterior pars.
R Veſica.

FIGVRA XXXI.

IN *hac figura conſpicitur vterus exemptus è corpore, diuiſusq́ ad rectos angulos, parte ſua poſteriore quò venarum illa congeries (ſecundas vocant) huius anteriori maximè parti adhæreſcentes potius videatur.*


TABVLA · VI · LIBRI · III ·
FIG · XXX
XXXI
XXXII
XXXIII
XXXIIII

AB CD. Vteri decussatim aperti posterior pars, quam foras euertimus quo alueoli, quibus secundinæ vasa extremitatibus suis coalescunt, apertiùs cõspiciantur, hos autem cotiledones vocant.

EEE Secundinę, posterior pars, quam effingit congeries vasorum, ex quibus per vmbilicum fœtus sanguinem allicit.

F Portio tunicæ allantoidis vocatæ.

G Ceruicis vteri portio.

H Vena & arteria, quæ deriuantur ex arteria & vena caua statim postquam infra os sacrũ diuidũtur, & per vterum distribuuntur.

FIGVRA XXXII.

PRÆSENS *imago commonstrat secundas à matrice auulsas à postica parte, fœtumq́ etiamnum ipsis inuolutum.*

III Secundæ.

KK Tunica exterior, fœtus cuius extimę parti secundæ adhęrescunt: sed hi characteres peculiariter monstrãt vasa, quæ per ipsas distribuuntur.

FIGVRA XXXIII.

HIC *conspicitur inuolucrum, quo lotium fœtus totius gestationis tempore asseruatur.*

LLL Membrana fœtum extrinsecus obuoluens, cuius parti posteriori notatæ duobus LL secundæ coalescunt.

M Huius membranæ pars interna.

N Vasa quę producta ex secundis fętus vmbilicum constituunt.

* Vasorum vmbilicum constituentiũ nec non vrachi dicti insertio, cæterùm canalem ex hisce vasis conflatum, quadam sua parte ad vesicam protendi indicauimus figura xxv. charactere Y.

OO Interius fœtus inuolucrũ, amnium dictũ, hoc adeò est subtile ac pellucidum, vt fętus, eiq́ue circumfusus sudor oculis pateant.

FIGVRA XXXIIII.

IN *vltima hac figura stat aperta vtraque tunica, à fœtu detracta, qui eãdem seruat figuram quam habebat, cum ipsis clauderetur.*

PQ Externa fœtum obuoluens mẽbrana. P priuatim notat partem eius externam. Q verò internam, quę adhuc notatur SS.

R Portio secundarum parti externę dictæ tunicæ adhærens.

SST In externa parte extimi fœtus inuolucri conspicuum fit, quo modo venæ ex secundis oriantur, peculiariter SS monstrantur venæ, T verò qua ratione in vmbilici formam concurrant.

VV Pars externa amnij membranæ.

XX Eiusdem membranæ pars interior.

YY Distributio vasorũ vmbilici, ex qua ab interna parte retro amnium simul ad fętus vmbilicũ conueniũt.

IOANNIS VALVERDI Medici de Humani Corporis Anatome.

LIBER QVARTVS.

In quo de Vitalibus inſtrumentis agitur.

In quibuſnam corporis partibus Vitales ſpiritus procreantur. *Cap.* I.

Cur quorſum effectum.

Animantia omnia corde prædita eſſe oportet.

Aer vti ad cor deferatur.



CVM ſummus rerum opifex vitam nobis, quàm ſtirpium generi præſtantiorem eſſet largiturus, peculiare organum in corpore noſtro fabrefacere ipſum oportuit, in quo tanquam in officina quadam, virtus eiuſmodi efformaretur. Cor itaque in nobis condidit ad vitam adeo neceſſarium, vt nullum prorſus animal ſit quantumuis exiguum, cui aut membrum hoc, aut quid ei proportione reſpondens non inſit. In corde hoc, vitæ ſpiritus, dicti ob id Vitales, gignuntur; quorum materia ſanguinis vapor eſt, vnà cum aeris portione, quem aſsiduò per os, & nares inſpirando ducimus. Quia verò de membris ad ſanguinis generationem requiſitis ſuperiore libro verba fecimus; in hoc de his, quæ ad ſpirituum productionem requiruntur, agere operæprecium erit. Iam neminem latere arbitror, ſi ad cor aerem deferri volumus, inſpiratione opus eſſe; aeremque intrò ductum per [a] laryngem, ac dein per aſperam arteriam ingredi oportere; vbi per pulmonum ſubſtãtiam diffuſus ſanguini permiſcetur, quem à [b] dextro cordis ventriculo per venam [c] arterialem ad eandem pulmonum ſubſtantiam deferri dicemus; ac ſimul ambo per venalem [d] arteriam feruntur, à qua in [e] ſiniſtrũ cordis ventriculum ingrediuntur. Cum igitur antequam ad Cor aer pertingat per omnes haſce partes deferri debeat, de illis primùm agere expediet, ad quod aggrediar, vbi priùs de membrana coſtas ſuccingente, Pleura ob id vocata, verba fecero, quæ membra ſimul omnia, perinde ac peritonæum coctionis organa inueſtit.

a li.i. t.vii.fi. i.ii.
b fi.vii.viii.
c li.vi. ta.iii. fi.iii.
d ead.fi.iiii.
e fi.ix.x.

De membrana coſtas ſuccingente, Pleura ob id appellata. *Cap.* 2.

Membranæ coſtas ſuccingẽtis nomen, & ſitus.

PLeura hæc membrana eſt, coſtis intrinſecùs adhærens, nec non omnibus cauitatis thoracis partibus. Quæ à ligamentis corporum thoracis vertebrarum enaſcitur, poſteriore quidem parte à prima thoracis vertebra ad vndecimam vſque pertinens, quà [a] magna arteria inter dorſum, & diaphragma perreptat; anteriore verò parte, à iugulo ad finem vſque oſsis pectoris, cui ſeptum tranſuerſum adhæret; à lateribus à prima coſta ad ſuperiorem vſque ſepti regionem, quæ thoracis cauitatem reſpicit, hanc vniuerſam, vt & reliquam omnem thoracis cauitatem, cui figura correſpondet, ſuccingens. Superiori enim parte, vt & thorax, anguſta eſt, & acuminata, inferiùs verò paulò latior, præſertimque à lateribus; anteriùs breuis, poſteriùs tanto longior, quanto poſtrema thoracis vertebra humilior oſſe pectoris exiſtit. Tandem, cum thoracis cauitate cui cohæreſcit, eandem figuram ſeruat. Interiùs quà thoracis cauitatem ſpectat, læuis, atque humida eſt, præterquam vbi apices quoſdam ſiue neruoſos proceſſus obtinet, ex quibus aliæ naſcuntur membranæ, quibus corpus aliquod alligatur, vt quæ potiſsimum ſecundum vniuerſam poſteriorem partem, iuxta thoracis vertebras, quà [b] interſepientes thoracem membranas producit. Huic

a li.ii.t.vii.4. A.q.
b fi.i.H.KL O.fi.ii.GG HIK.

Pleura quibus adhærent partibus. Huic autem membranæ [c] stomachus, [d] vena caua, [e] magna arteria, & vena [f] coniugis expers innituntur, eique ligamentorum quorundam interuentu connectuntur, quæ ab ea educuntur, & in tunicas quasdam abeunt, vasa hæc omnia induentes; pariter quoque se habet secundum ossis pectoris, & septi à pectore ad dorsum vsque ductum; vbi intersepientes etiam thoracem membranæ illis continuantur, dictæ ob id Mediastinũ, hoc est sepimentum, de quibus capite sequenti priuatim agemus. *Pleuræ substantia.* Membrana hæc ex duabus admodum tenuibus tunicis constat, estque substantiæ duræ, neruosæ, albentis, inæqualis; ac peritonæum robore nonnihil superat, similem cum eo habens functionem. Vt enim illud omnia nutritionis organa induit, sic membrana hæc omnibus respirationi, ac spiritibus vitalibus inseruientibus organis obtenditur; & quemadmodum in illo adipis nonnihil conspicitur, sic quoque in hac interdum, licet rarò, internæ ipsius parti adipis tantillum adnascitur, potissimum verò iuxta dorsi vertebras, & quà maiores membranæ huius venæ perreptant. Ex hac etiam membrana modo in vno, modo in altero latere præsertim læuo nerueæ quædam fibræ prodeunt, quarum interuentu pulmo ipsi [g] connectitur; & quà diaphragmati adhæret, cordis etiam [h] mẽbranæ magna ipsi amplitudine coalescunt, imò re vera ex ea oriri videntur. Externa verò facie, quà proximis sibi partibus adnascitur, subaspera, & inæqualis est, vt connexæ inuicem membranæ solent; nec adeps tamen effatu dignus ipsi adhęrescit. Nihilominus tamen haud ęquè omni ex parte hęret, costis enim alterius membranę beneficio, earum vnamquamque priuatim inuestientis, cui nomen est Periostio, validiùs multò connascitur, quàm intercostalibus dictis musculis; neque aliter neruosæ diaphragmatis parti quàm carnosę longè firmiùs affigitur. *Membrana costas singulas sue cingens.* Quà etiam septo membrana hæc obducitur, bina ostendit [i] foramina illorum instar, quibus peritonęum peruium esse retulimus, alterum quidem gulę, alterum verò venæ cauę paratum; ac [k] scissuram pręterea magnę arterię, & venę coniugis expertis viam pręebentem. Iuxta iugulum haud insigni vllo foramine perforatur, sed multis exiguis spiraculis peruia est, venas complures transmittentibus, membranam hanc perreptantes, quibus annectuntur, & à quibus alteram mutuantur membranam, pręter peculiarem, quam obtinent. *Vasa Pleuram traijcientia.* Hac ergo in parte [l] venę cauę, ac magnę arterię ramos transmittit, [m] stomachum pręterea, & [n] asperam arteriam, [o] sextę adhęc cerebri coniugationis, & septum [p] adeuntes neruos, ac [q] venarum demum propagines per costarum interualla repentes. Membranę huius, Pleurę appellatę vsus est, pręterquam dicta omnia obuinciendi, septo etiam transuerso, crassitie ipsius adaucta, robur addendi.

c li.iii.fi.xiii. xiiii. ABC.
d li.vi.t.iiii.i.
e li.vi.t.iiii.i.
f li.vi.t.ii.FF
g fi.i. iungitur I ad V.
h fi.iii. à G ad H.
i li.ii. ta. vi r,s.
k ead.q.
l lib.vi. ta. iiii.v.
m li.ii. t.v E.
n ead.F.
o fi.vi.a.d.
p fi.iii.II.
q lib.vi. fi. bb.

De Mediastino. Cap. 3.

Harum membranarũ situs. QVæ à iugulo ad septum vsque transuersum membranę thoracem interdirimunt [a] duę sunt, quę à membrana costis obducta enascuntur, secundum omnem ossis pectoris, ac diaphragmatis longitudinem, necnon omnes thoracis vertebras exporrectę, ac duos veluti triangulos ex inęqualibus lateribus conflatos vtrinque constituentes. *Figura.* Primum enim latus idemque breuius à iugulo secundum pectoris ossis lõgitudinem adusque ipsius extremum, quà diaphragma ipsi committitur, procedit. Secundum isto longius à iugulo itidem secundum dorsi vertebras ad vndecimam vsque thoracis uertebram fertur, quà etiam dirphragmati committitur. Tertium longitudine inter ipsa medium à primi extremo proficiscitur, septum interdiuidens. *Quid mediastini membranis interiaceat.* Pręsentes duę membranę mutuo congressu plurimũ euariant, à secundo enim latere semper coeunt; à primo tantum inuicem abscedunt, quanta est ossis pectoris latitudo; uniuersum uerò inter unam alteramque membranam spatium interiacens [b] neruosis quibusdam atque intextis fibris oppletur, & pro uaria ossis pectoris latitudine amplius, & angustius redditur; à tertio latere tantum inuicem distant, quanta est neruosæ diaphragmatis partis latitudo; in huiusmodi autem interuallo multò pauciores, quam in pręedicto fibrę occurrunt, quo fit, ut longè illo euidentius sese offerat. Cauitas hęc in homine nihil pręterea cõplectitur, quam cordis mem-

a fi.ii.dext. GG, finist. I I K figu LLM.
b pro isti de fi.i. ii, iiii.

membranas, ipsumque met cor, & venæ cauæ partem diaphragma permeantem. Alia quinetiam inter hasce membranas cauitas efformatur in medio dextræ, ac sinistræ membranæ, in qua cordis membranæ, ipsumque cor, & vena caua, vti diximus, situantur. Interna facie quà mutuò iunguntur insigniter asperæ sunt, qua verò dehiscunt leues, nulla interim nisi miraculo quodam vlla in parte, interiecta pinguedine, quanuis ad exteriorem partem thoracis cauitatem respicientem, quæ pars admodum leuis, & humida est, & pulmoni quibusdam in partibus adnata, adeo vt plurimum copiosus adeps conspicitur, vt hæ interdum membranæ omento crassiores videantur. Præter huiusmodi adipem, glandulę quędam in editiore harum membranarum sede conspiciuntur, ad venæ cauæ scilicet distributionem, ex qua etiã multas hę venarum propagines, vt suo loco dicemus, mutuantur. Membranæ hæ ijs quæ costas succingunt longè tenuiores existunt, estque pręcipuus ipsarum vsus, vt cordis membranas ipsumq; met cor obuoluant, & quo minus deorsum, ac retrorsum concidere possint, ea contineant. In id similiter conferunt, vt quæ hàc progrediuntur vasa securiùs ipsis innixa ferantur; nec non etiam vt thoracem duas in partes dirimant; quò scilicet altero thoracis latere forte fortuna vulnerato, pulmonis motus ab altero latere seruaretur, quod nulla prorsus ratione, vt fusiùs postea docebimus, septo huiusmodi deficiente, fieri posset. *Ipsarum vsus.*

De Aspera Arteria. Cap. 4.

a li.1. ta.vii. b ca.vltimo. LArynx, [a] cuius principium, siue os, vt [b] primo libro retulimus, primum duorum orificiorum est in faucibus occurrentium, ex tribus conflatur cartilaginibus, temporis progressu in ossa degenerantibus. Laryngis huius extremo continua est aspera arteria, quam veteres nonnulli arteriam simpliciter appellarunt, quòd aerem duntaxat intus contineat; postquam verò venę omnes pulsum edentes id nominis acceperunt, aspera hęc arteria quòd dura, & inęquali constet substantia, fuit nuncupata, ad aliarum quę tales non sunt differentiam, ac eandem semper appellationem apud latinos obtinuit; Italis canna del Polmone dicitur. Hæc vnica est, tenditque vt facile vnusquisque in seipso digito explorare potest, rectà à gutturis principio, [c] gulæ posteriùs innixa, ad ceruicis vsque finem, ac inde latitans ad quartam vsque thoracis vertebram defertur, vbi in pulmones ingrediens, in duos finditur [d] ramos, qui pulmones alter quidem dextrorsum, alter verò sinistrorsum adeunt. Ipsorum autem vterque in plures variosque ramos dirimitur, per omnem sui lateris partem distributos, qui duas quoque singuli fundunt soboles, hęque rursus duas, sicque deinceps soboles vnaquæque in duas alias diducitur tenuiores semper euadentes, donec per omnem pulmonum substantiam hunc in modum disseminentur, inuersę arboris imaginem apposite referentes, cuius caudex in duos, hique singuli in plures, ramos diuiduntur. Pręcipuus caudex figura plurimùm euariat; editior enim principij eius pars larynx appellata, pro [e] laryngis operculi ratione magis minus've acuta, vel obtusa est; anterior autem pars & [f] latera, quod guttur est, eam scuti veteris figuram commonstrant. Et quemadmodum superior scuti huius pars latior est, inferior verò angustior, sic etiam superior laryngis sedes latior inferiore cernitur; imò [g] humillima laryngis pars, quam ex cartilagine constitui diximus, anulo, quo Thraces sagittarij vtuntur, similis, ęquè ferè angusta est, atque asperę arterię truncus. [h] Posterior laryngis pars ferè plana est, processuum occasione, quos prima cartilago scuto similis, retrorsum profert; aliàs enim regio hęc, secundę, ac tertię cartilaginis ergo, teres propemodum foret, quemadmodum etiam se habet posterior tertię sedes, quò primę cartilaginis alę nequaquam pertingunt. Variat quoque laryngis figura prout tertia cartilago in laryngis cauitatem magis contrahitur, aut retrorsum magis porrigitur, tanto enim magis primę cartilaginis apices abduntur, aut foràs prominent. Reliquus asperę arterię caudex sibi ferè semper similis est, [i] anteriore scilicet regione, & ad latera teres, & ex cartilaginibus quibusdam ad C literæ speciem, in orbes

Asperæ arteriæ substantia. *Situs.* *Distributio in pulmones.* *Laryngis figura & descriptio.* *Asperæ arteriæ figura.*

c li.ii.ta.xvi. fi.ii.ii.V.H d li.i.t.vii.fi. i.ii. e li.ii.ta.xvi. fi.ii.iiii.iiii.l f ead.fig.iiii. v.g. g ead.fi.iiii. v.x.i. h li.i.t.vii.fi. ii. i ead.fi.i.ii. xiiii.xv.

actis,



actis, & membranarum quarundam interuentu colligatis, conflatus, quæ in respiratione magis quàm cartilagines attolluntur, citra respirationẽ verò magis concidunt. Aspera hæc arteria anteriore sede thoracis vertebrarum corporibus coaptatur, ipsius verò cartilagines quamuis in ipso caudice teretes videantur, singulę tamen seorsum quadratę sunt, & longæ magis quàm latæ, atque admodum tenues, licet non æquè in medio, atque ad latera, versus quę sensim, ac sensim attenuantur, & in membranas abeunt; quę carnosę euadentes anteriori asperę arterię parti coalescunt, variamque ipsius figuram reddunt: imò in respiratione posterior hęc pars ęquè ac anterior, interdum verò magis teres efficitur; in deglutitione secùs euenit, nam versùs arterię cauitatem agitur; citra deglutitionem respirationemque plana perstat, versusque ipsius cauitatem nonnihil adigitur. Ex hisce cartilaginibus vna eademque serie positis larynx extruitur, quę arteria distenta tumescenteque tantum inuicem abscedunt quanta est earum cuiuslibet latitudo, ipsa verò concidente, mutuò ferè iunguntur earũ membranarũ beneficio, quibus eas deuinciri retulimus. Quarum prima veluti amictus quidam harum omnium cartilaginum est, perinde ac periostium cęterorum osium, quanquam membrana, hęc cartilagines hasce non solum quà inuicem hæ connectuntur, inuestit, verum etiam à lateribus, ac posteriùs quà stomacho conterminantur. Secunda tunica, siue membrana, arteriam extrinsecus in orbem amplexatur, primę membranę validissimè connata; estque admodum tenuis, & peritonæi membranis propemodum similis, nec non etiam ijs, quę à costas succingente membrana enascuntur; membranę huius interuentu arteria conterminis partibus, ipsi verò recurrentes nerui adnectuntur. Tertia tunica internam omnem arterię sedem succingit, ipsius cartilaginum membranis robustissimè adhęrẽs; estque linguæ, labris, palato, stomacho, & internę laryngis regioni communis, longè quàm secunda crassior, validiorque, licèt tenuis etiam existat. Crassitiem verò non vndecunque parem adipiscitur, in interna enim laryngis amplitudine crassior multo est adipisque aliquid inter seipsam, & laryngis cartilagines adnatum habet; vbi autem ad facium rimam pertingit in callum ad latera veluti obdurescit, magisque multò candicat; intra pulmonem longè mollior rubidiorque occurrit, in caudice verò arteriæ medio inter durum, ac molle se habet modò; in his autem æque ac in illis partibus, rectis quibusdam fibris intexitur. Vniuersa porrò arteria ex prædictis constans partibus externa facie aspera est, quemadmodum & aliæ quoque membranæ alijs adnatæ; postica enim regione stomacho adhærescit, medijs neruosis quibusdam fibris; superiore laryngem versus, stomacho communis vtrique tunicæ interuentu validissimè cohæret, ad latera & penè laryngem stomacho etiam firmissimæ adhæret, musculorum beneficio stomachum amplexantium, & in primam laryngis cartilaginem insertorum; anteriore autem sede [k] musculis affirmatur, ipsam supergredientibus, ac [l] neruis præsertim recurrentibus. Neque verò arteriæ huius propagines, quod pulmonum substantiæ affirmentur, admodum quoque læues sunt. Interna amplitudine, licet prominentium cartilaginum occasione insigniter æqualis minimè sit, læuis tamen & humida citra vllam prorsus asperitatem occurrit. Nec secus quoque [m] interna se habet laryngis facies, quamuis vnicam vndequaque figuram minimè seruet, inferiori nanque sede semper teres est, & eodem obtecta modo ob secundam cartilaginem, quam perforari monuimus. In medio itaque cum occluditur, rimam veluti fistulæ edit ab anterioribus in posteriora, adeo vt larynx orbicularis intùs existat. Rima huiusmodi clausa sinus vtrinque singuli conspiciuntur, rima paululum editiores, qui duas hic veluti coronidas exhibent. Perinde verò ac inferior scissuræ huius pars varia est, prout larynx occluditur, diduciturque, sic quoque superior se habet, etsi exactè nunquam orbicularis visitur, præterquã quòd prout plùs minus'uè reseratur, sic ea magis minus'ue à posterioribus in anteriora dehiscit. Aspera hæc arteriæ in id effecta est, quò aeri ingressum, egressumque ad pulmones prębeat, qui suo ingressu vitales spiritus restaurat, egressu verò cordis fuligines, vt ait Galenus, secum educit, simulque vocis materia est; aere nanque impetu foràs erumpente laryngisq; lingulam percutiente sonitum, vt fistula edit, eumque varium, prout plus minus'uè aeris

Anterior sedes.

Membranæ laryngem operientes.

Membranæ hæ præ tenuitate in figuris exhiberi nequeunt.

Tertia laryngis tunica.

Exterior asperæ arteriæ pars.

Aspera arteria quibus partibus hæreat.

Interior laryngis constructio.

Asperæ arteriæ vsus.

k li.ii.t.iiii. f.t.v.vi. P

l li.vii.t.i. fi iii. QQSS

m li.ii.t.xv. fi.xi. xii.xiii

aeris ipsi offerimus, & pro maiori minori'ue adhibita vi, simulque prout magis minus'ue lingulam predictam aperimus claudimus've.

De faucium Glandulis, quæ tonsillæ Chirurgis vocantur. Cap. 5.

QVanuis tonsillarum explicatio haud omninò huc pertinere videatur; quia tamen hæ alium in locum aptiùs referri minimè poterant, cùm & ipsæ linguam, laryngem asperamque arteriam irrorantes edendæ voci quodammodo famulentur, de ipsis hoc loco agere libuit. Scire itaque in primis oportet fauces latinis dictas, ἰσθμὸν quibusdam hoc est angustum appellari, quòd sit hæc omnium totius corporis regionum angustissima, ductusque plurimos, & vasa transmittat; in ipsam nanque nasi foramina pertinent, in ipsa larynx reponitur, stomachus, linguæ radix, os hyoides, multique insuper musculi, venæ, arteriæ, ac nerui, hac progredientes. In hisce faucibus triplex continetur glandularum genus. [a] Primæ ad laryngis radicem à lateribus asperæ arteriæ consistunt. [b] Secundę iuxta os occurrunt inter foramina in nasum pertinentia & fauces, vtrinque singulæ, satis insignes, & glandium imaginem ad amussim referentes: saliuam hæ colligunt, qua quidem os, lingua, fauces, & larynx humectantur. Has Chirurgi tonsillas appellant, quæ tumescentes morbum inferunt, qui vulgo dicitur *Strangoglioni*; ipsarumque vlcera, præsertimque à lue venerea inducta, ęgrè adeo curationem admittunt, vt nisi sulphuris calchanti've oleo tractentur, nunquam ad sanationem deducantur. [c] Tertium glandularum genus penè aures, sub maxillis obuium est. Hæ vulgo *Glandole*, siue *Gangole* nuncupantur, quæ iuuenibus interdum intumescunt, Strumas morbum inuehentes; aliæ verò inflatæ morbum qui *Gangole* vulgo dicitur, inferunt.

a li.ii. t.vi.l. — b ead.F. — c li.ii.t.ii.H

Faucium appellationes. — *Quotuplex glādularū genus.*

De Columella. Cap. 6.

PLurima [a] hæc pars, apud veteres nomina inuenit: Alijs nanque tintinnabulum dicitur, hoc est parua campana, quod aere ipsam veluti campanam percutiente, uox efformetur. Alij ob eandem rationem Gargar, Gurgulionem, siue Gargareonem appellant. Alij ab vuæ similitudine vuam nuncupant. Alij à paruæ columnæ imagine Columellam, Alij alijs appellarunt nominibus à diuersarum rerum similitudine. Italis vulgò *Campanella*, siue *Vgola* vocatur, cuius figuram, magnitudinem, ac situm describere non est opus, cùm læui negotio in hyantis os intuentibus offeratur. Ipsius autem vsus vocis modulatio est, quod in his conspicuum euadit, quibus ea vel deest, vel crassior, aut plus æquo longior adest, adeo enim raucescunt, vt loquentes vix audiantur. In id præterea confert, quò minùs facilè pulueris aliquid vnà cum aere nobis respirantibus in pulmones illabatur.

a li.ii.t.vi.E. t.vii.A.

Columellæ appellationes. — *Figura & situs.*

De Pulmone. Cap. 7.

PVlmo [a] duas in partes diremptus est, in duabus illis cauitatibus repositas quas in thorace haberi diximus vtrinque singulas; seiunguntur autem thoracis intersepto, [b] inuicemque posteriore sede coalescunt duarum propaginum interuentu, in quas asperam arteriam cùm pulmones ingreditur diffindi scripsimus. Vtraque pulmonis pars aere plena suam thoracis cauitatem ita opplet, vt nihil prorsus inane relinquat; figuram præ se ferens à cauitate in qua continetur pręscriptum; ac proinde [c] externa facie costarum cauum respiciente gibbus pulmo efficitur interna verò cauus, cordis nimirum gratia, quod in ipsius medio locari audies. Posteriore sede quà partes ipsius inuicem committuntur inter vnam alteramque [d] ductus quidam secundum longitudinem protenditur, modicè depressus à thoracis vertebrarum corporibus efformatus, qui secundum dorsi incuruationem, non nihil etiam in priora obliquatur. Anteriore sede, dextra læuaque pars [e] paulò magis inuicem abscedunt, propterea

a fi.i.RSTV fig ii. NOP Q. — b fi.i.HH. — c fi.xiii. — d ead.F. — e fi.xii.

Pulmonis situs. — *Figura.*

pterea quòd intersepientes membranę, magis iuxta pectoris os quàm versus scapulas inuicem distant. Atque inibi pulmo longè breuior occurrit, quemadmodum etiam & pectus ob transuersum [f] diaphragmatis situm. linea pulmonem dirimit quà septum transuersum respicit, longè cōspectior à superis ad ima, quàm in medio sese offert; adeo vt inferior pulmonis regio vngulam bubulam ex toto æmuletur; parsq; posterior anteriori, anterior posteriori, totusque tandem pulmo vngulæ bubulæ exacta quadam proportione respondeat. Interna etiam sede quà intersipientibus cōmittitur membranis, alias pulmo impressiones sinus'ue proponit, cordis membranas, ipsumque cor in medio comprehendentes. Hæc de distento pulmone accipienda sunt; vbi autem collapsus flaccescit, vtraque ipsius pars in [g] duas dirimitur partes superiorem alteram, alteram inferiorem lobos veteribus dictas, obliquæ lineæ beneficio, è regione quartę thoracis vertebræ incipientis, & ad mucronatam cartilaginem protensæ, sic vt humilior lobus superiore maior existat. Huiusmodi autem distinctio, haud æquè in homine, atque in cęteris animantibus conspicua est, quod neruosis quibusdam fibris hæreant: Vt neque alię distinctiones sese in conspectum dant, si in plures quandoque lobos secari pulmonem contingat. Etsi nunquam mihi hactenus ea pulmonis portio in quoquam visa est, quę in brutis, puluinaris instar venæ cauæ substernitur, quintus lobus Galeno dicta. Pulmo vniuersus extima facie lęuis, & lubrico quodam humore oblitus est, quanuis in hominum nonnullis, quibus pulmo membranæ costas succigenti affirmatur, asper perinde, ac membranę inuicem adhærentes occurrat. Ac in his quidem pulmo ipse subniger, & decolor magis conspicitur, secus quam in alijs in quibus pulmo scapulis nequaquam adhęret, pręterquam ipsarum initio, asperę arteriæ membranarum interuentu, nec non cordi venalis arterię, & venæ arterialis beneficio. Qui verò pulmones costis adnatos gerunt, licet vulnus in thorace accipiant, respirare tamen non desinunt, quòd pulmones coarctari nequeant, & his vulnera, quanuis pulmones attingant, citiùs curationem suscipiunt. Humani pulmonis substantia spongiosa, & albicans nō secus quam alterius cuiusuis animantis est, & triplici vasorum genere, vt suo loco dicemus referta. Extrinsecùs tenui admodum membrana perinde, atque iecur inuoluitur, à membranis pulmonum initio enata, quę ab intersepto, seu à membrana costas succingente productę tria omnia commemorata vasa per pulmones distributa inuestiunt: mēbrana hęc totas pulmonibus, tam postęriùs, quàm anteriùs obtenditur; estque tenuis ac mollis, quò meliùs colligi possit. Præcipuum pulmonis munus est aerem suscipere, eumque idoneam vitalibus gignendis spiritibus (si tamen gignuntur) materiam reddere, simulque noui aeris quem assiduò haurit, frigore, nimium cordis calorem remittere. Quam ob rem haud musculi alicuius impulsu, sua'ue sponte agitur, sed hac duntaxat ratione, quia scilicet dilatato thorace musculorum quos ipsius motibus præesse diximus, opera, vacui aliquid inter costas ipsumque pulmonem relinquitur, quod natura nequaquam ferens, attolli pulmones, & vacuum illud occupare cogit; & consequenter quia dilatato pulmone vacua quædam exurgunt, huic protinus occurritur, hausto ab ipsis pulmonibus per asperam arteriam aere; perinde atque in follibus, dum ignis accenditur, euenire conspicimus; vbi enim eos diducimus, si cannam flammis proximè admouemus; extemplò in eam irruunt, quò vacuum illud repleant.

Diuisio. — *Quintus lobus in homine desideratur.* — *Quibus pulmo costis adhæret.* — *Pulmonis substantia.* — *Membrana.* — *Munus.*

f li.ii.c.vii.A. — g fi.xii.EFG H. fig. xiii. BCDE.

De Cordis Membranis. Cap. 8.

Cor inuoluentes [a] membranæ in medio [b] intersepientium thoracem membranarum vti anteà diximus, consistunt; suntque vesicæ similes, pineæ nucis figuram æmulanti. Incipiunt autem inter quartam quintamque thoracis vertebram, & pectoris os, ad amussim in cauitatis medio, prout cor ipsum postulabat. Vesica hæc siue capsula, quinque ad minimum foraminibus peruia est. Primum venę cauæ vti dicemus ingressum, secundum verò egressum eidem præbet; Tertium venam arterialem dictam transmittit; Quartum magnę arterię aditum largitur; Quinto arterialis

Cordis inuolucri figura, & situs. — *Foramina.*

a fi.iii. — b fig.i. HH fi.ii.LL.

rialis

rialis vena defertur, quod bipartitum quodammodo est, quia vena hæc priusquam, & hisce membranis egrediatur, in duos truncos diffinditur, quod venali quoque arteriæ interdum contingit. [c] Vasis hisce omnibus huiusmodi membranæ validissimè adhærescunt paulò à corde superiùs, aliquam sui exortus portionem ab ipsis desumentes; exterior enim horum vasorum tunica, ab harum membranarum exortu adusque cor ab ipsis abscedit, & dilatata, in hoc abit inuolucrum, quod non magis cordis mucronem quam ipsius basim, aut latera contangit, sed ipsum in medio continet. Capsulæ huius reliquum nullum foramen sortitur, estque equale, & vndecunque, tum substantia, quæ tota neruosam præ se fert membranam, tum colore, qualem charta pergamena commonstrat, similes, ac vniformes, sed figura varium, nam vti diximus nonnihil inferius angustatur, in obtusum, & orbicularem [d] mucronem desinens, qui ad lęuam declinans adeo in priora eminet, vt sinistrum osis pectoris latus, & cartilagines in ipsum insertas attingat. Nullum prorsus villorum genus mēbrana hæc adipiscitur; imò simplex quædam veluti tunica est subcrassa, & densa, ac tantæ capacitatis, vt cor ea conclusum, & stringi, & dilatari facilè posit: facie autem interna vsquequaque leuis, atque uuida est; adipe omni intùs extraque destituta; qui enim ad huius cum intersepientibus thoracem membranis coalitum adeps conspicitur, ad eas magis quàm ad hoc inuolucrum pertinet: quod externa sede asperū est, intersepientes enim membranas adnatas habet, ea sanè ratione quam capite de mediastino proposuimus. Huius tamen inuolucri mucro, magnaque anterioris ipsius regionis pars septi transuersi [e] nerueo circulo insigni spatio connascuntur; anterior autem pars membranæ costas succingēti ad sinistrum suum latus nerueis quibusdam fibris adhæret, quà sextæ, ac septimę costæ cartilagines pectoris osi connectuntur. Vesicæ huic siue membranæ, muneris id concredituum est, vt cor ipsum circumsepiat, simulque aquam contineat, quæ in cunctis ferè hominibus reperitur, quanuis in pueris quam iuuenibus longè copiosior; quemadmodum etiam in mulieribus, eodemque modo in his, qui aliquot antè dies quàm qui recens è vita migrarunt, multò maior ipsius copia spectatur. Aqua hæc mea quidem sententia, ingenti cordis calori, & siccitati remittendis temperandis've deseruit.

Margin notes: c fi.iii. FGH. I.fi.iiii.A. — *Exortus.* — d fi.iii.F. — e li.ii.t.vii.A. K, L, m, n. — *Capsulæ cordis vsus.*

De Corde. Cap. 9.

Cordis idem met [a] situs, eadem figura est, quæ capsulæ ipsius qua concluditur, quam pineæ nuci perquàm similem esse tradidimus, antè scilicet, ac ponè depressam, in apice verò, paulò latiorem. Exterior itaque cordis facies læuis tota est, quanuis interim, [b] venarū, arteriarumque propapines, ipsum (vt suo loco dicemus) perreptantes, & adeps etiam quem obtinet, aliquid ipsi asperitatis adferant. Editiorem quinetiam ipsius regionem venæ, atque arteriæ, quas inibi suo loco haberi dicemus, modicè inæqualem reddunt. Incumbit autem cor quartæ, & quintæ thoracis vertebrarum corporibus, haud magis ad dextram quàm ad læuam, neque retrorsum magis quàm antrorsum, secundum longitudinem vergens. Ipsius basis, thoracis medium adamussim occupat, thorace quidem non pro vniuersa quam costæ occupant amplitudine accepto, sed anteriori duntaxat ipsius regione à iugulo ad mucronatam vsque cartilaginem. [c] Reliquum ipsius in sinistrum latus exporrigitur, sensim, ac sensim angustatum quousque in obtusum mucronem desinat, qui anteriori thoracis parti leuiter innitens, inter sextæ, ac septimę costarum sinistri lateris cartilagines desinit. Pro thoracis enim maiori minori've amplitudine, cordis magnitudo euariat; estque substantia ipsius carnea, & musculorum carne paulò minus rubra sed densior, & villis quibusdam vsqueadeo frequentibus tenuibusque intexta, vt oculorum ferè obtutum effugiant; quod ideo effectum est, ne spiritus in eo contenti facilè adeo exoluantur. Cordi vniuerso tenuis extrinsecùs membrana obtenditur, instar illius quæ iecur inuoluit; cui superiori hac in parte (superiorem partem eam intelligo, quæ latior est, à cuius medio adhæret) ingens duri adipis copia connascitur, ex quo in hominum nonnullis quidā veluti radij eiusdē adipis deriuant venis adnati proce-

Margin notes: a fi.ii. MM. fig.iii. C.D. E. F.G. lib. vi.t.v.fi.x.z. — b fi.iiii. LL. — *Cordis figura & situs.* — c li.vi. t.v.fi. x.Y. — *Cordis tunica* — *In corde adeps continetur.* — *Alæ cordis.*

procedentes, quas per cor distribui audies. Editiore pręterea ipsius regione [d] alæ duæ, siue auriculę spectantur, altera quidem ad lęuam, altera verò ad dextram; eadem qua & cor substantia prędite, licet aliquantò neruosiores, molliores que, & cordis alis in quouis altero animante cósimiles, sint, vnde in earum structura explicanda diutiùs mihi immorandum esse non duxi. Quisnam ipsarum situs, quæ partes sint intellexisse sufficiat; hæ nimirum vt duarum alarum more collectæ, atque explicatæ cordi locum prębeant, quò id, vbi veluti languens recreari optat, vberiorem spiritum sanguinemque, sese diffundens haurire queat; quod ęgrè sanè duabus hisce alis destitutum moliri potuisset, quę duarum instar vesicularum, ad cordis dilatationem, constrictionemque laxantur, conciduntque. Ac proinde dextra quàm lęua laxior effecta est, nam vt mox docebimus in dextro cordis latere plus sanguinis, in læuo autem plus continetur spirituum; hi verò sinistra etiam auricula non explicata promptiùs in sinistrum latus pertranseunt; quam sanguis crassior scilicet, & minus fluxilis in dextrum. Atque hunc in modum se habet, facies cordis exterior. Interiorem duo ventriculi occupant, [e] dexter, ac [f] sinister, insigni eiusdem cordis substantię septo directi, ac tum magnitudine, tú figura varij. Dexter enim longè maior est, & ad cordis mucronem magis descendit cauitatem crescenti lunę similem efformás; dextro nanque latere anteriùsque, ac posteriùs concauus est, & gibbo correspondet, quod cor extima edit sede; sinistro latere arcuatus visitur, ob septum inter ventriculum hunc, & lęuum interiacens, quod sede ad dextrum hunc ventriculum pertinente, in arcú prominet, hancque eádem figuram totus ventriculus à summo ad imum seruat. Sinister ampla quoque basi incipit, sensimque versus cordis mucronem angustatur, pyramidis aut V maiusculi figuram exprimens: septum enim quà ventriculo huic correspondet, haud gibbum est, vt quà dextrúm respicit, sed concauum. Sinister hic ventriculus [g] medium ferè cordis profunditatis tenet, imò ipsius duntaxat gratia cor re vera extructum videtur, dextrum verò ei extrinsecùs [h] instar loculi cuiusdam adherere, quemadmodum in marsupijs plerisque se habere cernimus. Siquidem tam septum ipsum quàm reliquum cordis substantię sinistrum vétriculum constituentis, durum est, crassum & solidum pręterquam initio, vbi vasorum illinc prodeuntium gratia, minus durum esse oportuit. Substantia verò dextrú efformans mollior est atque tenuior. Porrò ventriculi [i] vtriusque septum leuiter inęquale est, ob riuulos quosdam siue surculos in cordis substantiam impressos, qui longè magis in lęuo quàm in dextro ventriculo conspicui occurrunt; neuter verò ex vno ventriculo in alterum permeat, (vt aiunt) quotquot hactenus hęc litteris cósignarunt. In his pręterea ventriculis [k] fibrę quędam conspiciuntur, neruosę teretes, ac tenues, quarum interuentu membranas in ipsis consistentes cordi hęrere monebimus. Horum autem ventriculorum interest, dextri quidem sanguinem, ex quo vitales spiritus gignantur præparare, quemadmodum ventriculi est, alimenta conficere; sinistri verò elaboratum hunc sanguinem excipere, partemque ipsius in spiritus vitales conuertere, ac reliquum vnà cum hisce spiritibus per arterias demittere, vti suo loco dicemus. Cuius quidem vsus gratia ventriculus vterque orificia duo, siue foramina obtinuit: quorum [l] primum in dextro ventriculo occurrens dextro basis cordis lateri in humiliori eius regione iuxta dextram [m] auriculam adhæret, cui (vt suo loco dicemus) maxima totius corporis [n] vena correspondet, partim cordis substantiæ, partim dictæ auriculæ innitens; quo efficitur, vt longè amplius quam sit, orificium videatur. [o] Secundum foramen multò minus primo est, & in elatissima basis ventriculi huius parte iuxta dextrum commemorati septi latus conspicitur, magnæ [p] arteriæ trunco adhærens; atque ex eo [q] vena quædam arterialis dicta exoritur, per pulmones, (vt suo loco audies) distributa; quæ egressum sanguini præbet, per primum orificium ingresso, (vti prolixiùs sexto libro edocebitur.) Sinister ventriculus bina, & ipse foramina eodem modo sortitus est, alterú quidé sanguini, & spiritibus ingressum, alterú verò egressum eisdé præbens. [r] Prius ipsorú, quo illis ingressus patet, admodú patens & orbiculare est, & in demissiori sinistri vétriculi basis parte, iuxta sinistrá auriculá visitur, statimq; in exortu [s] bipartito scinditur; quod nnullos in eá sńiam deduxit,

vt in

Left margin notes: Vsus ipsarum. — Cordis ventriculi. — Ipsorum vsus. — Primum dextri ventriculi orificium. — Secundum. — Sinistri ventriculi foramina.

Right margin notes:
d fig.iiii.IK. fi.v.B.fig.vi. F.fi.vii.viii. C.fi.ix.x.A.
e fig.vii.viii. f fi.ix.x.
g fi.xi.HH.
h ead.G.G.
i fi.vii.H.fi. ix.E.
k ead.HF.
l fi.v.BC.fi. vii.iuxta C.
m fi.vi.ta.v. fi.x.a.
n ead.b.fi.v. BC.li.vi.ta. ii.E.
o fi.vii.D.inter G.& H.
p fi.vii.viii. ix.x.B.
q ead.A.
r ead.inter duo GG.
s fi.vi.KL.

t ead. L.

vt in corde etiam diuisionem huiusmodi perdurare arbitrentur. Ex hoc orificio [t] arteria enascitur, venalis dicta, quam etiam per pulmonis substantiam suo loco distribui audies. [u] Alterum orificium omnium primo excepto maximum, in elatissimæ cordis regionis medio conspicitur, venæ arterialis orificio innitens: atque ex eo [x] magna arteria per vniuersum corpus diffusa egreditur, in [y] duos statim ramos dirempta: per quam vitales spiritus, & sanguis distribuuntur, quibus ingressum præbuerat [z] arteria venalis nuncupata. Ex hisce orificijs, tria priora ad os in sui amplitudine, singula tres membranulas obtinent, postremum vero duas duntaxat. Primùm ad [a] primi orificij os, cui vena caua iungitur tenuis habetur membrana orificium circum vndique cõplectens; quę in ventriculi cauitatem paulisper procedens, in [b] tres ilico membranas finditur, quę in triangularem cuspidem singulę desinunt, paulò supra medium ventriculi longitudinis: ex vnoquoque autem mucrone [c] neruosi quidam villi prodeunt, ventriculi lateribus iuxta ipsius finem inserti; porrò nec membranę, nec fibrę cordis substantię præterquam in exortu, & insertione affiguntur, fibris eiusmodi quidam delusi, neruorum principium cor esse existimarunt. Membranam hanc hoc se modo habentem, dissectionum professores, ob ipsius diuisiones, triplicem faciunt, estque id earum munus, quemadmodum & situs, & exortus ipsarum apertè docet, vt primum hoc orificium occludant, quo sanguis per venam cauam in dextrum ventriculum illabens regurgitare nequeat. Quod quidem tunc pręstant cùm cor contrahitur; vbi enim dilatatur, tunc ipsę cedentes, sanguini ex vena caua in hunc ventriculum concedunt ingressum. Eundem ferè in modum quo præsens membrana orificij huius principio adnascitur, altera quoque ad principium prioris sinistri ventriculi orificij, ex quo [d] arteriam venalem exoriri diximus, consistit, nisi quòd haud tres in partes, vt illa, sed in [e] duas duntaxat scinditur, æquè prioris orificij membranis figura similes, ac magnitudine, roboreque dissimiles; ex ampla enim basi in obtusum mucronem desinunt, paulò magis deorsum, quam dextri ventriculi membranarum cuspides, protensum. Ex duabus hisce partibus, altera lęuum ventriculi huius latus, altera dextrum occupat; anteriori enim posteriorique sede nulla reponitur membrana; adeo vt simul ambæ episcopalem mitram appositè repræsentent. Processum horum vterque [f] nerueas quasdam fibras adipiscitur, quę ab ipsis enatæ, ad ventriculi finem, substantiæ cordis applantantur; in qua [g] sulci quidam ijs paulo maiores conspiciuntur quos in sinistro ventriculo haberi prodidimus. Membranam hanc ob duas quas educit cuspides, geminam veteres fecerunt. Estque idem propemodum ipsius vsus qui & ad primum dextri lateris orificium repositæ; siquidem vt illa dilata cedensque cordi adhæret, & sanguini ex vena caua ingressum in dextrum ventriculum largiatur, collecta verò contracta've, sanguinis regurgitationem in venam cauam prohibet; haud secus quoque hæc introrsum deducta, sanguinem, spiritusque à venali arteria in sinistrum ventriculum irruere sinit. [h] Membrana secundo dextri lateris orificio cui arterialis vena coheret adnata à superioribus tam situ, ac figura, quam robore disidet; vt enim aliæ suos processus, versus ventriculi mucronem obtinent, ita hæc eos versus arterialis venæ truncum ex hoc enascentis orificio, adipiscitur. Præterea haud ex simplici constat membrana, sed in [i] tres admodum disidentes dirempta est; quarum vnaquæque velut in semicirculum à venæ arterialis trunco exoritur, paululum initio protuberans, ac dein crassior paulò reddita, à corde remouetur, magisque crassescens tubercula quædam in cordis basi impressa producit; hisque tuberculis tres veluti processus, siue apices efformantur, qui sese, vt in puncto contingentes, subtus, supraque angulos quosdam constituunt. Ex hisce tuberculis [k] membranæ tres, singulæ in semilunæ imaginem producuntur, nec cordis basi, nec alibi vsquam adnatæ. Latior harum membranarum pars, à corde magis quam reliquæ omnes earum partes remota, illudque ipsarum latus quod cordis basi minimè adnascitur, haud ita recta cernitur, ac si membranæ singulæ absolutũ efformarent semicirculum; imò nonnihil introrsum adigitur, neque adeo extrorsum in medio, atque termin isporrigitur, quibus cordis basi vtrinque committitur. Quum itaque elatissima hæc, latissimaque harum

u fig.ix.x.|B, B ac respondet D.
x li.vi.t.v.fi. x.f.t.iiii. A.
y li. vi. t.iiii. C.
z li.vi.ta.iii. fi.iiii.
a fi.iii.B.
b fi.viiFFG.
c fi.vii.HH.
d fi.ix. GG. li.vi.t.iii. fi. iii.f.
e fi.ix.CC.
f ead.FF.
g fi.ix.x.E.
h fi.viii.HH
i ead.
k ead.E.F. G

Foraminum membranæ
Primi foraminis dextri ventriculi membranæ.
Primi foraminis sinistri ventriculi membranæ.
Secundi foraminis dextri ventriculi membranæ.

membranarum exortus, quà continuantur, veluti semicirculum efformet, græci membranas has σιγμοειδεῖς hoc est elemento quod Sygma dicitur, similes, appellarunt. *Ipsarum vsus.* Ipsarum verò munus est, vt recluse sanguini egressum præbeant, qui ex vena caua illapsus per primum ventriculi huius orificium ingressus est, occlusę autem sanguinem priùs elabi non sinant, quàm idoneus spiritibus vitalibus gignendis à corde redditus fuerit. Tribus hisce membranis totidem aliç correspondent, ad secundi orificij sinistri lateris os, cui magnam arteriam hęrere dicemus, positę; quę commemoratis similes vsquequaque sunt, magnitudine duntaxat roboreque dissidentes; quemadmodum etiam arteria magna, venamarterialem magnitudine superat. Quomodo autem sanguis hic à dextro ventriculo in læuum, & per quas vias illabatur, tunc opportunè docebimus, quàm de ductibus à corde manantibus verba faciemus. Sicque præsenti libro finem imponentes, ad tertij membri principem in corpore locum obtinentis enarrationem aggrediemur.



LIBRI QVARTI FIGVRARVM EARVMQVE CHARACTERVM INDEX.

FIGVRA I.

PRÆSENS figura tantam hominis in dorso cubantis partem ex sinistro latere commonstrat, quãtam ostendendæ thoracis sedi sufficere arbitrati sumus. Ab anteriori itaque thoracis sede & lateribus, ac dein ab aliqua colli regione cutem sectionis serie ademimus, ac dein musculis qui costis obducuntur resectis, costarum ossa à suis cartilaginibus vnà cum pectoris osse liberauimus, & costarum ossibus (vti inter secandum fit) effractis, costarũ cartilagines sursum versus dextrum latus attraximus, vt thoracis amplitudo, hancq; intersepientes membranæ, & pulmo, reliquaq; in conspectum venirent, quæ modò in characterum indice significabuntur.

AA Sinistri lateris costarum indicantur cartilagines, vnà cũ pectoris osse, dextrorsum sursumque tractę.

BB Intercostales musculi interualla cartilaginum occupantes.

CC Costarum à cartilaginibus seiunctarum ossa.

DD Intercostales musculi interualla ossium adimplentes.

E Clauicula hic nuda, atque in sua sede adhuc asseruata cernitur.

F Venarum, arteriarũ, neruorumque in axillam perreptantium series.

G Exterior iugularis vena hic mox auulsa cute secantibus occurrens.

HH Sinistra thoracis amplitudinẽ interdiuidens mẽbrana, superficie ipsius sinistra hic conspicua, quam etiam L M N & O indicant.

II Septum trãsuersum ea superficie hic apparens, qua sinistrã cauitatis thoracis sedem respicit.

K Sedes vbi inter diuidentium thoracẽ membranarum sinistra septo connascitur.

L Hęc protuberans sedes, cordis gratia hic in sinistrum adeò prominet: id nanque vnà cum ipsius inuolucro inter membranas thoracem diuidentes comprehensum, in sinistrum longè magis, quàm in dextrum porrigitur, atque huius potissimum tuberis occasione præsentem figurã ex sinistro potiùs, quàm dextro latere expressimus.

M Vena sinistro pectoris ossis lateri exporrecta, & sinistrę thoracem interdiuidenti mẽbranę varios surculos offerens.

N Arteria sinistro pectoris ossis lateri exporrecta, & similiter, ac vena M insignita ramulos sinistrę thoracem intersepienti mẽbranę exhibens.

OO Ramuli à vena, ac arteria deducti, qui secundũ pectoris ossis sinistrũ latus à iugulo ad abdominis regionem pertingunt.

PP Neruus septi transuersi sinister, hic conspicuę thoracem intersepiẽtis membranę superficiei in progressu adnatus.

Q Vena in hominibus potissimum à iugulo vnà cum septi transuersi neruo deorsum excurrens, & membranę thoracem intersepienti ramulos deriuans.

RST, V. Pulmonis pars sinistram thoracis cauitatem occupans, ac R & S huius partis sedẽ notant, quę costis, seu ipsas succingenti membranæ proxima est, gibba've cernitur. T verò & V eius partis sedem indicant, quæ priusquam collaberetur, exteriori superficiei mẽbranæ thoracem interdiuidẽtis committebatur. Rursus R & T partis huius pulmonis superiorem insinuãt fibram, seu lobum, S autem & V inferiorem.

FIGVRA II.

SECVNDA *figura, quam erectã non autem humi prostratam finximus, primam sectionis seriē subsequitur: etenim anteriori thoracis sede, & lateribus cute, & musculis qui illi adnascebantur denudatis, ac costarum cartilaginibus ab ossibus liberatis, ipsisq; ossibus extrorsum effractis, tandē pectoris vnà cum ipsi coarctatis cartilaginibus ab vtrisque thoracem intersepientibus membranis liberauimus, sursumq; deduximus, vt illius interior superficies obuia esset, & membranarum thoracem interdiuidentium natura accuratiùs adhuc quàm in prima figura exprimeretur.*

A A Pectoris ossis vnà cum costarum ipsi cōmissis cartilaginibus interior, seu thoracis cauitatem spectās superficies.

B C Duæ indicantur venę à iugulo pectoris ōs petentes, ac præter frequētes quas diffundunt ramulos, etiam ad elatiorē abdominis sedē excurrentes.

D E Duæ arterię venas nuper cōmemoratas ad vmbilici vsque regionē concomitantes, nullibi tamen vt venæ ad cutem subeuntes.

F Glandulę sub elatissima pectoris ossis sede in iugulo repositæ, ac vasorum securę distributioni à natura præfectę.

G G Dextrę membranæ thoracem interdiuidētium membranarū sedes, quæ dextro pectoris ossis lateri adnascebatur.

H Dictę modò membranę dextra, seu pulmonem spectans superficies.

I I Sinistræ membranæ thoracis cauitatem intersepientium membranarum pars, quę sinistro pectoris ossis lateri ante sectionem connata fuerat.

K Dictę modò membranæ sinistra, seu pulmonem respiciens superficies.

L L Interuallū indicatur inter duas thoracem intersepientes membranas inibi cōspicuum, vbi humano pectoris ossi continuantur.

M M Hęc protuberans regio cordis indicat situm: cor enim vnà cū ipsius inuolucro immotum inter membranas thoracē sepiētes collocat.

N O P, Q. Pulmonis gibbum, sedesve costis contermina indicatur: neutra namque ex parte pulmonis partes in latera reflexímus. Verum N & O duas fibras dextrę partis pulmonis indicant, N quidem elatiorē, O verò humiliorē, atque ita etiā in sinistro latere P & Q tum elatiorem, tum humiliorem.

R R S Septi transuersi sedes, quā à mucronata pectoris ossis cartilagine hic S insignita, & dein à cartilaginū quę pectoris ossi non coarticulantur mucronibus liberaui.

T V Cutis deorsum à thoracis anteriori sede euersa, atq; ea superficie conspicua, qua musculis obducebat.

FIGVRA III.

QVONIAM *duæ præcedentes figuræ cordis, ac pulmonis situm abundè indicant, præsentem figurā (vti & subsequentes vniuersas) tanquam è thoracis cauitate euulsam delineauimus, ne singulis figuris truncum corporis appinxissemus, negotium frustra operosius redderetur. Tertia itaque figura cor suo uestitum inuolucro continet, vnà cum pulmone & septi transuersi portione, cui in hominibus magna amplitudine cordis inuolucrum connascitur.*

A Hic venę cauę portionē sursum condscēdentem, & magnam arteriam prēscidimus, tanta vasorum cordis asseruata portione, quāta cordis inuolucro obducitur, aut à qua id inuolucrū potiùs initium ducit.

B Vbi enim hic B asscripsi, illic inuolucrum pertinacissimē cauæ venę, & magnę arterię, & venę arteriali adnascitur, ab illis vasis non secùs quàm à corde, toto illo interuallo abscedens, quòd à B ad C metitur. C enim cordis basis sedē regionem've indicat.

D E F Cordis inuolucri anterior sedes, cordis figuram nuci pineę nō admodū absimilē referēs. D enim & E

basim notant, F verò mucronem.

G Ab F ad G sedes insignitur, qua cordis inuolucrum septo transuerso in hominibus secus multò quàm in canibus adnascitur. Cæterum venulæ hic in cordis inuolucro conspicuæ, non cordis, at ipsius inuolucri sunt: id namque in hominibus tum crassum validumq; visitur, vt cordis color per illud vix transpareat.

H Septi transuersi pars.

I I Septi transuersi nerui.

L M N O. Pulmo, at singuli characteres singulas humani pulmonis insinuant fibras, lobos've.

FIGVRA IIII.

QVARTA *figura cordis inuolucrum diuisum gerit, ipsumq́ cor & cordis vasa anteriori sede ab inuolucro deteximus, corde interim immoto.*

A Sedes, qua cordis inuolucrum vasis supra ipsius basim continuatur.

B B Cordis inuolucrũ ab anteriori cordis sede in latera reflexum.

C D E. Cordis anterior sedes. ac C quidẽ & D ipsius indicant basim, E verò mucronem.

F Vena caua.

G Arterialis vena.

H Magna arteria. Venalis autem arteria nisi corde in dextrũ latus (vti sexta ostendit figura) reflexo, nulla ex parte conspici potest.

I Dextra cordis auricula.

K Sinistrę cordis auriculę apex.

L L Venę sunt, ac arterię à cordis basim cingentibus vasis pronatæ, atque huc ex posteriori cordis sede, adeoque sinistro ipsius latere antrorsum reductæ.

M N O P. Pulmonis indicantur fibræ lobi'ue.

Q Septi transuersi pars.

FIGVRA V.

QVINTA *figura vnà cum pulmonibus cor exprimit, verum ab ipsius inuolucro penitus liberum: ac in sinistrum latus in hoc reflexũ, vt vena caua ad cordis basim continuitas oculis subijceretur.*

A Cordis dextrum latus, magnaq; ipsius posterioris sedis regio.

B Dextra cordis auricula.

C Vena caua, quà in cor dehiscit, aut ab ipso pronascitur.

D Venę cauę portio, septum transuersum permeans.

E Septi transuersi pars.

F Venę cauæ portio iugulum petens.

G Venæ pari carentis initium.

H Arteriæ magnæ radix.

K Portio est nerui sinistri, sexti paris neruorum cerebri, à quo subsequens figura cordis neruulũ depromi ostendet.

L M N O. Pulmonis notantur fibræ.

P Vasorum pulmonem adeũtium hic aliqua series conspicitur.

FIGVRA VI.

SEXTA *figura cor in dextrum latus ita conuolutum proponit, quemadmodum mox præcedẽs id ad sinistram ostendebat reflexum. atque vt illa venæ cauæ ad cordis basim continuitatem indicabat, ita præsens venalem exprimit arteriam, ac sinistram cordis aurem, at cordis quoque neruulum, cuius ductus, vt esset conspectior, arteriæ magnæ aliquot propagines, & asperæ arteriæ, et neruorum sexti paris cerebri portiones huic figuræ adnexas reliquimus.*

A B C. Cordis sinistrũ latus, & posterioris ipsius sedis magna regio.

D Venæ, & arteriæ cordis basim cingentes.

E E Venæ, & arterię à vasis cordis basim ambientibus deorsum exporrectæ.

F Sinistra cordis auricula.

G Arteria venalis.

H H Arterię venalis soboles in sinistram pulmonis partẽ excurrentes. Quę verò in dextram feruntur, oculis non patent: quòd illarum radix sub corde mox in huius vasis ortu ad dextram pulmonis sedem prorepat.

I Venę arterialis principium.

K Arterialis venæ pars, sinistram pulmonis partem petens.

L Arterialis venæ pars dextræ pulmo-

nis parti distributa, ac secundùm posteriorem caudicis magnæ arteriæ sedem reflexa.

M Apex dextræ cordis auriculæ.

NN Vena caua.

O Magnæ arteriæ caudex.

P Magnæ arteriæ portio deorsum ad spinam detorta.

Q Magnæ arteriæ portio sinistra maxillam accedens.

R Arteriæ magnæ portio iugulum petens.

S Arteriæ magnæ portionis iugulum petentis dextra pars, à qua axillaris dextri brachij constituitur arteria T insignita.

X Soporariæ, seu somniferæ arteriæ.

Y Asperæ arteriæ caudex.

a Dexter neruus sexti paris neruorũ cerebri.

b Ramuli, quos neruus *a* insignitus ad dextri recurrentis nerui constitutionem digerit.

c Dexter recurrens, seu reuersiuus neruus.

d Sinister neruus sexti paris neruorum cerebri.

e Sinistri nuper commemorati nerui surculus, sinistræ pulmonis parti oblatus.

f Ramuli sinistri nerui *d* insigniti, à quibus sinister recurrens neruus constituitur.

gg Sinister recurrens neruus.

h Neruulus secundum venam arterialem exporrectus, ac cordis basis centrum adiens.

iklm Pulmonis indicantur fibræ.

no Septum transuersum.

FIGVRA VII.

SEPTIMA *figura cor à pulmone, & septo transuerso liberum ostendit, cuius dexter ventriculus vnica sectione adapertus cernitur ab anteriori sede orificij venæ cauæ ad cordis vsque mucronem ducta, quò id orificium, & ipsi præfecta membranæ in conspectum venirent. Verùm monendus hic est dissector, me à Vesalio discedere, in hac & tribus proximè sequẽtibus figuris, quòd in illis nõ satis apertè omnia oculis exponerẽtur.*

A Vena arterialis.

B Arteria venalis.

CC Dextra cordis auricula, quæ quòd cor monstretur apertum, sita est in latere sinistro.

D Huic loco respondet vena arterialis.

EFG Tres mẽbranæ quæ principio cauitatis primę adsistunt.

HH Harum membranarũ fibrę mucronem cordis petentes.

I Inter septum cordis.

FIGVRA VIII.

HÆC *figura nihil differt à præcedenti, nisi quòd vena arterialis ad apertiorem inspectionem diuisa exhibeatur.*

A Dissectum venę arterialis orificiũ.

B Arteria venalis.

C Auricula dextra.

D Huic loco respondet foramen venę arterialis.

EF Ad huius foraminis principium sitę membranæ.

HH Membranæ quæ proueniunt ex modo dictis.

FIGVRA IX.

OSTENDITVR *hic cor, ac ventriculus eius sinister apertus.*

A Sinistra auricula.

B Arteria aorta.

CC Duæ membranæ, orificio arteriæ venalis adstantes.

D Literę huic subesse fingitur foramen arterię aortę.

E Fibrę, seu vili apparentes in cordis substantia, item ventriculorũ interstitium.

FF Principium membranarum quę notantur CC.

GG Orificium arterię venalis.

FIGVRA X.

PECVLIARITER *hic ostenduntur membranæ orificij ipsius magnæ arteriæ.*


A Auricula sinistra.

B Arteria magna.

CCC Membranæ quæ sunt ad principium eiusdem arterię.

D Huic loco respondet orificium arteriæ magnæ.

E Ventriculi interstitium.


TABVLA LIB IIII
Figura I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
XIII

FIGVRA XI.

VNDECIMA *figura cor per transuersum dissectum ostendit, ut cordis substantiæ secundùm ipsius ventriculos crassities in conspectum veniret.*

A Cauæ venæ pars.
B Dextra cordis auricula.
C Arteriæ magnæ caudex.
D Vena arterialis.
E Sinistra cordis auris, cui portio appẽdet venalis arteriæ.
Atq; hi characteres cordis basim insinuant.
F Cordis mucro.
G G Dexter cordis ventriculus.
H H Sinister cordis ventriculus.
I I Septum cordis ventriculorum.

FIGVRA XII.

DVODECIMA *figura anterior pulmonis sedes, à qua cor præfectum est, delineatur. quæ inferiori, terramq́ spectanti bubuli pedis sedi non admodum imagine absimilis visitur.*

A Stomachi quo cibus in ventriculũ fertur pars.
B Asperæ arteriæ portio.
C Vena arterialis.
D Venalis arteria.
EFG H. Quatuor pulmonis fibræ, seu lobi. Verùm G & H priuatim pulmonis sedem indicant septi trãsuersi gibbo thoracis amplitudinẽ spectanti congruentem.
I Septum transuersum.

FIGVRA XIII.

DECIMATERTIA *figura pulmonis ex thorace euulsi posteriorem notat sedem.*

A Asperæ arteriæ portio, posteriori ex sede hic conspicua.
B C D E. Quatuor pulmonis fibræ seu lobi, bubuli pedis superiorẽ regionem forma exprimentes.
F Canalis pulmonis.

IOANNIS VALVERDI Medici de Humani Corporis Fabrica.

LIBER QVINTVS.

Motionis sensusq; organis dicatus.

De membranis organa hæc ambientibus. Cap. I.



E organis nutritioni vitæque hominis famulantibus duobus præcedentibus libris egimus. Verùm quia duo hæc principia ad absolutam fabricæ perfectionem minimè satis erant, cùm nec vllam in partem moueri, nec variarum rerũ in hoc orbe productarũ aspectu frui posset, circa quarum notitiam in summi earum opificis, qui solus hominum finis est, cognitionem deuenire minimè potuisset, propterea haud se orbis conditor, minus liberalem hac in re quam in reliquis omnibus, humano generi præstare voluit. Quinimò tertium in eo principium produxit, in quo tanquam in fornace quadam spiritus formantur, visionis, auditus, gustatus, tactus, & motus opifices, ideoque animales latinis dicti ex vitalibus procreati spiritibus, quos in corde progigni retulimus. Tertium hoc principium Cerebrum appellamus, in suprema corporis regione positum; non quia tutior illi accommodatiorque huiusmodi sedes foret, quò iuxta oculos consisteret, qui nulla prorsus ratione alia in parte reponi poterant, arcis nimirum corporis nostri vt sunt, excubitores futuri. Quare situs defectui probè admodum nostri opifex obuiam iuit, capillis ipsum & cute, nec non præduro validoque cranio obtegens, quod instar galeæ cerebrum tutatur, ne facilè adeo vulneretur; duabus præterea ipsum membranis inclusit, altera crassiore, quæ dura Menynx dicitur, altera tenuiore, cui nomen piæ Menyngi; quæ cerebrum, ipsiusque processus, ac neruos omnes ambiunt, perinde ac peritonæum nutritionis organa omnia, & succingens costas membrana, organa in thorace reposita complectitur, & quia processus addidi, sciendum est, Cerebro [a] processuum caudæ instar adesse, spinalem medullam cõmuniter appellatum, quæ [b] à cerebri basi enascitur, & per maximum occipitis [c] foramen egrediens, per dorsum ad sacri vsque ossis extremum reptat, paulò semper tenuior reddita. [d] Dura menynx perinde ac pia, pars est corporis nostri spermatica vnà cũ reliquis partibus genita; Cerebrum ea obtegit, vbique continuata, nisi quod foraminibus quibusdã venarum instar perforatur. Ipsius verò figura, & magnitudo ossibus cerebrum, ac spinalem medullam continentibus coæqualis est, illique figura consimilis, semper enim ossi præterquã supra [e] foueam ossis cunei formis, adhæret, quamuis alijs, quàm alijs in partibus firmiùs. Atque ita tum ob id, tum ob fibras quarum interuentu mẽbrana hæc cranio committitur, externa facie admodum aspera, & inæqualis occurrit, quemadmodum etiam & ossa, præsertimque iuxta ossium foramina, & processus, ex quibus quodammodo enasci videtur, multoque magis iuxta suturas, quibus committitur tenuis admodum membranæ beneficio, quæ à pericranio exoritur, & per suturas ingrediens, in hanc membranam inseritur. Plerasqua insuper inæqualitates dura menynx ostendit, quibus nunc referendis, non immorabor cùm ex his, quæ in ossibus fiunt facilè innotescant. [f] Præterea dura hæc membrana inter cerebrum, ac cerebellum sese insinuat, & superiorem omnem cerebelli regionem obtegit, ipsum à cerebro dirimens. Ex medio quinetiam duræ menyngis, secundum vniuersam

Qui actum superioribus duobus libris.

Cerebrum cur in capite repositum.

Cerebri processus.

Prima cerebri membrana.

a li.vii.t.i.fi. i.ii. E.fi.iiii.
b ead.fi.i.D.
c lib.i.t.iiii. fi.vi.z.
d fi.i.AAAB
e li.i.t.v. fi.i. M.
f fi. vii. ooo.

vniuersam capitis longitudinem à fronte ad occiput, processus quidam educitur, qui deorsum protensus inter leuam dextramq; cerebri partem adigitur, falcis [g] imaginem exprimens, cuius mucro [h] processui octaui capitis ossis, qui sinus olfactus organorum diuidit, proximus est, basis cerebello contermina, acies, corpori [i] calloso, dorsum [k] caluariæ. Processus hi eandem ambo cum reliquo duræ menyngis crassitiem seruant, nisi [l] qua [m] cerebellum illa obtegit, vbi triplo crassior quam alibi occurrit. In hac insuper tunica sinus tres efformantur, vti prolixiùs sexto libro docebimus; vnus quidem [n] à coronali ad occipitis commissuram pertinens, duo verò [o] ab huius extremo enascentes, & ad suum singuli latus inter cerebrum, ac cerebellũ progredientes. Horum primus, processum falci similem crassiorem reddit, cui adhæret; & quanuis finibus hisce adapertis dura membrana gemma inibi appareat, statim tamen simplex deprehenditur. [p] Intima membranæ huius facies læuis admodum est, ac lucida, adipe omni vacans, & aqueo humore madens; hæret autem tenui membranæ medijs quibusdam [q] venarum, arteriarumque surculis ab vna in alteram porrectis; quod laxè adeo efficitur, vt cerebri impulsus minimè impediatur. Quinimo vt cordis inuolucrum, latius paulo effectum est, quò liberiùs cor extenderetur, sic dura hæc membrana paulo amplior cerebro effecta est, vt id extẽdi, & colligi posset, quemadmodum in his facilè conspicitur, quibus caluaria ob vulnus frangitur. Superessent nunc recensenda foramina, siue ductus, quos dura hæc membrana sibi vendicat; sed quia hæc [r] primus liber edocuit, illud intellexisse sufficiat, membranam hanc per omnia egredi foramina ex quibus nerui prodeunt, quos omnes inuestit; atque in omnibus partibus peruiam esse, in quas vena quæpiam, & arteria ingreditur; medullam item spinalem, neruosque omnes ab ea procedentes obuincire. Duræ menyngis officium est, venas arteriasque cerebrum enutrientes excipere. Huic [s] tenuis membrana proximè subtenditur, longè illa tenuior, molliorque; ac vndequaque læuis, & sibi continua; quæ cerebro adhærens, ipsum extrinsecus contegit; & in omnes ipsius anfractus sese indens, nullam non integit partem, calloso duntaxat excepto corpore, cui aut non obtenditur, aut ita hæret, vt dignosci nequaquam possit. Membrana hæc extima superficie læuis admodum est, & aqueo humore perfusa, interiore vero sede subaspera, perque ipsam quamplurimæ [t] venarum, arteriarumque propagines distribuuntur, nutrimentum cerebro deferentes.

Interssepti cerebri figura. *Interssepti sinus.* *Interior sedes.* *Duræ menyngis foramina, & processus.* *Tenuis membrana.*

g fi.iii.DDD. h ead.N. i ead. LL. k fi.i. CC.fi.ii.AA. fi.iii.EE. l fi.viii.VV. in ead. RR. m ead. RR. n fig.ii.inter duo AA. o fig. vii. PP QQ. p fi.ii. HH. q ead.FF. r cap.viii. s fi.ii.EE. t ead.CCDD

De Cerebro, & Cerebello. Cap. 2.

CErebrum anatomici duas in partes dirimunt; [a] anteriorem alteram, quam Cerebrum communiter appellamus, alteram [b] posteriorem, quam Cerebellum vocant. Anteriorem rursus in [c] dextram, [d] læuamque partiuntur. Verùm partes hæ omnes inferiori sede sibi continuæ sunt, iuxta capitis basim (basim appello caluariæ fundum super quo cerebrum firmatur;) pars quidem sinistra dextræ continuatur, callosi [e] corporis interuentu, quod ex alterius basi enatum, basi alterius affirmatur; alterius item corporis medio, quod huic substratum rectitudinem veluti efformare audies; nec non [f] septi beneficio super tertium ventriculum positi: tandemque eiusdem cerebri substantiæ interuentu copulantur, potissimũ ad spinalis medullæ exortum, qua etiam in parte duobus locis Cerebellum continuatur. Cerebrum vniuersum vnà cum Cerebello omnem opplet caluariæ cauitatem, cui vtrunque, tum magnitudine, tum figura correspondet: quanuis Cerebellum decuplo minus cerebro existat, sedemque in posteriore, humilioreque capitis regione quam occiput appellamus, obtineat, [g] foueas illas, sinus've infarciens quos in ima istius ossis parte consistere monuimus, & foueas quasdam ossium temporalium iuxta [h] mamillares processus, haud interim predictos sinus altitudine superans, ad mediam nempe occipitis regionem, nec vltra temporalium ossium partem auri dicatam protensum. Est itaque Cerebellum latum magis quam longum, profundum've; superiori parte modice depressum; inferiori verò latioris globi modo rotundum; in medio exiguam quandam [i] impressionem obtinet, à [k] tuberculo productam, quod occipitis ossi in interna

Cerebri partitio. *Cerebri situs, et figura, & primum cerebelli.* *Cerebelli figura.*

a fi.i.ii.iii. b fi.vii. OOO. fi.viii. RR. c fi.i.BB. d ead.AA. e fi.iii.LL. f fi. v.xx. g fi.xii. LN. h lib.i.t.iiii. fi.i.x. i fi.ix. C.fig. xi.CD. k fi.ix.Q.

interna ipsius regione adesse retulimus, cui impressioni dura membrana satis validè
l fi.x.K L adhæreſcit, anteriori verò sede, quà [l] eam cerebri partem reſpicit, quam natibus aſsimulari dicemus, modicè acuminatū eſt. Reliquam omnem capitis cauitatem cerebrū occupat, cui tam subtus, ſupraque, quam ad latera, & antrorſum figura respondet, etſi poſterior pars cerebello contermina, huic magis, quam caluariæ figuram habet congeneam. Ac proinde ſuperiori ſede, ad latera, & antrorſum, orbiculare cerebrū eſt; Cerebri figura. inferiori verò leuiter depreſſum & inæquale, quemadmodum & caluariæ baſis ob
m li.i.t.v. fi. i.H. ſinus in maioribus duabus cuneiformis [m] alis, & in frōtis oſſe inſculptos. Summatim, cerebri baſis oſsium capitis figuram inſculptam commonſtrat. Porrò cerebrū vti diximus membrana dirimitur, quæ ſeſe inter læuam, dextramque partem inſerit, ex octaui oſsis capitis proceſſu per capitis medium ad os vſque occipitis producta. Aſt vtraque pars impræſsiones quaſdam penitùs exculptas adipiſcitur, quæ in obliquos
n fi.ii. quoſdam anfractus actæ cerebri figuram [n] inteſtinorum inuolutionibus ſimilē reddunt. Impreſsiones has ad meliorē cerebri enutritionē factas eſſe arbitror; eademq; Cerebri impreſſionum vſus. de cauſa longam illam impræſsionem, quia cerebrum per medium diſtinguitur factam eſſe reor, citra quam ingens adeo moles nutriri minimè poſſet. Atque ideo cerebellum quod longè minus eſt, impreſsiones minus profundas, neque in tot ſinuoſos implexus actas nactum eſt; imò verò tam dextra, quam ſiniſtra cerebelli pars impreſsiones has æquidiſtantes ſecundum ipſius latitudinē obtinent, quę deorſum protenſæ, velut in puncto terminantur iuxta nucam, dextrę quidem ad dextrum latus, ſiniſtræ autem ad ſiniſtrum. Cerebri ac cerebelli ſubſtantia mollis, ac tenera eſt, quod Cerebri ſubſtantia. æquè in quouis animante, atque in homine animaduertere licet. Subſtantia hæc, etſi eam nonnulli capitis medullam vocant, à cęterorum tamen oſsium medulla differt, cùm neque ad ignem eliquetur, neque in famæ etiam euectis, vti alię medullæ ſolēt, abſumatur. Hęc haud vniformem vbique colorem obtinet, iuxta enim commemoratas impræſsiones, tam inera, quam ſupera ſede, multoq; magis externa facie à tenui menynge vti dicemus obtecta, cerebrum ſubobſcuri, & ſubcinericij coloris viſitur, Cerebri color. ita vt coloris quoſdam, & ipſe gyros impreſsionum conuolutionibus ſimiles, in cerebro efformare videatur. Cerebri reliquum albiſsimum eſt, nec conſpicua vlla vena Cerebri vena. implicitum, quanuis ferè non minus in benè valentibus quàm phrenitide captis hominibus, puncta quædam ſanguinea occurrant; quod eſſe nequaquam poſſet, ſi nulla ipſum vena perreptaret.

De Calloſo appellato corpore, & ventriculorum ſepto. Cap. 3.

a fi.iii.L L. CErebrum in dextram, læuamque partem diſtingui, & duri cuiuſdam, albique inſtar calli corporis interuentu committi antea retulimus. [a] Corpus id in cerebri medio ſitū eſt, licet poſtrema ipſius pars poſteriori cerebri ſedi paulò proximior Calloſi corporis ſitus. eſt, quàm anterior anteriori; eſtque album illud, & arctum corpus, quod dextra cerebri parte à ſiniſtra manibus leuiter diducta, in conſpectum venit, paulò magis in medio, quàm antè aut ponè protuberans, eum ferè in modum quo capitis vertex, frontem, occiput've ſuperat. Corpus id non ab exteriore cerebri parte cōmemoratis an- Superior calloſi corporis facies. fractibus inſignita, ſed ab interiore, quæ durior eſt, & albidior enaſcitur, ac proinde durum quoque, atque album ipſum eſt. Iuxta ſuperiorē huiuſce corporis regionem Duo huiuſce partis riuuli.
b ead. MM. vtrinque ad latera ſecundum ipſius longitudinem, [b] ſinus duo in cerebri ſubſtantia impreſſi habentur, qui vti etiam calloſum corpus eò euidentiores occurrunt, quo cerebrum validius ſurſum obliquè in latera ducimus. Eſtque ipſorum munus pituitam à capite delabentem per gibbam corporis calloſi ſuperficiem in palatum, & na-
c fi.v. R R R. res deducere. [c] Inferior, intima've corporis huius facies, leuiter ſurſum arcuatur,
d ead. Y Y. duoſque obtinet [d] canaliculos inſtar quartæ circuli partis, qui ſecundum corporis Inferior facies. huius longitudinē ducti, prominentem in medio lineam cōſtituunt, poſterius latā, ſenſimq; ac ſenſim anguſtatam, dum duæ quartæ circuli partes velut in punctū, com-
e fi.v. S T V. mitti videantur. Linea hæc paulatim attenuata defertur, rurſuſq; craſſeſcit, & in [e] cor- Duorum ventriculorum ſeptū.
f ead. i x x. pus inſeritur quod inſtar cornicis extructum eſſe dicemus, [f] ſeptū conſtituens in medio illius cauitatis, quam ſub hoc calloſo corpore efformari audies; corpus verò cal-

losum vnà cũ cornice testudinis effigiẽ refert. Septũ id licet eandẽ cũ cerebro substantiã obtineat, in medio tamẽ quod ad superiora, & inferiora pertinet, adeò est tenue, vt facilè satis pelluceat, & madidę hostiæ imaginẽ prę se ferat. Corporis huius officiũ, vti diximus est, dextrã cerebri partẽ sinistræ cõmittere; Septi verò partes sũt dictã cauitatẽ in duas distinguere, simulq; callosũ corpus suffulcire quò minus deprimat, aut supra ventriculos concidat, quod citra repentinã mortẽ contingere minimè posset.

Corporis callosi vsus.
Septi vsus.

De Cerebri ventriculis. Cap. 4.

Ventriculorum cerebri numerus.

MVltæ ac diuersæ admodum Theologorum, ac Philosophorum de cerebri ventriculis extitere sententię, omnesq; adeo absurdę, vt liquido hinc appareat maluisse eos disceptationibus excruciari, quàm vnius, aut alterius horę laborem in perscrutando cerebro impendere, bruti saltem cuiuspiam animantis, si hominis non poterant, vel nolebant. Dimissis igitur omnibus, quę multi hac de re, protulerunt, insomnijs, dico in cerebro tres duntaxat adesse vẽtriculos, dextrum scilicet, ac sinistrũ in ea cauitate insculptos, quam callosо corpori subijci prodidimus, intersepto diremptam; & alterum in horum duorum medio inferiùs paulò repositum. [a] Dexter, cui figura, situ reliquisq; omnibus [b] sinister correspondet in dextra cerebri parte, secundum ipsius longitudinem situs est, tantùm à fronte, & occipitis osse remotus, quantùm externum ventriculi huius latus à temporibus distat. Interno autẽ latere per totam corporis callosi longitudinem, haud magis inuicem distant, quàm quanta est cõmemorati septi [c] crassities. Vbi verò ad eam cerebri sedem pertingunt, quæ omnifariam disiuncta est, vt pars cerebello incumbens, parsq; frontis os adimplens, [d] multo magis inuicem abscedunt, prętерquam enim quod cerebri membranis dirimuntur, plurima etiam cerebri substantia eos interstinguit. Ac proinde dexter vẽtriculus initio, & fine in dextrum latus magis porrigitur, quàm in medio, eodẽq; modo sinister in sinistrũ latus. Quod si ambo vnà spectentur initio magis disidẽt, in medio magis coeunt. Ipsorũ autem vterq; posteriore sede rotũdus est, deorsumq; per cerebri substantiã fertur, in priora paululũ obliquatus; arctiorq; redditus ibi desinit, vbi olfactus [e] organa, & [f] visorios neruos principium habere audies, supra eã scilicet cuneiformis ossis [g] regionẽ quã sellæ consimilẽ esse narrauimus, sub media vẽtriculi huius lõgitudine, à fronte ad cerebellũ. Atq; inibi instar cornu mucronis in cerebri substãtiã porrectus, deorsumq; protensus, ad cerebri basim in vnã ipsius cõuolutionũ desinit. [h] Ambo hi vẽtriculi lęues, & aqueo quodã humore perfusi sunt, imò aqua vt plurimũ, prępsertim in recẽter mortuis pleni occurrũt. Quo fit vt magnopere nonnullos irridere soleã, q inopinatę cuiuspiã mortis causã indagãtes, caput aperiũt, & huiusmodi aquã in eo cõspiciẽtes, causã in ipsã referũt, minimè interim aduertẽtes ex naturę id pręscripto esse, vti ad profundẽdas lachrymas prõptitudo facilè attestat, simulq; ingẽs aquæ vis, quã tẽporis momẽto ex oculis prorumpere cõspicimus: eo enim instãti produci existimare planè ridiculũ est. Hi ergo vẽtriculi aquę copiã effatu dignã ferè cõtinẽt; parsq; ipsorũ superior, queadmodũ & latera, lęuis est, & vndequaq; ęqualis, licet quà extrorsũ obliquãtur tuberculis aliquot prominere videantur. Inferiorẽ partẽ reddit asperã [i] sinus quidã ab externo latere posterioris horũ ventriculorũ partis exortus, & ad cõmunẽ amborũ cauitatẽ, tertiũ scilicet vẽtriculũ prorepẽs, qui ad faciliorẽ pituitę defluxũ cõfert. Huiusmodi etiã asperitatẽ adauget, vẽtriculorũ à posterioribus in anteriora reflexus, quo efficitur vt in anteriori posterioriq; imę vẽtriculi sedis, regione, mõticulus appareat, qui à dextra ad lęuã, versus cõmunẽ vẽtriculorũ cauitatẽ decliuis tẽdit; humilior enim priorũ vẽtriculorũ pars, quę tota septi lõgitudine cõtinua est, in medio, vbi septũ hoc deficit, cauitatẽ cõstituit, ambobus vẽtriculis cõmunem. [l] [k] Cauitatẽ hãc tertiũ appellamus ventriculũ, ex quo bini educũtur meatus. Alter ex humiliori ipsius regione, vbi vallis ritu cõcauus est per omnẽ vẽtriculi longitudinẽ, rectã deorsum versus ossis cuneiformis foueã porrigitur, in qua glandulã haberi monebimus capitis pituitam excipientem. [m] Alter, qui magnã ventriculi huius partem constituit, inter cerebri [n] testes, natesq; ac super dorsalis medullę initiũ deorsum fertur, dum in [o] exiguam admodũ cauitatem desinat, cerebello ac dorsali medullæ cõmunem, quam aliqui quartum ventriculum nuncupant; & vlterius supra posteriorem

Primus, & secundus.

In cerebri ventriculis aqua ferè continetur.

Tertius ventriculus.
Ipsius riuuli.

a figu.iiii.v. M M N N. fi.vi.E.
b ead. L L.
c fi.iiii.III.
d ead. inter L & M.
e fi.xiii. L L.
f ead. N O.
g ead. sub M.
h fi iiii. L M N N.
i fi.vi. R S.
k fig.vi. sub H & sub I. fi.vii.viii. H
l fi.xvi.xviii. A.
m fig.vii. K. fi.viii. K. L. fi.x. B.C.
n fi.vii. M N fi. viii. N O P Q. figu.x. E F G H.
o lib.vii. t.i. fi.i.

rem dorsalis medullæ principij partem procedens, per ipsam tantisper fertur dũ caluariam sit egressurus, canalis cuiusdam, siue scriptorij calami effigiem referens: extremum nanque canalis tertij ventriculi, quod nates interiacet, anumque apposité æmulatur, internam calami amplitudinem constituit; crena verò & cuspides calami, in ima canalis parte conspiciuntur; apices autem crenæ calami qua characteres fingũtur canalis lateribus adamussim correspondent. Meatus hic haud exactè orbicularis est, sed triangularis; inferiori enim sede vnde inceperat, eandem vallis imaginẽ seruat; in superiore verò parte, quæ [p] glandulæ venarum, arteriarumque tertiũ hunc ventriculum petentium diuisioni subiectæ, proxima est, alia est linea, quæ duobus commemorati meatus lateribus committitur, alia duo latera cum illis constituens. [q] Solet & interdum ex imo meatus istius angulo, statim atque inter cerebri testes ferri incipit, alter deduci meatus, qui cerebri substantiam peruadens, in pituitæ colatorium terminatur. Tribus hisce ventriculis, [r] alius insuper accedit, qui exigua cauitas est, dorsalis medullæ initio, & cerebello communis, in quam tertium ventriculum pertinere tradidimus, quęque quartus ventriculus cunctis dicitur; etsi non video quã benè id ei nominis adoptent, cùm à cerebri substantia haud vndique comprehendatur, quod ad ventriculi constitutionem requiritur. Sed ventriculus ne, an non, appelletur, parum omninò interest; illud intellexisse sufficiat, ipsum adesse, nihilque pręter aquam in se continere. Primus autem & secundus, præter aqueum humorem, rete quoddam ex numerosis, ac tenuissimis arterijs intextum continent, quod plexus propterea dicitur, de quo prolixiùs suo loco sermonẽ habebimus; tertius verò [s] venam admittit plexum efformantem. [t] Pręterea tres hi ventriculi tenui admodũ membrana intus succinguntur, vti optimè Galenus aduertit, quanuis Vesalio secus videatur, quam pię menyngis portionem esse pro certo habeo. Quartus ventriculus nulla membrana obducitur, ideoque ventriculi appellationem minimè meretur. Horum ventriculorum munus est, vti maxima medicorum, & philosophorum pars prodiderunt, animales procreare spiritus, quod & ipse quoque arbitror. Qua autẽ ratione gignantur, qua item ipsorum alij alias edant functiones, decerni posse existimare, ridiculum apud me est.

Marginalia: p fig.vii.I.fi.x.D. — q fi.viii.K. — r fi.ix.I.fi.x.LMNO. — *Quartus ventriculus.* — *In primo, & secundo ventriculo quid contineatur.* — s lib.vi.t.iii.fi.ii.Q. — t fi.iiii.v.oo.fi.vi.MN. — *Ventriculorum cerebri vsus.*

De cerebri corpore testitudinis faciem præ se ferente. Cap. 5.

AD cerebri medium, sub duum priorum ventriculorum septo [a] corpus quoddã reponitur, tenue ac fornicis ritu arcuatum, eiusdẽ cum [b] calloso corpore substantiæ, magnitudinis, atque vsus. Id ex posteriori dictorum vẽtriculorum parte quà in priora reflectuntur exoritur; parsque ipsius è dextro pendens ventriculo ei committitur, quam sinister ventriculus educit; & ambę simul [c] corpus quoddam constituunt latum, quod statim ab ortu à ventriculorum substantia remouetur, sicque antrorsum tendit, angustiùs vsque redditum, dum in [d] apicem desinat, iuxta anteriorẽ [e] tertij ventriculi sedem; qua in parte apicis huius interuẽtu cum cerebri substantia coalescit, duobus quidem ventriculis stratum, tertio verò tectum præstans. Corporis huius figura triangularis est, ex inęqualibus conflata lateribus: [f] primum enim ideq; breuissimũ [g] ex posteriori dextri ventriculi sede ad eandem sinistri pertinet; secundum ac tertium alterum dextri, alterum sinistri ventriculi latera constituunt. Iuxta ipsa verò [h] plexum illum arterialem ferri audies, quem in duobus prioribus ventriculis conspici tradidimus. Anguli omnes trium horum laterum inferiore duntaxat regione cerebri substantię committuntur, ad latera enim nullatenus coeunt; superiore autem parte, acutus tantum angulus in priora vergens ipsis copulatur. Inferiore sede corpus id alteram duntaxat faciem in arcum prominentem nanciscitur, tertio vẽtriculo incumbentem, ex qua corpus cornicis nomen adeptum est. Extima facie, quæ gibba est, in medio secundum longitudinem extuberanti linea insignitur, cui septũ inniti diximus, priores duos ventriculos dirimens. Corpus id perinde, atque corpus callosum insignis tenuitatis membrana obducitur; in id productum, vt tertium ventriculum obtegat, simulque cerebrum sustineat, quò minus super ipsum concidat.

Marginalia: a fi.iiii.LM.fi.v.ST.fig.vi.BC. — *Corporis istius situs.* — b fi.iii.LL. — c fi.v.S.continuatur T.& in vi.BA, ad AC. — d fi.v.V. — e fi.vi.iuxta P. — *Figura.* — f fi.v.à T.ad S. — g cad. ab T ad V & ab S, ad V. — h ead.o,o.fi.iiii.o,o.fig.vi.M,N. — *Vsus.*

De Cerebri glandulæ pineæ nucis imaginem referens. Cap. 6.

Glandulæ huius vsus.

IVxta posteriorem corporis [a] huius in cornicem extructis sedem, [b] glandula quædam reponitur pineæ nuci perquam similis, κωνάριον veteribus appellata. Quæ à cerebri basis substantia enascitur, [c] meatus conspicitur, à tertio ventriculo in quartum pertinens; hæc mucronem suum habet sursum spectantem; & editiori anteriorique cerebri [d] testiculorum sedi innititur; ac plerunque in cerebri extractione, venæ cuidam hærere solet, quam hàc perreptare docebimus, cui dum in varias propagines discinditur, pro fulcro est.

Vsus.

a fi.v. STV. fi.vi. AAA.
b fi.vii.I.fig. viii.M.fi.x. D.
c fi.vii.K.fi. x.B.
d ead. NN. fi.x.FG.

De testiculis natibusque cerebri. Cap. 7.

Corporis huius situs.

IN cerebro etiam, inter anteriorem [a] cerebelli [b] posterioremque cerebri partem; nec non inter spinalis medullæ initium, ac superiorem cerebri partem cerebello incumbentem, aliud [c] corpus visitur, cuius infima pars duabus mutuò commissis natibus, editior verò duobus testibus consimilis existit, vnde illa γλουτίον, hoc est natula, hęc vero δίδυμιον hoc est testiculus dicta est. Corpus id anteriore, inferiorique sede cerebro committitur, imò ipsius interuentu dextra cerebri pars sinistræ copulatur: à lateribus verò, superiùs, ac posteriùs nulli adnectitur parti, imò à tenui menynge, vt & vniuersa cerebri superficies obtegitur; atque ob id eandem tum substantiã, tum colorem cum cæteris partibus extra cerebrum positis obtinet. Munus ipsius est, cerebrum quò minus super meatum à tertio ventriculo ad quartum tendentem concidat, ipsumque obturet, continere.

Figura.

a fig.vii.xx
b ead BC.
c fi.vii.MN inter HKX X.

De Vermicularibus cerebri processibus. Cap. 8.

Horum processuum situs, & figura.

CErebrum anteriori, atque infima sede, processum obtinet, qui retrorsum progreditur in gyros quosdam vermis, aut tineę ritu actus; hic duos educit apices, quorum [a] alter anteriorem quarti ventriculi sedem, [b] alter posteriorem respicit, eandem ambo figuram seruantes, vnde græcis σκωληκοειδεῖς hoc est vermiformes dicti sunt. Quę horum processuum partes sint, vti apud me incertum est, sic illud, pro rato habendum ipsorum neutrum [c] meatus [d] orificio obturando famulari, qui à tertio ventriculo in quartum proficiscitur. Nam nec illi voluntario quo id præstare valeant, motu pollent, nec meatum occludi necessum est, si per eum animales spiritus ad spinę medullam deferri debeant, vt concors est omnium sententia.

Munus.

a fi.xi.CDH
b ead. CDI.
c fi.vii.K.
d fi.x.C.

De Pelui, & Glandula cerebri pituitam expurgantibus. Cap. 9.

IN cerebro duos haberi meatus expurgandæ pituitæ dicatos antea retulimus. Eorum [a] prior, frequentiùs occurrens ex tertio ventriculo exoritur, & supra ossis cuneiformis [b] foueam terminatur. [c] Alter perquàm raròvisitur, longè arctior, proditque ex [d] meatu à tertio ventriculo ad quartum, sub cerebri natibus exporrecto; ac in priora deorsum sensim protensus fertur, donec in prioris meatus extremum pertingat, vbi orificium ex ambobus exurgit. Ad [e] orificij huius latera, ex tenui menynge, cerebri basim succingente [f] apex quidam, siue processus educitur, similem cũ reliquo ipsius substantiam obtinens, nisi quòd gracilioribus, frequentioribusque venis hic intexitur. Processus huius initium infundibuli oris imaginem eleganter exprimit; sensim nanque infundibili ritu in arctum cogitur, donec tandem in angustam desinat fistulam, quæ duræ menyngis foramen traijciens, supra glandulam desinit, cuneiformis ossis sedi insidentẽ, inferiùs orbicularem, superiùs verò fouea quadã in medio sinuatam, qua pituitam excipit. In fundibulo hoc tanquam colo vniuersa capitis pituita percolatur. Ipsamque excipiens [g] glandula, vti diximus, humiliori sede orbicularis est, superiori leuiter depressa, à lateribus rotunda, & ad tetragonum acce-

Peluis figura.

Glandulæ figura.

a fi. vii. viii. I.
b li.i.t.v.fi.i M.
c fi.viii.iuxta K.
d fi.vii.viii K.fi.x. B.C
e fi.xiiii. D
f fi.xiiii.CC fi.xv. E.fig xvi.B.
g figu. xvi xviii.A.

accedens. Substantia constat paulò quàm cæterarum glandium duriore, tenuique vndique membrana obducta, quæ à membrana ex qua peluim efformari diximus, exoritur, aut à membrana caluariam inibi obtegente, qua efficitur, vt dura membrana

h fi.xvi. FF. caluariam minimè contangat, quaque glandula hęc alligatur: Cui duę h soporalis arterię propagines, vti dicemus, innituntur, quæ rete admirabile, (vt dissectionis professores quidam existimarunt,) nullum constituunt. Ad glandulæ huius latera i canales duo vtrinque descendunt, alter in priora, qui k in foramen desinit, l secundo cerebri neruorum pari egressum prębens; alter in posteriora magis descendit, & per inæqualem asperamque scissuram ducitur, cuneiformi, temporum, & occipitis ossi communem, quę tertio cuneiformis osis foramini proxima est, insigniori soporalis arteriæ ramo ingressum largienti. Hi omnes meatus expurgandę cerebri pituitæ opitulantur, duo quippe riuuli, quos in cerebri substantia super osse cuneiformi insculpi diximus, ventriculorum humorem expurgant, & in peluim deferunt, siue infundibulum. Hoc verò infundibulum, superiùs latum est, tū meatuum in ipsum desinentium gratia, tum dextri, sinistrique ventriculi capitum, quæ inibi desinunt, excipiendorum occasione. In id etiam capax adeo huiusmodi infundibulum extructum est, vt si quid pituitæ, humoris've super m calloso corpore, aut in n finibus in ipso incisis colligeretur, id facilè in infundibulum piæ menyngis beneficio illabi posset; siue nanque à posteriori, siue ab anteriori callosi corporis parte humor huiusmo di defluat, semper in duram menyngem, quæ cerebri basim inuestit, hincque in colum prolabitur. Quod (quò decliuiùs fertur) eo angustius redditum, pituitam omnem excipit, eamque per exiguum quoddam in tenui menynge incisum foramen reiectans, in commemoratę glandulis centrum procumbere sinit. Ex qua per sinus illos siue riuulos, quos iuxta cuneiformis osis o foueam exoriri tradidimus, pituita deducta, partim per foramina in palatum pertinentia illabitur, partim per ea, quę in oculos pertinent, partim per alia caluariæ foramina, neruis quidem egressum, venis verò atque arterijs ingressum prębentia, nullum pręterea peculiare foramen obtinēs per quod expurgetur. Neque vllus eam ad nares meatus deducit, cùm per eas pituita secundam naturam minimè excerni soleat, sed in materię duntaxat exuperantia, vt in coriza. Atque in his eorum omnium, quę ad cerebri historiam pertinent, tractationem absoluimus; De veterum nanque plexibus alijs quidem reti, alijs verò secundinę similibus, sexto libro seorsum agemus.

i fig.xix.CDEF. k li.i.t.v.fi.i.G. l fig.xiiii.xv.G. m fi.iii. LL. n cad. MM. o li.i.t.v.fi.i.M.

Meatus pituitā in expurgantibus. *Infundibuli vsus.* *Pituita per nares ferè non expurgatur.*

De sensibus exterioribus. Cap. 10.

Corporis nostri compage, ac structura in medium proposita, tribusque in eo po sitis principijs, ipsius nunc perfectiones nobis pertractandę superessent. Nam pręter nutritionem, vitam, ac sensum, exterioribus quibusdam sensibus opus habuit, quorum ope in productarum rerum, & consequenter in ipsarum opificis notitiam meliùs deuenire possemus. Deus igitur tam homini, quam bruto vnicuique tactus in primis, & gustatus sensum largitus est, quibus noxiū à salutifero discernitur; secundariò auditum, quo tum doctrinas, ac scientias, quibus perfectiores euadimus, tum etiam vocum discrimina, & sonorum concentus audimus, quibus in cœlestium quodammodo cōcentuum, & animę nostræ constructionis cognitionem manu ducimur. Post hęc olfactus sensum à Deo accepimus; ac postremò visum, solam omnis cognitionis originem; sine quo quidquid de mundi machina disceptatur, quidquid scitur, semper hominem latuisset. Nisi enim prius Cœlum, Solem, Lunam, Sydera, ipsorumque motiones, tenebras insuper, ac lucem, intuiti essemus, quibus omnibus in naturalium causarum, ipsorumque motoris notitiam impellimur, & excitamur, dubiò procul bonorum omnium, quæ in hac vita in nos conferri poterant, præstantisimo careremus. Quia verò de sensu auditus primo libro disseruimus, de olfactus autem Gustatus, & Tactus instrumentis vnà cum neruis acturi sumus; hic de oculis duntaxat, verba faciamus.

Visus sensuum exteriorum precipuus.

De Oculis. Cap. 11.

DIximus primo libro inter frontis, & primum quartumque superioris maxillæ os orbicularem vtrinque cauitatem efformari, quæ introrsum acta velut in trianguli mucronem desinit; cauitatem hanc oculi orbitam cõmuniter appellant in qua oculus consistit; secundo autem libro musculos ipsius motores prosequuti sumus. *Oculi structura.* Nunc peculiarem ipsius constructionem perscrutari operæprecium erit. Scire igitur oportet [a] humanum oculum absolutæ rotunditatis esse, atque ex triplici humore naturæ propemodum aqueæ constare, vnde eiusdẽ & ipse vniuersus naturæ est. [b] Horum humorum primus, fuso vitro similis est, quia pellucidus, adeoque liquidus, vt ab oculo exemptus, ilicò naturalem suam figuram amittat. *Humor vitreus.* Hic græcis ὑαλοειδὴς, Latinis vitreus dictus est, qui plus quam sex partes oculi cauitatis occupat; estque posteriore sede globosus, anteriore planus; & exiguum in medio sinũ edit; in quem alius [c] humor longè durior excipitur, crystalli modo pellucidus, vnde crystallinus humor dictus est, cuius figura exactè ferè lentis imaginem exprimit, vnde ipsum nonnulli φακοειδῆ appellarunt. Humor hic externa facie admodum læuis, & lubricus est, & *Prima oculi tunica.* tenui admodum tunica obductus, aranearum telis simili, atque aranea ob id nuncupata; posteriore sede nulla tunica obtegitur, humore scilicet vitreo vti diximus exceptus. Qui anteriore, ac posteriore sede tenuissima quadã [d] tunica includitur, quæ, *Secunda.* (vt mea fert opinio,) [e] membranę araneæ pars existit. Præter hanc membranam, alia insuper posteriori tantũmodo huiusce humoris parti obducitur, è visorij [f] nerui substantia educta, quem in centrum posterioris oculi sedis è regione pupillę adamussim inseri tradidimus. Ad hanc igitur partem neruus iste perductus, mollior paulò ipsius substantia redditur, & in membranam dilatatur, posteriori vitrei humoris regioni obductam, & [g] quibusdã venarum, arteriarumque propaginibus, vti dicemus, conspersam. Tunicam hanc plerique inter aliàs minimè retulerunt, quòd aliarum membranarum modo dura non fit, sed mollis instar muci; in se nanque collecta cerebri substantiam aqua liquefactam appositè refert, explicata verò rete paruum æmu*Tertia.*latur, ac propterea ἀμφιβληστροειδὴς, siue Retina dicta est. [h] Tertia oculi tunica, quæ secundæ obducitur, nullatenus interim ipsi colligata ex [i] tenui menynge [k] visorium neruum induente producitur, totumque oculum, tam antica, quàm postica parte inuoluit, figuram edens rotundam, nisi quod anteriùs, vbi oculi nigrum pertingit, leuiter [l] introrsum comprimitur; atque in huius compressionis medio exiguum quoddam foramen visitur, oculi pupillam constituens. Tunica hæc vuæ acino, cui exemptus sit pediculus, & leuiter introrsum acto, per quàm similis est, vnde ipsam græci ῥαγοειδῆ, aut ῥῶγα, Latini vueam nuncuparunt. Aliquibus etiam ῥαγοειδὴς appellatur, quòd ex dura menynge procreetur, aut quòd per eam venæ oculum enutrientes disseminentur, quemadmodum per tenuem menyngem, quæ cerebro ali*Quarta.*menta porrigunt. Tunicæ huic [m] alia circunducitur, oculum vniuersum obtegens; proditque ex dura menynge visorium neruum inuoluente, quæ vbi ad posticã oculi regionem pertingit, statim dilatatur, & durior crassiorque reddita, oculum circumcirca, tam anteriore quam posteriore parte obtegit. [n] Posterior tamen ipsius pars, à visorio neruo ad nigrum oculi porrecta, longè durior est, & alba, non pellucens, vt *Cornea eadem ac dura.* nec dura menynx; vnde σκληρότης hoc est dura dicta est. Ipsius [o] reliquum, vbi scilicet oculi nigrum consistit, laternæ cornu imaginem præ se fert, ex duabus enim squamis extruitur, læuibus pellucidis, & cornu instar duris, præsertimque in senibus quibus adeò obdurescit, vt obtutum ipsis adimat, eamque sibiipsis radere cogantur. Partem hanc præsentis tunicæ, veteres à cornu effigie κερατοειδῆ, siue corneam nuncuparunt. Ac ipsius partium, tam in substantia, quam in appellatione varietas nonnullos in eam sententiam adduxit, vt plures vna esse arbitrarentur; at ipsius cõtinuatio liquidò attestatur, haud plures vna esse, quæ interna facie dum ad oculi nigrum pertingat, [p] vueam citra rei alicuius interuentum amplexatur; imò verò quibusdam [q] venarum, arteriarumque surculis inuicem hærent, quos mutuò sibiipsis porrigunt,

a tab.iij.fi.i. xix.li.ii. ta. xv.fi.xx.xxi xxii. xxiii.
b t.iii.fi.i.G. fig.iiii.v. vi. viii.a.
c fi.i.A. fi.ii. iii.fi.v.T.fi. vi.v.fig. vii. x.
d fi.xi.xii.
e fi i.B.fig.x. d.fi.xii.i.
f fig.i.D.fig. xiii.x.fi.xv. n.fi.xvii. a.
g fi.xviii.
h fi.i. G.fig. xiiii.xv.
i fi.i.F.fi.xv. o.fi.xvii. β.
k fig.i. D.fi. xv.n.fi.xvii. α.
l fig.i.H.fig. xiiii. m. fig. xv.γ.
m fi.i. M.fi. xvi.fig.xvii. γ.
n fig. xvii. à neruo ad circulũ nigrũ.
o t.iiii.fig.i. n.fi.vi. xvii. x.y. fig. xix. 6.n.
p ead. fi. xv. u,u.
q ead. tt. fi. xv.pp.

perinde ac cerebri menynges solent, præsertimque circa iridem, vbi validissime co-
r ead.fi.i.inter. N.& I. hęrescunt. Ab iride verò in priora, tota ea pars, (quę cornea dicitur) ab ea [r] abscedit,
s fi.xv. inter duo qq vuea enim vti diximus introrsum inibi [s] adacta est. Interuallum hoc inter duas hasce
tunicas interiacens, [t] humore quodam oppletur, qui ab aquę similitudine ὑδατώδης
t ead. fi. vii. y.fi.viii.b. hoc est aqueus dicitur; Alij quòd oui albumen referat, albuginem vocarunt. Cuius *Aqueus humor.*
haud ea copia est, quam sibi Vesalius in animum induxit, oculo enim mortui etiã hominis reserato, haud plures quàm sex, septem've aquæ guttę prosiliunt. Humor is vitreo longè liquidior est, quòd si quando instar cępę inuolucri crassescat, suffusionẽ committens, tantisper visum adimit, dum acu tenuissima in tunicam corneam adacta membranam illam, siue suffusionem pupillę prępositam deiecerint: fit etiam interdum, vt humore hoc aut exoluto, aut infortunio quopiam foràs prosiliente, statim visus deperdatur, nulla interim lęsione in oculo occurrente. Id parenti meo annum agenti quadragesimum contigit, qui cultri mucrone sibimet in oculum infixo statimque manu ipsi admota, leuiter ipsum expręsserat, & humor hic foràs prodierat, quod visus in eo oculo amissio ilicò sequuta est, nulla tamen noxa in eo plùs quàm in altero sese prodente. Sed vt ad hanc tunicã redeamus, exteriùs, quà pellucet, lęuis est; reliquum verò ipsius asperum, non aliter, ac cæterę membranę, alteri
u fi xviii. per totum exteriorem circulum. cuipiam adherentes. Huic insternitur [u] quinta ex musculorum oculum mouentium *Quinta oculi tunica.*
capitibus educta; quę anteriorem omnem oculi regionem ad iridem vsque obtegit, ad oculum caluarię validiùs affirmandum conferens. Sequitur postremò [x] sexta, al-
x fig.i.o.fig. xix Q. ad tertium circulum. ba, siue adhærens dicta, quæ anteriorem quoque oculi regionem extrinsecus ad iri- *Alba siue adhærens.*
dem vsque ambit, pertinaciter adeo quintæ adhęrens, vt difficili negocio separetur; hæc admodum tenuis existit, & internæ palpebrarum membranæ continua est. Iam
verò vt rem in pauca contrahamus, tres oculo humores insunt; primùm quidem, du- *Partium oculi omnium breuis enumeratio.*
y fig.i o fig. vii.y. fi.vii. b. cto ab anterioribus exordio, adest [y] aqueus, hunc sequitur [z] chrystallinus, postremò
[a] vitreus. Tunicæ sex habentur; prima, vt ab intimis exordiamur, est aranea, siue
z fig.i. A.fi. ii.iii. R. fig. iiii.S.fig.vi. u. ἀραχνοειδής; secunda Retina, siue ἀμφιβληστροειδής; tertia vuea, siue ῥαγοειδής, siue
χοροειδής; quarta est dura, σκληρότης dicta; Quinta ea est quæ à musculorum nascitur capitibus, cui nullum nomen est inditum quòd hæc veteres latuerit; sexta, alba.
a fig.vii.x.fi. i.C. fi.iiii.v. vi. fi. viii. a. Enarranda duntaxat nobis ea membrana, siue vt meliùs dicam circulus ille superesset, inter humorem chrystallinum, & vitreum extrinsecùs occurrens, quem multi pro peculiari tunica enumerarunt; ego verò araneæ partem esse pro certo habeo, & puncta illa nigra in ipso occurrentia, vueæ partem esse arbitror, quæ abscedens relinquit. Sed peculiaris'ne tunica sit, nec ne, parum interest, modo scias, tenuissimam esse membranam, inter chrystallinum humorem & vitreum interiectam. Atque hic finem præsenti libro imponam; oculi enim partium functiones prosequi, arduum adeo duco (præterquàm quòd extra propositum nostrum quodãmodo est) vt vnicuique perscrutandum id relinquere malim, quàm prouinciam eam suscipere, vnde laudis vsque adeo parum in me possit accedere.

CHARACTERVM QVI LIBRI QVINTI, IN QVO DE CEREBRO, ET SENsuum organis agitur, tabulis inscribuntur explicatio.

TABVLA I. FIGV. I.

PRIMÆ *itaque tabulæ figura prima, totum cerebrum dura menynge adhuc opertum ostendit, orbiculatim ob id dissecto, quantum necesse erat, sublatoq; craneo.*

AA Dextrum duræ cerebri membranæ latus, seu eius mẽbranæ pars dextram cerebri regionem ambiens.

BB Sinistrum duræ cerebri membranæ latus.

CC Tertius duræ membranæ sinus secundum capitis longitudinem expor rectus.

DD D. Duo inuicem appositi ductus, venarũ modò in duram cerebri mẽbranam secundùm ipsius vniuersum latus excurrentes.

E Ductus duræ cerebri membranæ, in quem sexta caluariam ingrediens vena exhauritur.

F His characteribus venulæ indicantur, à dura cerebri membrana per caluariæ foraminula ad capitis cutem, membranasque caluariã succingentes, transmissæ, quarũ frequentiores, & crassiores iuxta F maximè latitantis sedem plerunque obseruantur.

GG G. Portiunculæ fibrarũ à dura membrana per coronalem suturam ad caluariam succingẽtis membranæ constitutionem prosilientium.

HH Portiunculæ fibrarum quibus sagittalis sutura viam offert.

II Hi quoque characteres in vmbra occipitij regionis latitant, sedem notantes, à qua fibræ porrigũtur per suturam Λ Græcorum similem, ad caluariç inuolucri constitutionem deductæ.

K Vnum tuberculum eorum quæ inęqualibus caluariæ sinibus plerunque iuxta sagittalis suturæ cum coronali coitum conspicuis, adnasci solent.

L Cauitas frontis ossi iuxta superciliorum sedem propria.

MN M. Craneum, N pericraneũ notat.

FIGVRA II.

IN *hac figura duplici sectione, ad angulos rectos ducta, duram menyngem diuisimus, & inuersa deorsum pendere fecimus, vt tenuis membrana melius conspiceretur.*

AA A. Elatior sedes duræ mẽbranę processus, dextram & sinistram cerebri partes intercedentis.

BB Tertij duræ membranę sinus cauitas hic est in propatulo.

CC Orificia, vasorumque initia ex tertio durę membranę sinu in tenuẽ membranã pertinentiũ: atque hic vasorũ orificia in cõspicuo sunt. à læuo huius sinus latere in tenuis membranæ partem pertinentiũ, quæ sinistræ cerebri sedi obuolui tur. Orificia autem à dextro latere pronata, hic nõ conspiciuntur, verùm initia occurrunt vasorum in tenuem membranam, qua dextrę cerebri sedi obuoluitur propagatorum, ac

DD D D, D & D insignitorum.

EE *&c.* Tenuis membrana cerebrũ inuestiens.

FFF Ductus, vasa've in tenui membrana secundùm cerebri inuolutionum seriem excurrentia.

GG G. Propagines notantur à ductibus secundum durę membranę latera excurrentibus, in tenuem membranam pertinentes.


HH H. Duræ membranæ portiones à tenui membrana diuulso, & deorsum reflexæ.

FIGVRA III.


IN *hac figura ostenditur cerebrũ vtraque menynge exutum, & di-*

TABVLA I LIBRI V

FIGVRA I



II




III




IIII




IIII



V



VI



ductum versus vtrunque latus: quo scilicet duræ menyngis portio falci similis latus sinistrum à dextro separans, magis conspicua sit, & corporis callosi sedes elegantius se spectãdam offerat.

AA A. Dextra cerebri pars.

BBB Sinistra cerebri pars.

CC &c. Hic passim cerebri conuolutiones, gyri, & anfractus indicantur.

DD D. Duræ cerebri membranę portio, dextram cerebri partẽ, & sinistrã intercedens, hic ex sua sede super sinistram cerebri partẽ producta.

EEE Quando primùm dextram cerebri partem à sinistra inter dissecandũ diducere contendimus, tunc manus ope ea vasa effringuntur, quæ ex tertio duræ membranę sinu in tenuem membranã vtrobiq; pertinent. ac proinde quum in huius figurę administratione id quoq; nobis faciendum fuerit, effracta eorum vasorum initia hic oculis subijciuntur.

F Ductus venæ modo in humiliorem sedem duræ membranæ partis excurrens, quæ dextram cerebri partem à sinistra disterminant, atque hic ductus à quarto duræ mẽbranæ sinu anteriori sede enascitur.

GG G. Ductus iam ante F insigniti propagines in eandem duræ mẽbranæ partem sursum aliquousque excurrentes.

HH H. Surculi ab humiliori angulo tertij duę membranæ sinus propagati, in duræ membranæ partem, qua dextra cerebri pars à sinistra dirimitur.

II Principia sunt ductuum, quia à quarto duræ membranæ sinu venarũ prorsus modo in tenuem cerebri membranam secundum superiorem callosi corporis regionẽ perferũtur, atque hic vnà cum tenui membrana auulsa sunt.

K Initium vasis à quarti sinus duræ mẽbranę termino pronati, atque sub eo cerebri corpore quod testitudini seu cameræ instar arcus cõstructæ assimilamus, in tertium cerebri vẽtriculum, & dehinc ad plexus constitutionem excurrentis, quem secundæ seu extimo fœtus nuolucris comparamus.

LL Cerebri callosum corpus.

MM Sinus vtrinque ad callosi corporis latera in cerebro cõspicui, quos hic aliter quàm modò præstitimus, exprimere nequimus, quum angusti sint, & angustiores rimas plurimùm referant.

N Portio duræ membranæ partis, dextram cerebri sedem, ac sinistram interuenientis, ac superius D aliquot insignitæ, quæ septo connascebatur, olfactus organorum sinus dirimenti, octaui capitis ossis processui.

OO Tenuis membranæ portio à cerebro diuulsa.

PP Duræ cerebri membranę portio.

FIGVRA IIII.

IN quarta figura omnes duræ, tenuisq; membranarum partes resecuimus, quæ in prioribus figuris occurrerunt, ac dein dextram sinistrãq; cerebri portionem sectionis serie ita ademimus, ut iam cerebri ventriculi in conspectum venire incipiant.

AA A. Cerebri adhuc in caluaria relicti pars dextra.

BBB Pars sinistra.

CCC Portio cerebri dextra, quæ sectionis serie à reliquo cerebro ablata, hic resupina iacet.

DD D. Lineæ partim cerebri anfractus, & partim varium cerebri substantię colorem cõmonstrantes. quicquid enim extra lineas consistit, quasi luteum, & subcinericiũ magis est: quicquid intra, ad amussim album visitur. quemadmodũ

E F E & F in dextra, & sinistra cere-

G H bri parte luteum est: G verò & H album prorsus, & interdũ rubris punctis interstinctum.

III Callosum corpus vtrinque à cerebri substantia, cui alioqui continuatur liberum.

KK Callosi corporis portiuncula, adhuc sinistræ cerebri parti, quæ adempta est, continua.

LL Dextri cerebri ventriculus.

MM Sinister cerebri ventriculus.

NN Sinister ventriculi superioris sedis portio.

OO Plexus cerebri ab imagine quam cũ extimo fœtus inuolucro similem exigit, χοροειδὴς nuncupatus.

PP Aranearũ modo graciles venę, dextri, & sinistri vẽtriculi substantię hoc in loco connatæ, ac ab illis diductæ vasis, quæ nuper cõmemoratum, & secundę nõ absimilem plexum extruunt.

Q Venulæ à nuper quoque commemoratis vasis in tenuem cerebri membranam sub callosi corporis anteriori sede huc excurrentes, & incerta serie (quemadmodum & P notatę) inter resecãdũ se offerẽtes.

Figvra v.

Præsens *figura quòd ad relictam in caluaria cerebri portionẽ attinet, nulla ex parte variat: atque id solum habet proprium, quod callosum corpus hic anteriori sua sede à cerebro primùm liberauimus, ac dein eleuatum in posteriora reflex imus, septum dextri, ac sinistri ventriculorum diuellentes, et corporis instar testudinis extructi superiorem superficiem ob oculos ponentes.*

AQ Ab A ad Q vsque omnes characteres idem ostendunt quod in figura quarta.

RRR Notatur inferior callosi corporis superficies: est enim à sua sede motum, atque in posteriora reflexũ.

STV Superior corporis instar fornicis, seu testudinis extructi superficies, & veluti ipsius triangularis circũscriptio quam ab S ad T, & à T ad V, ab V ad T metimur.

XX Dextrum ventriculum & sinistrum intercedentis septi inferior pars, corpori testudinem referenti continua.

YY Septi iam cõmemorati superior pars calloso corpori continua.

Figvra vi.

Hæc *figura à quinta in hoc differt, quòd corpus testudinis modo fabricatum anteriori sua sede à cerebri substantia liberauerimus, id sursum in posteriora reflectentes, vt inferior ipsius superficies in conspectum veniret: & vas illud etiam cerneretur quod à quarto duræ membranæ sinu pronatum sub corpore testudinis modo extructo fertur, et plexuum tandem non minimam partem constituit, quos secundarum imagini veteres assimilarunt.*

AA A. Corpus testudinis modo extructũ hìc inferiori ipsius superficie, qua tertij ventriculi superiorem constituit sedem, conspicuum.

B Portio corporis instar testudinis efformati in dextro ventriculo, à cerebri substantia hìc principium ducens.

C Portio corporis testudinem forma, & vsu referentis, quæ ex sinistro cerebri ventriculo pronascitur.

DD Dexter cerebri ventriculus.

EE Cerebri sinister ventriculus.

F Arteria per inferiorẽ, posterioremq; dextri ventriculi sedem à dextræ soporalis arteriæ ramo duram cerebri mẽbranã perforante, huc in dextrum ventriculũ conscendẽs.

G Arteria in sinistrum cerebri cõscendens ventriculum.

H Vas à quarto duræ cerebri membranæ sinu principium ducẽs, ac sub corpore instar testudinis efforma to in cõmunem dextri, & sinistri ventriculorum cauitatem, seu tertium ventriculum properans.

I Vasis H insigniti in duas portiones diuisio.

K Vasis H, insigniti diuisionis altera portio, dextrum cerebri petens ventriculum.

L Portio nuper commemorati vasis, sinistrum accedens cerebri vẽtriculum.

M Plexus dextri ventriculi secundinarum imagini comparatus, atque ab arteria F insignita, & vasis H indicati portione, quam K notauimus, constitutus.

N Plexus sinistrum cerebri ventriculũ occupans, ac ex vasis G & L insinuatis conflatus.

OO Hu-

OO Huiusmodi venulæ cerebri substantiæ hic obnascũtur, ab illis productæ vasis quæ K & L notauimus,

P A venis quæ cerebri substantiæ hic offeruntur, ramusculi extra ventriculorum amplitudinem hac ad tenuem cerebri membranam pertinent.

Q Meatus ex communi cõcauitate dextri, ac sinistri ventriculorum, seu à tertio cerebri ventriculo rectà decliuis pertinens versus peluim, quæ cerebri pituitam excipiens, eam infundibuli modo ad glandem defert, eius infundibuli extremo subditam.

R S Canales, sinus've leuiter in ventriculorum substantia exsculpti, & pituitam ad meatus nuper Q, insigniti orificium deducentes.

TABVLA II. FIGV. VII.

PRÆSENS *figura à tribus proximè præcedẽtibus plurimùm uariat, nam cerebri substantiæ in illis relictæ ea pars in hac ablata cernitur, quæ dextri, sinistriq; ventriculorum sedem in illis figuris conspicuam efformabat. dein tota ea quæ cerebello adhuc innitebatur, hic quoque resecta est, vt duræ membranæ conspiceretur portio, cerebellum, ac cerebrum intercedens. Insuper duræ membranæ sinus in illa consistentes ductis cultelli anterioris mucrone sectionibus, hic etiam aperuimus, & vas à quarto sinu duræ membranæ in cerebri ventriculos pertinens, hic ex tertio cerebri ventriculo subleuatum, & à plexibus secundinæ similibus auulsum, in posteriora reflexim us, vt tertij cerebri ventriculi, seu communis dextri sinistriq; ventriculorum concauitatis sedes in conspectum melius veniret, vnà cum eius cauitatis meatibus.*

A A B B. Cerebri substantiæ adhuc in caluaria reliquæ pars.

C C Lineæ in basi cerebri cõspicuę: quod lineis hic intercipitur, fuluam seu subpallidam cerebri notat substãtiam: quemadmodũ sedes, D, D, D insignitæ. Quod verò extra lineas consistit, alba est prorsusque candicans cerebri substantia, hic E, E & E insignita.

DD

EEE

F Portio est soporalis arteriæ secundũ humiliorem, angustioremq; sinistri ventriculi sedẽ sursum ad plexus secundas imitantis cõstitutionem prorepens.

G Arteriæ soporalis portio, secundùm humiliorem, posterioremq; dextri ventriculi sedẽ sursum, quemadmodũ arteria F insignita, prorepens.

H Humillima sedes tertij ventriculi: quam, vt apriùs cerneretur, nonnihil distentam finximus.

I Meatus rectà decliuis ex tertio cerebri ventriculo pertinẽs: cerebriq; pituitam ad peluim huic excipiẽdæ paratam deferens.

K Meatus ex tertio cerebri ventriculo inter cerebri testes, natesque, in cauitatem cerebelli, & dorsalis medullæ communem pertinens.

L Glandula nuci pineæ non absimilis, & vasorum ex quarto sinu duræ membranæ cerebrum petentium fulcrum.

MN Hanc cerebri partem testes, & nates quoque cerebri appellauimus, hic adhuc tenui membrana obtectas.

OO *&c.* Duræ cerebri mẽbranæ processus, portio've inter cerebellum, & cerebrum reposita. Qui hanc accedunt instar venarum ductus, partim à primo, secundoq; duræ mẽbranę sinibus, partim verò à quarto pronascuntur.

PP Duræ cerebri membranę dexter, seu primus sinus.

QQ Duræ cerebri mẽbranæ sinister, seu secundus sinus.

R Primi & secundi durę membranę sinuum congressus quem Græcorũ nonnulli ληνὸν. quod est torcular appellarunt.

S Principium tertij duræ membranæ sinus.

T Quartus duræ membranæ sinus, similiter atque alij hic adapertus.

V Vas à quarto sinu duræ membranæ in cerebri ventriculos porrectum, hic autem in posteriora ex sua sede reflexum.

XX Hac sede cerebellum dura cerebri membrana non obtectum ostenditur.

Y Ductus venarum modo à quarto duræ cerebri membranæ sinu in tenuem membranam pertinentes, quà cerebellũ ipsique cerebri testes induuntur.

ZZ Duræ membranæ sedes, qua ossi omnium totius corporis ossium durissimo, & auditus organum intus cõtinenti adnascitur. Hanc namque caluariæ regionẽ cerebro deteximus.

FIGVRA VIII.

PRæsens *figura à septima in hoc variat, quòd hic adhuc cerebri plus resecuerimus, & testes longa sectione in hoc diuiserimus, vt meatus occurreret ex tertio uentriculo in quartum pertinens. Ad hæc, duræ membranæ portio cerebello obducta, hic dissecta, atque in posteriora reflexa cernitur. Quum itaque præsens figura pleraq; cum septima habeat communia, in hac idem* A A, *&* B B, *&* C C, *&* D D, *&* E E, *&* F, *&* G, *&* H *quod in septima indicabunt. Verum arteriæ* F *&* G *insignitæ, tanto magis hic quàm in septima antrorsum vergunt, quanto magis cerebrum versus basim in septima, quàm in sexta ablatum est.*

I Meatus in sexta etiam figura I notatus, qui rectà decliuis fertur, atque cerebri pituitã ad peluim defert.

K Meatus pituitæ deducendæ paratus, qui interdum ab illo deducitur meatu, qui ex tertio ventriculo inter testes in quartum ventriculum pertinet.

L Vmbra quæ apparet intra K & L foramen meatumque notat, quæ ex tertio ventriculo cerebri ad quartum fertur.

M Glandulã hic adhuc reliquimus, quę pineæ nucis formam ostendens, vasorum ex quarto duræ mẽbranæ sinu in cerebri vẽtriculos pertinentium fulcrum efficitur.

NO PQ. Quatuor his characteribus corpus id indicatur, quod ante sectionem vnicum est, atque in septima figura M & N insignitur. hic verò ex sectionis serie diuisum occurrit. ac N & O eius corporis sedes indicãt, quibus testium nomẽ accommodatur. P verò & Q illas quas nates ferè nuncupamus.

RR Cerebellum tenui adhuc obductum membrana.

SS *&c.* Vasa venarum modo tenuem cerebelli membranam implicantia.

TT Propagines vasorũ tenuem cerebelli membranam implicãtium, ad eas producta arterias quæ secundum dextri, & sinistri cerebri ventriculorum posteriora sursum conscẽdũt, plexus efformaturæ, quos extimo fętus inuolucro dissectionis proceres contulerunt.

VV Duræ membranæ portio, quæ superiorem cerebelli sedem à cerebro dirimebat.

XX Propagines notantur à vasis dictam nuper duræ membranæ portionẽ implicantibus in tenuẽ membranam, qua cerebellum vestitur, excurrentes. Idem hic Z & Z notãt,

ZZ atque in septima figura, durã videlicet cerebri membranam ossi adnatam, in quod auditus organum reponitur.

FIGVRA IX.

IN *hac figura eadem cerebri portio, quæ in octaua seruatur. verùm præsens figura in faciem prorsus reposita, eam duræ membranæ partem abscissam habet, quæ cerebrum à cerebello dirimit, deinde cerebellum hic deorsum è sua caluariæ sede manibus protractum, ac deorsum modicè inuersum propendet, vt ipsius regio caluariæ aliàs contigua oculis subÿceretur, & dorsalis medullæ cauitas videretur alteram partem quarti ventriculi constituens. Ad hæc, præter venarum quarundam, & neruorum progressus, etiam primus & secundus duræ membranæ sinus hic aperti ad amussim expri muntur.*

A A Cerebri portio adhuc in caluarię amplitudine reliqua, atque hic in ſua ſede adhuc aſſeruata.

BCD Tribus his characteribus cerebellum deorſum ex ſua ſede reflexũ indicatur, tenui membrana adhuc inuolutum, ac dorſali medullæ connatum. Verùm B priuatim cerebelli ſiniſtram indicat ſedẽ, caluariæ ſinui P notando correſpondentem. D verò dextram, quæ illi caluariæ ſedi inſidet, cui R inſcribam. C autẽ cerebelli media pars inſignitur, vermi non abſimilis, & ſuis finibus eos cõſtituens proceſſus, quos vermium imagini veteres compararunt.

E Poſterior terminus mediæ partis cerebelli, qui vermiformium proceſſuũ poſterior mihi recenſebit.

FGH Dorſalis medullæ pars adhuc in caluaria conſiſtens, ac F & G huius partis, ſeu dorſalis medullæ ſedes indicant, quibus cerebellum connaſcitur. H verò ſedẽ dorſalis medullæ ſignificat, è caluariæ amplitudine procedentem.

I Sinus dorſalis medullæ calami quo ſcribimus mucroni nõ abſimilis, ac mediam cauitatem conſtituens communis ventriculi dorſalis medullæ, & cerebelli, quam quartum cerebri ventriculũ diſſectionis periti vocarunt.

K Vaſa ductuſ've venis, quàm ſimillimi, hàc in cerebellum ab illis vaſis pertinentes, quę in primum & ſecundũ duræ membranæ ſinus exhauriuntur. atque vt hi ductus frequentes admodum ſunt, ita etiam non ſemper pari propagantur ſerie.

L Et hac quoq; ductus venæ ſimilis in tenuem cerebelli membranã pertinet, ab illis vaſis, quæ hac in parte duram cerebri membranã intertexunt.

M Quintum cerebri neruorum par.

N Sextum cerebri neruorum par.

O Septimum par neruorũ cerebri. atq; hic videre eſt quod ſurculis duo poſtrema cerebri neruorum paria principium à dorſali medulla nequaquam verò à cerebello ducat.

PQR Sinus occipitis oſsis, quibus correſpondet cerebelli figura: nam P cerebello inſcriptum, B congruit. Q autem, C. R verò, D.

SSS Dexter ſeu primus duræ membranę ſinus, hic cultelli mucrone adapertus.

TTT Siniſter ſeu ſecundus durę membranæ ſinus, atq; in nulla cerebri delineationum, horum ſinum ductus ita conſpicuè ac in præſenti oculis ſubijcitur.

F I G V R A X.

HAc figura eam cerebri portionem expræſsimus, quæ dorſalis medullæ educit initium, dein cerebellum a dorſalis medullæ hic conſpicua parte ademptum eſt, et cerebri teſtes, & nates, & glans pineæ nucis imaginem referens, ac poſtremò cauitas ea dorſalis medullæ quæ cum cerebelli cauitate quartum cerebri efformat ventriculum, hic pariter exprimuntur.

A A Cerebri pars dorſalem producẽs medullam.

B Meatus ex tertio cerebri vẽtriculo in quartum ſub cerebri natibus tendẽs, cuius terminũ in quartũ pertinentem ventriculũ C inſigniui.

C


D Glans cerebri, nucis pineæ imagini à diſſectionis profeſſoribus aſsimulata.


EFG H. His characteribus cerebri teſtes, ac nates indicãtur: vidẽtur namq; diſſectionis proceres gratia lineæ inter E ac F, & inter G & H conſpicuæ, ſuperiora tubera E & G inſignita ab inferioribus F & G notatis diſtinxiſſe, ac ſuperiora teſtes vocauiſſe, quòd Illis glans penis quaſi modo incũbit. Inferiora autem nates vocarũnt, quod meatus ex tertio ventriculo in quartũ pertinentis terminus C hic inſignitus, podici conferri poſsit.


IK Sedes duæ, quibus dorſalis medullæ initium cerebello adnaſcitur.


LM NO. Cauitas dorſalis medullæ initij, alterã partẽ quarti vẽtriculi cõſtituẽs, atq; ab Herophylo calami caui-

TABVLA · II · LIBRI · V ·





























XII

cauitati aſsimilata, quam atramento ſcribentes intingimus. Sedes enim L inſignita eius calami cauitatis parti reſpondet, quæ indici ſcribentis proxima eſt. M autem & N angulis illis aſsimilari poſſunt, qui in cauitatis calami lateribus conſiſtunt. O verò mucronẽ exprimit, quo characteres formamus.

P Dorſalis medulla hìc præfecta eſt, quà in vertebras procidens caluariam egreditur.

Figvra XI.

Hac figura cerebellum à caluaria, ipſaq́; adeò dorſali medulla auulſum & ſupinum iacet, humiliorem ipſius ſedem qua dorſalem ſpectat medullam commonſtrans. Ac proinde regiones ipſius, quibus dorſali medullæ continuatur, ac ſinum inſuper oſtendit, qui alteram portionem efformat quarti uentriculi, ſeu ſinus, cerebello & dorſali medullæ communis. Porrò ad humiliorem præſentis figuræ ſedem fines pinximus mediæ partis cerebelli, ut proceſſuum uermis imaginem referentium natura conſpiceretur.

A Dextra cerebelli pars tenui membrana cerebellum inueſtienti liberũ, vti etiam totum cerebellum hìc ea membrana denudatum commonſtratur.

B Siniſtra cerebelli pars.

Cc Media cerebelli pars. ac *C* notat huius partis anteriorem regionem, *c* verò poſteriorem.

Dd Fines terminique mediæ partis cerebelli: quorum anteriorem *D* indicat, poſteriorem verò *d*.

E Cerebelli ſinus, qui cũ dorſalis medullæ ſinu, quartum nobis appellatũ, cerebri ventriculũ cõſtituit.

GG His ſedibus cerebellum dorſali medullæ adnaſcitur.

H Anterior finis mediæ partis cerebelli hìc, ac ſi ab alio cerebello is reſectus eſſet, expræſſus.

I Poſterior finis mediæ partis cerebelli, à cerebello quoque exectus.

Figvra XII.

Hac figura, caput à ſiniſtro latere exprimitur, dextro nonnihil ſubleuato. Ex caluariæ autem amplitudine cerebellum hìc euulſimus, ea tantùm cerebri relicta portione, quæ in octaua, & nona figuris adhuc ſeruabatur. Verùm illa cerebri portio hìc in ſua non conſiſtit ſede, ſed eleuata eſt, & in poſteriora ab ipſa caluariæ baſi aliquouſque reflexa, vt tandem in conſpectum venirent cerebri proceſſus, forma neruis non abſimiles, & olfactus organo ſubminiſtrantes: quorum ſiniſter è ſua ſede cum ipſo cerebro eleuatus eſt, dextro adhuc duræ cerebri membranæ qua octauo capitis oſsi obducitur, cõnexo.

AA Cerebri pars dextra.

BB Siniſtra cerebri pars, tenui membrana adhuc quemadmodum & dextra pars obuoluta.

C Dextrum olfactus organum, in ſua ſede adhuc ſeruatum.

D Siniſtrum olfactus organum, vnà cũ cerebro in poſteriora reflexum.

E Sinus, cui ſiniſtrum olfactus incumbit organum: eaque regio duræ mẽbranæ hìc indicatur, quæ odoratus nomine hac in ſede multis, ſed exiguis foraminibus peruia cernitur.

F Vena caluariam petẽtium ſexta, hìc in duram cerebri membranã aliquot ſurculis excurrens.

G Septũ ſinus olfactus organis inciſos interdiuidens.

H Duræ cerebri membranæ proceſſus portio, quę dextram cerebri partem à ſiniſtra dirimit.

II Cerebrũ paſsim excauatæ ſibi in caluaria amplitudini reſpõdens, hìc quoque ad frõtis oſsis regionem ſibi inſculptis cauernis congruit, & leuibus tuberibus prominet, quæ alij mamillares cerebri vocarunt proceſſus.

K Vena caluariam petentium quinta, cui iter præbet foramen ſecundo

L neruorum pari exculptum. L, vt & ſubſequẽtes characteres, in vmbra occipitij cauitatis latitat, &

parui etiam est momenti: quãdoquidem

L L caluariæ sinũ indicat, cui dextra cerebelli pars cõgruit.

M M sedem, quæ mediam cerebelli partem respicit.

N N sinum, in quẽ sinistra cerebelli pars reponitur.

O O verò dextrũ, seu primum sinũ indicat duræ membranę.

P P autem tertium,

Q Q secundũ; seu sinistrũ.

FIGVRA XIII.

Hæc figura occipitio prorsus innititur, et vniuersa cerebri substantia, quæ adhuc reliqua erat, in posteriora deorsum deflexa pendet, vt olfactus organa, & visoriorum neruorum coitus, & maximi soporalis arteriæ rami in conspectum venirent.

A A Dextra cerebri pars, adhuc tenui mẽbrana cerebri obducta.

B B Sinistra cerebri pars.

C C Cerebri tubera, quæ à similitudine quam cũ papillis habent, mamillares cerebri processus plerisq; nuncupantur.

D D Sinus olfactus organis parati.

E Septum olfactis organis paratos sinus interdiuidens.

F F Sinus caluariæ, quibus mamillares cerebri processus C & C insigniti congruunt.

G G Vtrinque notatur vena caluariã ingredientium sexta.

H Vena caluariã ingredientiũ quinta.

I Vas notatur venæ correspondens, in tenuem cerebri membranã ab illis vasis excurrens, quę in dura cõsistunt membrana.

K Principium eorũ ductuum qui per duræ membranæ latus excurrũt, sed apertius apparet in prima figura sub litera D.

L L Olfactus organa hic vnà cũ cerebro à dura mẽbrana deorsũ diuulsa.

M Neruorum visoriorum coitus.

Visorius neruus dextrum oculum petens.

N O Visorius neruus sinistrũ petens oculum: & perinde ac dexter, venula concomitatus, ab illis propagata vasis, quæ tenuem cerebri mẽbranam inibi contexunt.

P Soporalis arteriæ ramus duram cerebri membranã perforans, ad latus glandis cerebri pituitã excipiẽtis.

Q Arteriæ P notatę propago, dextrum accedens cerebri ventriculum.

R Arteriæ P notatæ propago hic in tenuem cerebri membranam surculos diffundens.

S Hic portio cõspicitur peluis cerebri pituitam excipientis.

FIGVRA XIIII.

Capvt hic in sinistram aurem reclinatum iacet, internæ caluariæ amplitudinis basim exprimens, dura cerebri membrana succinctam. Atque tanta duntaxat cerebri dorsalisq; medullæ adhuc asseruatur portio, quãta cerebri neruorum paribus videndis sufficit.

A A Modica cerebri portio, vnà cũ dorsalis medullæ initio.

B B Nerui visorij ea parte hic tãtùm cõspicui, qua caluariæ amplitudinẽ egrediuntur.

C C Peluis cerebri pituitam excipiens.

D Hic in peluim pertinet meatus cerebri pituitam ex tertio ventriculo deducens, ac I in septima figura & octaua notatus.

E Dextræ soporalis arteriæ ramus, duram membranam ad latus dextrũ glandis perforans, qua cerebri pituita excipitur.

F Sinistræ soporalis arteriæ ramus.

G Secundum cerebri neruorum par.

H Tertij paris neruorum cerebri gracilior radix.

I Tertij paris neruorum cerebri crassior radix.

K Quartum neruorũ cerebri par, tertij paris crassiori radici conterminũ.

L Minor radix quinti paris neruorum cerebri.

M Principium sexti paris.

N Sexti paris neruorum cerebri principia, ac surculi.

O Septimi paris neruorum cerebri principia, ac surculi.

FIGVRA XV.

Hac figura cauitas ostenditur ossis cunealis dura menynge vestita, cui peluis superimminet:

AB Neruorum visoriorum portiones.

C Sinistri lateris arteria, quæ durã mẽbranam hic perforans, partim in tenuem cerebri membranam, partim verò in dextrum cerebri ventriculum digeritur.

D Dextri lateris arteria.

E Hic peluis collecta propẽdet cerebri pituitam ex tertio defluentẽ ventriculo excipiens.

F Foramen, quo peluis huius infundibuli modò extructæ finis glãdem petit, cerebri pituitam excipiens.

GG Secundi paris neruorum cerebri portiones.

FIGVRA XVI.

HAc figura nudã depinximus glandem, qua cerebri pituita excipitur, vnà cum pelui, seu infundibulo pituitam huc deferente, & hic flaccido propendente. A lateribus verò arteriarum soporalium portiones, quæ reticularẽ plexum efformare dicuntur. ita hic expressimus, vti nobis inter secandum occurrere. Atque vt eæ arteriarum portiones variè se secantibus offerunt, ita quoque variè eas delineauimus.

A Glans, cerebri pituitam excipiens.

B Peluis, seu infundibulum cerebri pituitam super modò dictam glandem deferens.

CC Arteriarum portio, quæ secundùm suorum in osse caluariæ foraminum ductum obliquè feruntur.

D Sinistræ arteriæ ramus, in duræ membranæ sinistrum latus excurrens.

E Arteriæ sinistræ portio, per propriũ foramen ad narium vsque amplitudinem pertingens.

FF Hac sede diuersam arteriæ seriẽ delineauimus. ac dextrum quidem F arteriam notat ea serie ductã, vt hic nõ dirimatur: quẽmadmodum sinistrum F arteriam hãc in duos ramos, qui mox in vnũ rursus coeunt insinuat.

G Arteriarum portiones durã cerebri membranam perreptantes, ac partim in cerebri vẽtriculos, partim in tenuem membranam cerebri basi obductam digesti.

H Propago arteriæ per foramen secundi paris neruorum cerebri caluariam excidens, ac neruum visorium, ac dein oculum petens.

FIGVRA XVII.

HAc figura plexum finximus, cuiusmodi is esse deberet, qui Galeni in libris de vsu partium descriptionibus conueniret. Significet itaque hic A *&* B *arterias caluariam subeuntes, moxq́ in mirabilem illũ plexum diffusas.* (AB) C *verò &* D *ramos in quos plexus illius propagines colliguntur, quiq́ illis prorsus arteriarũ magnitudine respondet, quas* A *&* B *indicauimus.* (CD) *Cæterùm* E *glandem notat, pituitam cerebri excipientem.* (E)

FIGVRA XVIII.

PRæsenti figura arteriarum sub dura cerebri membrana consistentium, ac ad glandis cerebri pituitam admittentis latus reptantium seriem depinximus, quam in ouium, ac boum capitibus obseruamus. Atque hanc proponere libuit, ne quis latere arbitraretur, quæ illorum animalium hic cum homine sit differentia. Significat autem in hac figura A *dictam iam sæpius glandem,* (A) B *&* C *arteriarum sedem, qua primùm in caluariam ingrediuntur.* (BC)

FIGVRA XIX.

PArva hac figura, erectam finximus peluim, seu cyathum, quo cerebri pituita in glandem ipsi subditam distillat. ac dein hic finximus quatuor ductus à glande pituitã per proxima glandi foramina deferentes. Indicet igitur A *glandem, cui pituita instillatur.* B *peluim, qua hæc ducitur.* (AB) C, D, E, F, *verò meatus ad faciliorem pituitæ huc decumbentis egressum paratos.* (CD EF)

TABVLA III. FIGV. I.

HVivs tabulæ figuræ ad oculi partium notitiam faciunt. prima figura alteram oculi partem exprimit vna sectione ab interiori angulo ad externum, atque ita per neruum

uum visorium diuisi, perinde scilicet, ac si quis diuisæ secundùm longitudinem cæpæ simul cum suo germine, alteram partem ea superficie delinearet, quæ alteri parti connata, continuaq; fuerat.

A Humor chrystallinus.

B Tunica anteriori humoris chrystallini sedi obducta, & tenuissimæ cęparum pelliculæ instar, pellucida.

C Humor vitreus.

D Nerui visorij substantia.

E Tunica quã reti assimilamus, quãq; diducta visorij nerui efficit substantia.

E Tenuis cerebri membranæ portio, neruo visorio obducta.

G Vuea tunica, in quam tenuis visoriũ neruum induens membrana degenerat.

H Hac sede vuea tunica in posteriora cõprimitur, neque corneam exteriùs illi obductam contingit tunicam.

I Foramẽ, quo vuea ipsa've est peruia pupilla.

K Tunica ab vuea initium ducens, & cilijs, seu palpebrarum pilis imagine correspondens, & fortè hæc & illa quæ B. notatur, eadem est.

L Duræ cerebri membranę portio, neruum visorium obuoluens.

M Dura oculi tunica, quam dura cerebri membrana constituit.

N Duræ oculi tunicæ pars, quæ cornu instar pellucida visitur.

OO Humor aqueus, atque inferius O sedẽ indicat, in qua suffusiones plerunque proueniunt.

PP Musculi oculum mouentes.

Q Adhærens, alba've oculi tunica. R. hac in parte nullus est musculus sed mera pinguedo. Cæterũ subsequẽtes figuræ seriatim oculi partes exprimunt, primùm quidem humores, ac dein tunicas. Atque has figuras omnes semper ad primam non ineptè contuleris: quandoquidem illæ compositionis ordine inuicem subsequũtur, ac ad primæ huius figuræ proportionẽ sunt expressæ, sumpto initio à crystallino, ad exteriora procedẽs

Secunda *figura, solum chrystallinum humorem anteriori sede ita exprimit, quemadmodum is omnibus illum ambientibus partibus liberatus, è directo intuenti occurreret.*

Tertia *figura, nudũ prorsus chrystallinum humorem commonstrat, ea sede se ostendentem, qua ex latere, (ut ita dicam,) ab aliquo spectaretur. Verùm* R *asperitatem,*

R *sedemq; notat, cui oculi tunica palpebrarum pilos referens, ac vndecima, & duodecima figuris exprimenda, humori chrystallino cõnascitur.*

Quarta *figura, humorẽ vitreum ita effictum cõmonstrat, quemadmodum is si suam formam, quam in oculo obtinet, reseruaret, in anteriori ipsius sede conspicuus esset, quum chrystallinus humor ex illo*

S *euulsus esset.* S *enim cauitatem ipsius indicat, in quam media chrystallini humoris pars reponebatur.*

Quinta *figura, vitreum humorẽ eadem facie qua quarta exprimit, verùm adhuc ipsi chrystallinus hu-*

T *mor* T *notatus innatat.*

Sexta, *vitreum humorem ex latere exprimit, vnà cum chrystallino*

V *qui ipsi adhuc innatãs* V *notatur.*

Septima *figura, aqueum humorẽ ex latere ita exprimit, quemadmodum in oculo consistit, & adhuc anteriorem chrystallini humoris*

X *sedem integit.* X *namque chrystallinum humorem in præsenti figu-*

Y *ra notat, ac* Y *eam humoris aquei sedem indicat, qua vueæ tunicæ pars in ipso (dum integer est oculus) continetur, quæ à cornea abscedit, distatq;.*

Octava *figura, vitreum humorẽ*

a b *a notatum, & aqueum* b *insignitum simul cõmonstrat, ita inuicẽ dissitos, quemadmodum eæ dirimuntur tunica, quã palpebrarum pilis non perperam in effigie assimilamus. Atque huius tuniculæ sedes inter hos humores consistens*

c *c indicatur.*

NONA *figura, tunicam anteriori chryſtallini humoris ſedi obnatā, et inſigniter pellucidam, atque hic ab ipſo humore liberatam à latere exprimit.*

DECIMA *figura, chryſtallinum humorē à latere oſtendit, adhuc ea tunicula intectum, quē nona figura expreſsit. atque hic* d, *&* e *chryſtallini humoris partem indicant poſteriorem, & illa tunicula non obductā, ſed in uitreo humore, quum integer eſt oculus latitantem.*

de

VNDECIMA *figura, tunicam oſtendit quam vuea producit, quæq́; palpebrarum pilis aſsimilatur. Cæterùm hæc circulo* g *&* g *notato ab vuea pronaſcitur, circulo autem* f *&* f *inſignito chryſtallino humori inſeritur, adnaſciturúe.*

gg ff

DVODECIMA *figura tunicā, quam vndecima oſtēdit adhuc vitreo humori obductam, et chryſtallino adnatam continet.* h *enim &* h *tunicam notant.* i *verò, humorem chryſtallinum.*

hh i

DECIMATERTIA *figura, tunicā oſtendit, quàm reti diſſectionis periti comparant, atque hæc à latere exprimitur, vnà cum nerui uiſorij ſubſtantia* K *inſignita, & dura tenuiq́; cerebri membranis libera.*

K

DECIMAQVARTA *figura vueæ tunicæ internam oſtendit ſuperficiē. hic enim ipſam euerſam, vti interſecandum fit delineauimus.* l *itaque portiunculū notat tunicæ, quæ producitur à teneri menynge* m *ſedem, in qua anterior vueæ regio introrſum, ſeu in poſteriora comprimitur.*

l m

DECIMAQVINTA *figura, externam vueæ tunicæ ſuperficiem ex latere delineatā continet, vnà cum nerui viſorij ſubſtantia, tenui mēbrana cerebri obducta.* n *enim nerui viſorij ſubſtantiam notat, hic à tenui qua inuoluitur mēbrana liberam.* o *tenuis notatur membrana, nerui viſorij ſubſtantiam integens, et hic à dura membrana, quæ ipſam quoque ante ſectionem obuoluit, denudata.* p, p *venarum, arteriarumq́; à dura oculi tunica in vueam pertinentium ſunt portiunculæ, iam ex ſerie ſectionis effractæ.* q, q *ſedes, qua uuea tunica anteriori in* r *parte cōprimitur, & à cornea abſcedit.* r *foramen, vueæ pupillam conſtituens.*

n o pp qq r

DECIMASEXTA *figura, duram oculi tunicam ex latere cōmōſtrat, tranſuerſa ſectione in hoc diuiſā, vt ſeries in conſpectum veniret, vaſorum ab ipſa in vueam pertinentium. ſignificet igitur* ſ *neruum viſorium vnà cum duabus illum inuoluentibus membranis obtruncatum, & uenis arterijsq́; concomitatum.* t *verò, &* t *venas, arteriasq́; per duram oculi tunicam excurrentes.* u *autem, &* u *vueam tunicam hic propter duræ ſciſsionem, conſpicuam, & ramulos duræ tunicæ vaſorum excipientem. Cæterùm* x *ſedem indicat, vbi dura oculi tunica inſtar cornu læuigatur pellucidaq́; cernitur. ſedi autem* y *notatæ, pupillæ reſpondet foramen.*


ſ tt uu x y

DECIMASEPTIMA *figura integram nudamq́; duræ oculi tunicæ externam ſuperficiē ex latere ſpectādam exhibet, vnà cum magna viſorij nerui portione, in qua* α *notat ipſius ſubſtantiam,* β *verò tenuem qua obducitur membranā,* γ *autem duram cerebri membranam.* δ *venas, arteriasq́; neruum viſorium concomitantes. Porrò* x, *& dein* y, *idem hic atque in decimaſexta indicant.*

α β γ δ x y

DECIMAOCTAVA *figura, oculum à palpebris liberatum, atque ex ſua in caluaria ſede erutum, vnà cum ipſius muſculis nōdum diſiunctis à latere exprimit. atque* ε *neruum indicat viſorium.* ζ *&* ζ *muſculos oculum mouentes. tria* λ, *pinguedinem, qua neruus viſorius circunueſtitur.* η *&* η *adhærētem oculi tunicam.* θ *maiorē oculi circulum ſeu iridem, vbi adhærens mēbrana deſinit, corneæq́; tunicæ pertinacisſimè adnaſcitur.* κ *autem ſedem notabit, è regione pupillæ, ſeu minoris circuli cōſiſtentē.*

ε ζζ λλλ ηη θ κ


Figura I
TABVLA · III · LIB · V ·
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI

Decimanona figura anteriorem oculi integri, & à palpebris tantùm liberi sedem exprimit. atque hic λ carunculã insinuat, in maiori oculi sedis angulo repositam. χ verò & θ, idem hìc atque in præcedente figura indicant. Cæterùm si alicui oculi enarrationẽ ab extimis ipsius partibus persequi visum sit, is inuerso oculi figurarum ordine decimamnonã secundæ loco habebit, & decimamoctauã tertiæ, atque ita deinceps.

DE INSTRVMENTIS QVÆ SECTIONIBVS ADministrandis parari possunt.

FIGVRA XX.

PRÆSENTI *figura mensæ cuidã incumbentem finximus asserem, quo in viuorum sectionibus opportunè vtimur, dein huic asseri omnia propemodum accommodauimus, quibus in dissectionum administrationibus, adeoq; tota Anatome quis posset vti. Quò autem singula leuiori opera assequaris, huic etiam figuræ characteres, ac demum eorum indicem adhibere non grauatus sum. Indicetur itaque.*

AA Mensa, cui reliqua omnia modò seriatim indicanda supersternũtur.

BB Asser viuis sectionibus administrandis idoneus.

CC Varia foramina, quibus laqueos pro animalis mole adhibemus, quum femore, & brachia vincimus.

DD Eiusmodi annuli, summis manibus, pedibusque ligandis adaptantur.

E Huic annulo maxilla superior, libera inferiori catenula alligatur, vt caput immotum seruetur, ac interim neque vox, neque respiratio vinculorũ occasione præpediantͬ.

EF Diuersa nouacularum genera, quibus spongia accumbit.

G Cultelli ad earum speciem formati, quibus calami adaptantur.

H Vulgaris qui mensæ adhibetͬ culter.

I Grandis ac validus culter.

K Cultri è buxo parati.

L Hamuli.

M Varij stili vnà cum siphone.

NN Obliquatæ acus cum filo crassiore, quibus literarum fasciculos colligamus.

n Minores acus, quas vulneribus suendis accommodamus.

O Serra.

P Forficula.

Q Malleus ligneus.

R Arundines inflandis pulmonibus, & alijs quibusdam partibus idoneæ.

S Filum æneũ, ossibus nectendis aptũ.

T Subula forandis ossis parata.

V Varia subularum ferra.

X Forpex intorquendis filorum extremis comparatus.

Y Forpex, quo intorti, & ossa iam committẽtis fili reliquias præscindimus.

FIGVRA XXI.

HAC *figura suẽ assert, quem viuis sectionibus administrãdis parare solemus, alligatam conspicis, præstat autem suẽ quàm vllum aliud animal sumere, propter assiduum grunnitum, quo melius vocis resolutio ablatioq; perspiciatur.*

IOAN-

IOANNIS VALVERDI Medici de Humani Corporis Anatome.

LIBER SEXTVS.

In quo de Venis, & Arterijs agitur.

Quid Vena. *Cap.* I.



VMANI corporis fabricam, armis iam, ac tegumentis instruximus, tresque in ea recessus posuimus, abdomen, thoracem, & caput, quas ferè in partes vniuersum corpus diuidi solet: Præterea in triplici hac sede tria præcipua membra habitare diximus, in quibus tanquam in fornace quadam, quæcunque ad nutritionem, vitam, & motum necessaria sunt efformantur. Nunc scire oportet, ex tribus hisce principijs triplex meatuum genus enasci per quos, tanquam per aquę ductus vim suam cunctis corporis partibus impartiuntur. Dico enasci, non quòd iecur, cor, & cerebrum prius quam venas, arterias, ac neruos produci existimem; cùm spermaticæ corporis nostri partes, æquè omnes in sui creatione à semine efformentur, nulla interim vrgente necessitate, vt alterum ab altero sumat exortum; sed quia ita extructi meatus sunt, ac si ex commemoratis principijs nascerentur. Attamen ex ipsis ne producantur, inserantur've, parum omninò interest, modo sciamus ex ipsis in iam natis, veluti à fonte membra omnia, vim, sustentationem, ac motum per hosce canales accipere; & eos qui à cerebro emanant, neruos; qui à corde arterias; qui à iecinore venas appellari; de quibus primùm agere incipiam, quòd ex primo imperfectioreque principio deducantur. Vnà etiam arterias persequar, quòd venis, vt plurimum sociæ accedant. Est igitur [a] vena, pars nostri corporis spermatica, instrumentaria, atque intus caua per quam veluti per ductum quendam sanguis cætera omnia membra enutriturus defertur. Hæc peculiari tunica, membrana've construitur, quæ cunctis alijs corporis membranis, quod ad figuram, crassitiem, coloremque attinet assimilis est, etsi aliàs admodum differens. Venarum nanque tunica ex [b] triplici constat fibrarum genere, rectis nimirum, quæ secundum tunicæ longitudinem porriguntur; obliquis, quæ tunicam circum circa in orbem perrepant; & circularibus, siue transuersis. Verùm obliquæ, ac transuersæ vtræque in orbem feruntur, & sese decussatim intersecant, quadrangulos quosdã in medio constituentes, vt leui vnusquisque negotio, (modò graue non sit venam perscrutari) in quouis intestino, aut vesica intueri poterit. Ex hoc fibrarum discrimine vena pars dissimilaris euadit. Aliæ siquidem membranæ vnicum duntaxat fibrarum genus adeptæ sunt, & similaria ob id corpora nuncupantur. Porrò venarum fibræ, etsi musculorum fibris substantia, figura, & colore correspondent, actione tamen plurimum differunt; illæ nanque carnem habent adnatam, & voluntario motui famulantur; hæ verò nulla carne implicitæ motui naturali edendo præficiuntur, nulla ratione ex arbitratu nostro pẽdenti, quo quidem, sanguinem, siue alium quemuis humorem in seipsis contentum attrahunt, retinent, & expellunt; vnoquoque fibrarum genere peculiari motui deseruiente, rectis nimirum nutrimenti attractioni; obliquis retentioni eiusdẽ, quod ita amplexantur, vt nec sursum, nec deorsum plus quàm pro corporis nutritione par sit ipsum deferri sinant; transuersis expulsioni. Ex triplici hoc fibrarum genere alba quædam, & neruea membrana, prima scilicet venarum conflatur, quæ facilè pro maiori

Quid superioribus libris traditum.

Vena quid.

a t.i.ii iii.

b t.ii.fi.iii.E

Venarum tunica quo ab alijs tunicis differat.

Fibræ tunicarũ venarum quo à musculorum fibris differant.

maiori minori've contenti sanguinis copia ampliatur, stringitur've. Præter peculiarem hanc tunicam, aliam insuper venæ sibi vendicant, plerisque alijs corporis partibus communem: hæc ipsa venas, vbi nullo musculo, nulla've viscerum parte obteguntur, quales sunt, quæ inter cutem, & carnem occurrunt, obuoluit; præsertimq; si venæ huiusmodi iuxta os, aut durum quodpiam corpus porrigantur, vel nulli parti adhærentes ferantur. Tunc enim ex proximioribus partibus tenuis ilicò educitur tunica, venamque inuoluens, tutiorem ipsius ductum reddit, & conterminis partibus firmiter adnectit. Quod quidem ex eo apparet, quòd corpus aliquod ipsas custodiens perreptantes, ea destituuntur; tum quòd abundè firmatæ ipsa non egeant; tum quòd sanguinis exitus, qui resudatione per huiusmodi tunicas fit, magis impediretur; & quia sanguis difficiliùs præ tunicarum crassitie, alterationem intra venas, à membris susciperet. Atque hanc ob causam venæ intra iecur consistentes tenuissimas omnium membranas adeptæ sunt, tum quòd cibum in sanguinem commutent, tum quod eundem ab omnibus ferè recrementis emundent. Præcipuus venarum vsus, vti diximus est, alimentum ad membra deferre; quanuis rami aliquot, vt venæ portæ propagines, mesenterium peruadentes, cibum à ventriculo ad iecur alij, quales renum sunt, superfluitates ad vesicam deferant.

Sanguinis à venis ad membra resudatio.
Venarum vsus.

Quid Arteria, quæ ipsius substantia, & vsus. Cap. 2.

ARterias nunc appellamus, [a] vasa illa teretia, ex corpore instar membranæ, tenui, albo, & cauo, perinde, ac venæ conflata, quibus vitales spiritus per vniuersum corpus diffunduntur, calorem ipsius remittentes, reficientesque vnà cùm tenuissimo totius corporis sanguine, qui pro vehiculo, ac duce ipsis est. Etsi Hippocratis, Platonis, & Aristotelis temporibus, [b] asperam duntaxat arteriam, nomine arteriæ dignabantur, quasque hodie arterias nuncupamus à venis eo tantum distinguebant, quòd illæ pulsum ederent, hæ verò nequaquam, quòdque sanguinem illæ quam hæ calidiorem continerent. Ast his, quæ ab ipsis constituebantur differentijs, aliæ insuper accedunt. Arteriæ siquidem duas obtinent peculiares tunicas, quibus induuntur; quarum exterior venarum tunicæ, tam crassitie, quàm robore similis est; interior verò quintuplo ferè crassior existit, & vsqueadeo dura, vt eam nonnulli cartilagineam, Arabes autem neruum pulsatilem appellarint. Tunicæ hæ, non secus quam venarũ, fibris quibusdam constant; interior transuersis tantummodo donatur; exterior rectas adipiscitur, & quasdam subobliquas; transuersis omninò destituitur. Quod quidem haud citra graue mysterium effectum est; cum enim arterijs partes hæ demandatæ sint, vt spiritus, quemadmodum diximus, contineant, caloremque natiuum refrigerent, cordis spiritibus in corpus vniuersum demandatis, transuersas fibras plures quam obliquas obtinuisse oportuit, quippe cùm illarum beneficio spiritus dispensent expellant've, his autem eosdem retineant. [c] Interior tunica cutem obtinet internæ ventriculi, & intestinorum cuti, siue aranearum telis consimilem; quæ in insignioribus ramis adeo conspicua est, vt eam nonnulli tertiæ tunicæ loco recensuerint, Præter hasce tunicas, alteram insuper quibusdam in partibus sortiuntur, qualem venas habere tradidimus. Arteriarum tunicæ validiores quàm venarum sunt, ob perennem scilicet motum, quo facilè inualidæ existentes disrumperentur; sunt quoque densiores, quò spiritus minùs facilè exoluantur.

Arteria quid. Quid in arterijs cõtineatur.
Quo differant vena & arteria.
Arteriarũ tunicæ, ac substantia.

a t.iiii.
b lib.i. t.vii. fi.i.ii.
c ta.iiii.fi.i. A,B,B.

De Venarum Arteriarumq; numero. Cap. 3.

QVemadmodum omnes venarum in corpore consistentium propagines, magnas paruasque recensere velle, haud minùs arduum quàm superuacaneum existit; sic insigniores diuersaq; principia, & processus habentes enumerare, tam facilè est, quàm necessarium. Sunt igitur venæ in homine tres. [a] Prima ex caua iecoris sede prodiens per bilis folliculum, ventriculum, lienem, omentum, mesenterium, & intestina diffunditur. Huic, Porta nomen est, quòd per eam veluti per portam, cibus à ventriculo,

Venarũ diuisio.

a t.iii.fi.i.

b t.ii. triculo, & intestinis in iecur deferatur. [b] Secunda à gibbis iecoris emergens, per cæteras omnes corporis partes, pulmone duntaxat excepto, innumera ramorum sobole distribuitur; & vena magna, siue caua dicitur, quòd in ea tanquam in cauea quadam
c t.iii.fi.iii. sanguis recondatur vniuersus. [c] Tertia ex dextro cordis ventriculo emanans, in totos pulmones excurrit, diciturque vena arterialis, quòd membranam obtineat, instar ar-
d t.iii. fi. v. t. v. fi. vii. viii. s. li. iii. fig. ii. G. teriarum membranæ duram. Hisce venis accedit & [d] alia, quæ ab vmbilico ad iecur vsque progreditur, ibique in venam portæ inseritur, fœtui in vtero alimenta suppeditans; quam in præsentia in venarum classem minimè referam, quòd vsum in hominibus nullum præbeat, quòdque venæ portæ ramus videatur. Arteriæ haud plures *Arteriarum diuisio.*
e t.iiii.fi.v. duabus existunt. Quarum [e] prior ex sinistro cordis sinu pronata per vniuersum cor-
f ta.iii.fi.iiii. pus, pulmone excepto, digeritur, diciturque arteria magna. [f] Altera ex eodem sinu originem sumit, & in pulmones disseminatur, arteria venalis dicta, ob tunicã, quam
g ta.v.fi.vii. viij. uu. lib. iii.fi.ii. KL. venarum tunicæ similem adipiscitur. [g] Adsunt & alii duo arteriarum surculi ab vmbilico per vesicæ latera procedentes, & singuli vtrinque in magnæ arteriæ caudicem iuxta os sacrum inserti, qui haud magis in arteriarum numerum seorsum referendi veniunt, quàm vena ab vmbilico ad iecur porrecta.

De Glandulis venarum, arteriarum've ductibus adnatis. Cap. 4.

VBicunque venæ atque arteriæ in ramos diffinduntur, glandulas quasdam circum circa adnatas habent, nodis, qui in arboribus conspiciuntur similes; quæ *Harum glandularum vsus.* vsum hunc præstãt, tum vt venæ atque arteriȩ inibi validiores sint, nec ad spirituum sanguinisque per ipsas ingressum scindantur, reserentur've; tum vt ipsis per durum aliquod corpus repentibus strati ritu substernantur. Verùm aduertere oportet, haud *Quibus in partibus plures pauciores'ue glandulæ consistant.* ȩquè ramis omnibus huiuscemodi glandulas assistere; sed quemadmodum in illis venarum arteriarumque partibus membranas haberi narrauimus, vbi aut denudatȩ illȩ sunt, aut os quodpiam supergrediuntur; sic etiam præsentes glandulȩ numerosiores crassioresque inibi occurrunt, vbi venȩ, aut arteriȩ, ramos proferunt, qui è mẽbranis aliquibus pendent, aut super articulum aliquem, siue os acutum perreptant;
a li.iiii.fi.iii. e.fi.xi.h quemadmodum in vena [a] portȩ conspicuum fit, quȩ tota in stomachum, lienem & intestina distribuitur, nullȩ vsquam parti, quàm tenuibus quibusdam membranis
b t.v.fi.x. ab u. ad duo PP. c li.iiii. fig.i. II. adherens. Eundem quoque in modum [b] in venis iis conspiciuntur, quibus [c] membranȩ thoracis cauitatem succingẽtes, & tunica cerebrum ambiens, implicantur, prȩsertim quȩ ipsius testes obtegit. Sub elatissima etiam ossis pectoris regione glandulȩ huiusmodi visuntur, sub auribus iuxta laryngem, sub axillis, in cubiti flexu, in inguinibus, in poplite, & plerisque aliis in partibus, vti sigillatim suis locis adnotabimus. Glandes hȩ carne constant spongiosa, superfluitatibus humoribusque suscipiendis, *Glandularum substantia.* inter omnes corporis partes aptissima; quanuis aliquid inter ipsas in substantia, colore, figura, nomine ac duritie discriminis intercedat. Quȩdam enim molliores rubi-
d li. iii. fi.xi. I. dioresque sunt, nec à glandis imagine admodum absimiles; qualis [d] ea est, quȩ ad te-
e ead.fig.iii. iiii.HH. nuium intestinorum habetur initiũ, paulò infra ventriculi fundũ, & [e] quȩ in elatissima sede inferioris omẽti membranȩ sub ventriculo consistit, quȩ quòd adeo rubeat, & carni assimiletur, sitq; ȩquè omni ex parte mollis, πάγκρεας grȩcis, idest tota carnea dicta est. Huic etiam consimilis est, quæ sub pectoris osse in stomacho reponitur.
f lib.iii. fi. x. MM. Aliȩ in quibusdam corporis nostri partibus glandibus nõ absimiles occurrunt, diuersas appellationes pro locorum quos occupant ratione obtinentes; vt [f] quȩ in mesen-
g lib.v.fi.vii. L. fi.iiii. M. fi.x.D. terio habẽtur, vulgo animellæ dictæ; & [g] quȩ in cerebro est, pineȩ nucis imaginẽ referens. Alia quinetiã in corpore glandularũ genera comperiuntur, quȩ nõ vt prȩdictȩ, *Glandulæ recrementa suscipientes.*
h li.v. fi.xvi. A. fi.xvii. E. fi.xix.A. mẽbro cui attexuntur muniendo, sed superfluitatibus in eo productis excipiendis famulantur; cuiusmodi ea est [h] quȩ ossi cuneiformi insidet, cerebri pituitã excipiens,
i lib i.t.vi.F. li.iii.fi. xiii. EE. eamq; ad os, & nares demãdans; & [i] quȩ linguȩ radici appositȩ sunt, & quȩ sub axillis, in inguinibus, & sub auribus cõsistunt, huius quoq; generis sunt [k] quȩ vesicȩ collo
k li. ii. t.xvi. fi.xvii.R. in maribus attexũtur, in quas vti diximus seminis ductus siue canales inserũtur. Aliȩ loco in quo sunt humectando deseruiunt; quales sunt, quæ in duodeno intestino, *Quæ ad partis humectationem conferunt.*

& quæ in mesenterio consistunt. Aliæ locos in quibus reperiuntur, opplent, vt quæ gutturi vtrinque in mulieribus assident, & quæ sub auribus sunt. Mamillarum glandulæ præterquam, quod lacti producẽdo inseruiunt, mamillas insuper duriores reddunt. Aliæ plures alias, variasque habent functiones, vt suis priuatim locis dicemus.

De Venæ Portæ exortu ac distributione. Cap. 5.

Venæ portæ ortus ex iecore.

AB interna iecoris parte, Venam Portam enasci, ac in ventriculum, lienem, omentum, intestina & mesenterium distribui diximus. Sequitur nunc exortus ac distributionis ratio explicanda. Sciendum est igitur ex toto [a] iecoris ambitu venas quasdam perexiguas enasci, quæ in internam iecoris regionem versus ipsius medium exporriguntur, inuicem deinceps coeuntes, maioresque soboles tantisper constituentes, dum tandem omnes in [b] quinque vt plurimum ramos, nonnunquam verò in pauciores coeant. Atq; hi simul omnes in caua iecoris regione, paulò magis introrsum, & versus posteriora, iuxta dorsum, in [c] insignem amplumq; caudicem congrediũtur, qui vena porta, vti diximus, appellatur. Vena hæc hunc in modum producta obliquè paululum ad læuam descendit, exiguos quosdam surculos effundens ex medio nempe anterioris suæ regionis iuxta iecur, [d] duos admodum tenues ramos, qui bilis vesicæ collo inserti ipsum in orbem amplexantur, inque plures exiguos ramos discissi, in exteriorem omnem vesicæ tunicam diffunduntur, nõ dissimili ab his modo, quos per albam oculi [e] tunicã excurrere cernimus. Ex eadem anteriori sede, paulò inferiùs, ad dextrum latus [f] alius profertur ramus, prioribus insignior, qui pyloro insertus, in posteriorem ventriculi sedem dorsum respicientem ramulos aliquot emittit. Quibus proiectis, inferiora paulisper petit, & in duos dispartitur truncos, [g] minorem alterum, qui ad læuam tendit, alterum [h] maiorem, qui ad dexteram fertur. Sinister duos ilicò surculos profundit; [i] alterum dextrorsum qui dextram adit inferioris omenti membranæ regionem; & eam intestini coli sedem, quæ hac porrigitur; [k] alterum sinistrorsum in soboles aliquot discissum, quæ dexteram ventriculi regionẽ scapulas respicientem adeunt. Ac paulò vlteriùs protensus, ad dextrum latus [l] propagines quasdam in eas glandulas effundit, quas in interiore omenti membrana reponi diximus. Post hęc [m] alium profert ramum, omnium ventriculum adeuntium longè maximum, qui per inferiorem etiam omenti membranam digeritur. Ramus hic obliquè sursum ad læuam sub ventriculi regione dorsum respiciente serpit, cui [n] duos exiguos ramos exporrigit, vtrinq; vnum, in plures quoq; propagines dispersos. Atq; hinc sursum per eandem posteriorem ventriculi sedem, ad [o] dexterum oris ipsius latus, nonnihil in priora contendit, & anteriorem omnem prædicti oris partẽ ambiens, denuò retrocedit, coronæ ritu ipsum circundãs, & ramulos semper aliquos deorsum per ventriculum effundens, aliosq; sursum per stomachum, quà is ventriculo cõtinuatur excurrentes. Inter cęteros autem ramos, vnum [p] priuatim ex dextra venæ regione producit, qui per posterius oris ventriculi latus in priora ad ipsius fundum delabitur, inferius orificium venulis aliquot comprehendẽs, & exiguos quosdam radios circũ circa in oẽm partem profundens. Venę huic, quã frequẽti adeo sobole ad ventriculũ repere tradidimus, [q] altera correspondet ab inferiori eiusdẽ trunci sede ꝓnata, & in inferiorẽ omẽti tunicã inserta; q paulò post exortũ in [r] duos dirimitur ramos insigni ab inuicem interuallo distantes, q statim in cõplures dissecantur ramusculos, deorsum per eã crassi intestini partem (quæ inferioris omenti membranæ interuẽtu, dorso ac si pars mesenterij esset, cõmittitur) & per eandem quoq; omenti membranã disseminatos. Vbi ramus hic cõmemoratas eduxit propagines, ilico in duos diducitur [s] ramos, hiq; rursus in duos alios, & sic deinceps alij in alios dissecantur, donec numerosa surculorũ serie ꝑ vniuersum [t] lienis corpus, inferiore omenti tunica ꝑpetuò suffulti, rectà dispergãtur, ex ramo tñ imã lienis regionẽ petente, priusquã in tot agatur propagines, [u] tenuis quædam vena emergit, quæ per inferiorẽ omenti membranã gemina sobole dispensatur; idq; potissimum vbi primus maioris venæ in prædictam membranam pertinentis ramus, adeo exiguus est, vt per vniuersum omentum distribui ne queat. ex ramo autem qui editissimo lienem adeuntium ramo proximus est, paulò

Quinque venæ huius rami. *Caudex.* *Ramus in pylorum insertus.* *Venæ portæ ramus, in duos trũcos diremptus.* *Vena dextrum ventriculi latus petens.* *Vena ventriculi orificium ambiens.* *Alter ramus.* *Vena inferiorẽ omenti tunicam petens.* *Quæ ad lienem fertur.* *Quæ ad inferiorem omenti mẽbranam.*

a t.iii.fig.i. AAAA. b ead.i.ii.iii. iiii.v. c ead.B. d ead.CC. e li.v.t.iii.fi. xviii.xix. f t.iii.fi.i.D. li.iii.fig.xiii. xiiii.e. g t.iii.fi.i.E. h G. i L. k ꭗ. l M. m ɴ. n OO. o t.i.ii.fi.i.P. li iii.fi.13.d p t.iii.fi.i.R. t.v.f.iii.g. q t.iii.fi.i.s.t. v.fi.iii.H. r ead. s ead.TT. t aaaa. u V.

x xx.Y. paulò ante quàm ad lienem pertingat, [x] vena quædam educitur, per sinistrum ventriculi latus, adusq; os ferè ipsius excurrens. Id Romæ Pontificatus Pauli Tertij vacatione, in Cardinali Cibone conspicuum euasit, qui sanguinis per vomitum reiectatione è viuis sublatus, dissectus fuerat. Quò enim loci, vnde sanguis profundebatur certiores redderemur, ventriculum exprimebamus, statimq; lien euidenter intumescere & contra expresso liene, ventriculus insigniter sanguine turgescere conspiciebatur, per huiuscemodi scilicet venam, quę notatu dignæ amplitudinis erat, & proximè ad

y z. ventriculi os conscendebat. Haud secus ex ramo lienis inferiora petente [y] altera vena paulò amplior expromitur; quæ perinde ac prędicta dextrorsum vergit, & in lęuū fundi ventriculi latus adigitur, illi correspondens venæ, quam per dextrum latus ad idem orificium descendere monuimus. Ambæ enim iuxta ipsius medium in exiguos quosdam ramos inuicem complicatos desinunt; Ac sinistra quidem, perinde ac dextera surculos quosdam ad sinistrum fundi ventriculi latus antrorsum retrorsumque profundit; simulq; ambæ anteriori omenti tunicæ riuulos complures exporrigunt. *Quæ ad ventriculi fundum.*

Fit quoque non infrequenter, vt ex ambabus venis in lienis caua implantatis, paulò antè quàm ad ipsum pertingant, duæ aliæ exiles venæ proferantur, quæ in ventriculum, non procul ab alijs insertionem moliuntur; immò verò neque colore, neque insertionis modo, à reliquis venis in ventriculo occurrentibus quicquam differunt. Hi *Aliæ venæ ventriculum petentes.*

G. sunt, quos sinister truncus expromit rami. [z] Dexter, alimenta intestinis deferens, simul

a b,b,b. atq; ad omentum pertingit, in [a] tres præcipuos discinditur ramos, in innumeras propagines dissectos, quæ per mesenterij membranas, disperguntur, & posteriorem intestinorum sedem eidem mesenterio alligatam amplexantur, in ieiunum, ileum, cæcum, & dextrum coli latus, quà id renibus & iecori adiacet, desinentes. Quotnam hi rami sint, perarduum scitu est, tum quòd non idem sit in omnibus eorum numerus, tum quòd non eundem omnes ordinem seruent, quanuis omnes, vti diximus ad intestina contendant. At ex tertio ramo, qui per læuum potissimum latus mediæ mesen- *Dexter venæ portæ caudex.*

b e,e,e. terij partis propagatur; [b] insignis quædam vena exoritur, in eam [c] mesenterij partem

c li.iii.fi.x.R S,T. inserta, quæ intestinum [d] crassum dorso committit, à liene ad rectum vsque intesti-

d ead. fig. v. vii. à Q. ad T. num; ac dein alios exerit ramos, in eam coli partem applantatos, quæ à sinistro ventriculi latere ad rectum vsque intestinum pertinet. Inter hos etiam ramos, interiorem sinistri lateris mesenterij regionem petentes, [e] alius insignis amplitudinis habe- *Venæ hæmorrhoidales.*

e t.iii.fi.i. d, d,d. tur, inter duas ipsius membranas exporrectus, perinde ac cæteri rami, sub crasso intestino, ac recti vsque initium; & per inferiorem ipsius regionē complures ramos proijciens, ad podicem pertingit, vbi non solum posteriorem ipsius partem occupat, sed

f ead.e,e. etiam [f] propagines multas quoquouersum effundit, quæ circum circa, podicem amplexantur. Porrò etsi tres hi commemorati rami, surculos innumeros in omnia inte-

g li.iii.fi.viii. M,M. stina emittunt, longè tamen plures [g] tenuibus, quàm crassis intestinis communicant, vti vnusquisque in quouis corpore leui negotio intueri poterit. Nam quo intestina ventriculi fundo proximiora sunt, eo plures obtinent venas, quandoquidem plus nutrimenti ex his, quàm ab inferioribus iecur exugit. Quemadmodum verò nonnullis venæ portæ ramis glandulas quasdam attendi ad initium diximus, quæ venas ample-

h ead. fig. x. M,M. xabantur; sic etiam in [h] mesenterio habentur, vbi ramos aliquot exerunt; quæ quidem glandulæ pro eductorum surculorum ratione maiores minoresuè sunt. Hæc est venæ portæ vniuersa distributio, cuius præcipuæ partes sunt nutrimentum à ventriculo ad iecur deferre; Adhæc ventriculo, intestinis, lieni & reliquis omnibus coctionis instrumentis, per quę disseminatur, enutriendis deseruit, nec non etiam *Venæ portæ munus.*

i t.iii.fi.i. C. superfluitatibus quibusdam sanguinis expurgandis. [i] Quæ ad bilis vesicam feruntur, priorem ipsius tunicam enutriunt: Haud secus [k] quę lienem adeunt, lieni

k ead.TT. alendo famulantur, & consequenter iecur à fœculento sanguine vindicant. Quæ à liene in ventriculum serpit, crassum illum humorem, quem lien veluti superfluum dimittit, expurgat, siue is ventriculi os siue ipsius fundum petat. Qua de re magna est inter medicos controuersia; siquidem ex græcis, (quos quidem ego viderim) solus Paulus Aegineta, ad os ferri ait. Verùm ita se res habet; ad mediam ventriculi amplitudinem ferè conscendit, hincque deorsum prolabitur

in aliquibus autem corporibus os ipsum adit, vti iam de Cardinali Cibone retulimus, quod & in aliis priuatim ipse obseruaui. Ex reliquis venæ portæ ramis in ventriculum & intestina disseminatis, alii nutrimentum hisce partibus deferunt, alii assumptum ex ventriculo, & intestinis alimentum ad iecur mittunt per insignem [l] meatum ex venis hisce omnibus conflatum, veluti per portam quandam, vnde vena hæc porta dicta est. Cuius ramus, quem sub recto intestino, & per mesenterium ferri diximus, ramos quosdam effundit, qui ad anum pertingentes, earum venarum capita constituunt, quas hæmorrhoides appellamus; quæ quotiescunque lien fœculentum sanguinem è iecore non excipit, aut susceptum in ventriculum non eructat, reserantur; tunc enim venæ huiusmodi intumescunt, disrumpunturque. Estque hic illud animaduertendum, quod sanguinem alicui detracturi, iecoris, lienis, ventriculi, intestinorum, omenti aut mesenterii occasione, haud aliunde quàm ex hæmorrhoidibus idipsum præstare possumus; & ex his non ab alia corporis parte, quàm iuxta anum.

l ta.iii.fi.i.B. li.iii.fi.xi.h.

Cui nam corporis parti magis conferat sanguinis per hæmorrhoidas detractio.

De Vena caua, & primùm, de ipsius cum venæ portæ ramis, in iecore, congressu. Cap. 6.

Quænam venæ à iecore prodeant.

ETsi graui contentione inter se medici ac philosophi certant, ex iecore'ne, an à corde venæ cauæ pendeat origo; quia tamen dubium non est, secundum corporis nostri ordinem, cibum prius in ventriculi os, hincque per aliquot venæ portæ ramos ad iecur ferri, vbi manifestò in sanguinem conuertitur, per vniuersum corpus diffusum, ideo venam hanc ex iecore potius, quàm aliunde proficisci dicerem. Sciendum est igitur, quod quemadmodum ex iecoris cauo [a] venulas complures in orbem enasci diximus, quę ad iecoris medium modicè retrorsum porrectæ inuicem coibant, in maiores alias radices deinceps commutatæ, dum ex omnibus insignis caudex exurgeret; haud aliter quoque à conuexa iecoris regione numerosa venarum soboles vndique circum emergit. Imò verò iecoris substantia aliud nihil est, quemadmodum tertio libro edocuimus, quàm venarum multarum, quibus concretus sanguis obducitur, coitus quidam & congressus; hæ igitur venæ versus medium, vti diximus, contendentes, & inuicem coeuntes, [b] in maiorem deinceps amplitudinem assurgunt, donec vnà omnes in elatiori iecoris sede dextrum dorsi vertebrarum latus respiciente congrediantur, vbi in insignem abeunt caudicem, qui posteriorem omnem iecoris regionem perreptat, paruam quādam impreßionem per omne quod pertransit spatium efformans, ita vt rudis in truncum adacta, facilè citra in iecur ingressum permeet. Truncus is ramos, vti inferiùs audies, in corpus vniuersum effundit, & vena caua, siue magna dicitur: cui sanguis à vena porta communicatur, aut vtriusque radicum extremis inuicem conniuentibus, aut sanguine in iecoris substantiam, hincque in venæ cauę radices resudante: quæ sanguinem à vena porta elaboratum, & ex bile vtraque expurgatum excipiunt, inque omnes corporis partes, tam inferiores, quàm superiores demandant.

Venarum in iecur diremptus.

Venæ cauæ quo modo à porta sanguis communicetur.

a t.ii.AA. ta. iii.fi.i. AAA versus 1. 2. 3.4.5.

b lib.iii. fig. xvii.AA.BB t.iii.fi.i.B.

De venæ magnæ supra iecur consistentis distributione. Cap. 7.

VEna caua suo è iecore egressu in duos truncos, vt multi existimarunt, nequaquam finditur, vt [a] magna arteria, dum cor egreditur. Neque illud verum est, venam hanc, à iecore ad lumbos, quàm vsque ad cor ampliorē esse; imò vnus idemq; est truncus vniuersus, cuius elatior pars in sublime fertur, dextrum [b] diaphragmatis latus perforans, tumque ilicò nec pulmonis parte, nec alio quouis corpore interiecto, cordis membranas supergreditur, quæ quibusdam in partibus septo transuerso laxè committuntur, eaque præsertim, per quam præsens vena porrigitur, quæ [c] duos inibi profert ramos, multiplici sobole per diaphragma vniuersum, partimque per cordis membranas, vbi septo copulantur, diffusos. Quum primùm verò vena hæc [d] septum egressa est, modicè in latus dextrum declinat, denique ad læuam

Venæ septum transuersum petentes.

a t.iiii.

b li.ii.t.vii.s.

c t.ii.C.

d li.iiii.fi.v. D.

e li.iiii.fi.iiii. C.D. uam paulisper obliquatur,& iuxta elatiorem dextri [e] cordis lateris regionem, insigni orificio [f] læuo sui latere dehiscit, quod dextro cordis ventriculo respondet. Atque inibi recta cordis auricula, anteriori venæ huius parti iungitur. Ex postica verò ipsius parte, vena [g] quædam effatu digna emergit, quæ secundum posteriorem leuamque cordis regionem perreptat, cordis basim coronæ in modum succingens. Ab humiliori autem venæ huius parte [h] surculi quidam promuntur, deorsum per vniuersum cor ad ipsius vsq; mucronem excurrentes; qui eo crassiores sunt, quò prædictæ venę pars, ex qua enascuntur, crassior est; ac proinde sinistri lateris rami, & qui ventriculorum septum perreptant, insigniores ferè sunt. Vena hęc aliam interdū sociam habet, licet minorem, quæ ab anteriore ipsius regione nascitur, & per anteriorem cordis sedem spargitur. Vbi cor vena caua superauit, paulò gracilior efficitur, & cordis membranas perforans, [i] magnæ arteriæ superuehitur, dorso nequaquam insidens, vt quidam arbitrantur, cùm inter ipsam & dorsum primùm stomachus, deinde aspera arteria, tum magna arteria reponantur. Cùm igitur vena hęc ad dorsum pertingere nō posset, tum ob dictarum partium interpositionem, tum etiam ob pulmones, & diaphragma, venam educere oportuit, quæ costis nutrimentum suppeditaret. Hæc [k] à dextro ipsius latere producitur, simulatq; cordis membranas, & sedem egreditur, qua dextra pulmonis pars sinistræ connectitur, venarum arteriarumque ipsius interuentu, iuxta tertiam scilicet thoracis vertebram; statimque per idemmet dextrum latus iuxta thoracis vertebrarum corpora decliuis porrigitur, quousque ad aliquot lumborum vertebras pertingat. Vena hæc, quòd nulla ipsi ab altero latere correspondeat, solitaria, siue coniugis expers dicitur; imò à posteriori venæ huius regione dorsi vertebras respiciente, surculi aliquot emergunt, singula costarum interualla singuli adeuntes, inferiores costas enutrituri. Venæ hæ siue surculi in integrarum costarum interuallis ad cartilaginem vsque porriguntur; in spuriarum verò interuallis, vltra cartilagines versus abdomen pertinent, in ipsius musculos etiam sese inserentes. In ipso autem per costarum interualla progressu, ramulos in proximiores musculos diffundunt. Præterea ex vena hac coniugis experte [l] surculi alij pullulant, dorsi vertebrarum corpora, iuxta quod porriguntur, nec non spinę medullam, & musculos qui partem hanc attingunt, enutrientes. Alię insuper propagines ex hac vena intersepientibus thoracem membranis, vbi hę dorso cohęrent, offeruntur. Neque pretereundum est, ex hac, vena protinus vt exorta est, exiguum nonnunquam ramum proferri, in minores alios surculos discissum, qui haud rectà excurrunt, vt qui inferioribus costis nutrimentum suppeditant, sed errabundo incessu in trium priorum costarum interualla disperguntur, ex quibus numerosa tenuium surculorum propago emanat, in totam costas succingentem membranam diffusa. fit etiam interdum vt hęc sine coniuge vena, vbi nonam thoracis vertebram attingit, in duos findatur truncos, quorum vterque decliuis iuxta costarum sui lateris radices fertur, ramulos ipsis aliquos exporrigens. Nonnunquam verò à sinistro venæ huius latere hoc eodem loco insignis quidam ramus effertur, quantus maximus illorum est, quos à vena porta educi, inferioremque omenti membranam adire prodidimus. Qui vbi transuersim vertebrę illius, per quam porrigitur, corpus transcendit, in duos ilicò ramos partitur, quorum alter sursum, alter deorsum, iuxta costarum capita siue radices fertur, singulis costarum interuallis singulos surculos in progressu offerens, id tamen rarò euenit, bis mihi duntaxat, in hanc vsque diem visum. Hęc tota est venę coniuge carentis historia; quę haud oscitanter ob venæ sectionem in pleuritide perpendenda est. Et mehercule si exortum progressumque ipsius respexerimus, x e dextro potius latere sanguis mittendus videbitur, quodcunque tandem latus dolor infestet; aut saltem parum omninò interesse ostenditur; ex vtrolibet enim brachio sanguis detrahatur, semper ex vena caua prius, dein ex prędicta educatur necesse est. Sed vt eò vnde digressa est, nostra redeat oratio, Vena caua, vbi venam hanc de se protulit, ad iugulum rectà conscendit, membranis thoracem intersepientibus, plurimisque glandulis, iugulo hinc circum adnatis

Margin notes: f t.ii.D. — g t.ii.E. — h li.iiii.fi.vi. EE. — i t.v.fi.x.f. — k t.ii.FF. t.v.fi.i. — l ead.GG.

Vena caua cordi quomodo iungatur. — *Vena cor enutriens.* — *Venæ coniugis expertis ortus, & incessus.* — *Vnde præstet sanguinem mittere in pleuritide.*



suffulta, quæ in vnum omnes corpus congredientes, pluribus è vena caua inibi eductis ramis, strati ritu substernuntur. Hac enim in parte primum in duos insignes [m] ramos finditur, ex quibus venę omnes brachia, caput, & musculos aliquot, superius ab vmbilico positos, enutrientes expromuntur. Ex vtroque hoc ramo statim atque dirempti sunt, [n] vnus inter alios perexiguus enascitur surculus, qui deorsum iuxta costarum radices, ad tertiam vsque costam illabitur, ramusculos quosdam nunc duarum, nunc trium costarum interuallis offerens. Ramulus hic interdum non ex huiusmodi vena, sed à caua proficiscitur, antequam in prædictos duos ramos dissecetur; quamuis fere desideretur, quia costarum interuallis venæ pari carentis propagines alimenta subministrant. Paulò altiùs ex anteriore venæ cauæ sede, vbi diuisionem subitura est, [o] vena vtrinque depromitur, quæ ad elatiorem ossis pectoris sedem contendit, [p] deorsumque ad suum quæque latus, sub eo iuxta costarum cartilagines fertur, multas variasque fundens propagines, alias quidem in membranas thoracem intersepientes, quibus venæ hę vnà cum alijs è vena caua enatis, perque ipsas irrepentibus, nutrimentum præbent; alias in interualla cartilaginum septem priorum costarum; in musculos insuper pectori incumbentes, partimque in ipsas etiam mamillas. Ac deinde à suo [q] ambę latere iuxta [r] mucronatam pectoris cartilaginem egrediuntur; & per rectos abdominis [s] musculos ad mediū vsq; [t] ipsorum diffusę, aliquos semper ramos in proximas partes effundunt, quorum præcipuus abdominis cutem subit, & secundum costarum cartilaginum terminos delabitur, in exiles quasdam venas instar capillorum distributus, quæ obtutum ferè oculorum effugiunt. Duę hę venæ, etsi ferè, vti diximus, ex anteriori duorum insignium ramorum sede, quà inuicem abscedunt, originem desumunt, interdum tamen ex radicibus trunci venæ cauę, antequam diffindatur, educuntur. Et quandoque altera quidem, pręsertim sinistra ex ramo sinistrum brachium petente, altera ex media venæ causę bifurcatione promitur. Nonnunquam verò vnica duntaxat ex vena caua, vbi hęc bipartitò scinditur, exortum sumit. & quum primum pectoris os attingit, in duos finditur ramos, quamuis id infrequentius accidit. [u] Duorum venę cauę insignium ramorum vterque à suo latere, brachium versus contendit sub clauicula iuxta primam costam, adusque axillam, qua in parte, non autem prius, vt prodidit Vesalius, in duos partitur ramos, per brachium vt postea dicemus distributos. Ex elatiori tamen vtriusque priorum ramorum parte, priusquam è thorace excedant, [x] vena exurgit effatu digna, quę obliquè sursum, versus posteriora tendit, ad laterales vsque ceruicis vertebrarum processus. Reliquum venę huius caluariam adit, & comite [y] arteria, per foramen ingreditur, quod iuxta posteriorem occipitis [z] capituli sedem haberi tradidimus; vbi verò caluariam subit, hęc quidem in [a] secundum, seu sinistrum durę menyngis sinum, socia verò ipsius in dextrum diffunditur. Pręter venam hanc [b] alia insuper ex posteriori eiusdemmet dicti rami parte, antequam is thoracem egreditur, prodit, quæ per inferiores colli, elatiores verò thoracis vertebris adhærentes musculos, & per capitis quoque musculos exhauritur. Deinceps dicta ratione ex capacitate thoracis, inter primam costam & clauiculam emergit, [c] secundum musculum dorsum mouentium perforans; hinc axillam versus irrepit, iuxta glandulas hac in parte repositas delapsa: vbi sequentes præfundit ramos; Primum quidem duos, quorum [d] alter ex anteriore sede pronascitur, & per musculos digeritur, à pectoris osse ac costis ad brachium, & scapulas porrectos; in mulieribus verò per mammas, cutemque ipsarum, [e] Alter ex posteriore sede promitur, & per musculos cauam scapulæ sedem occupantes, aliosque conterminos multiplici propagine spargitur. Ramus autem ad pectus permanans, mediocris amplitudinis venam interdum profert, quæ obliquè secundum pectoris latus decliuis fertur, perque musculum distribuitur, quo brachium retrorsum demittitur. Vbi verò ramus is præsentem venam non expromit, [f] ex eademmet iecoris vena enascitur, paulò inferius propter axillam. Præterea ramuli quidam exiles inibi exoriuntur, in glandulas, & membranas axillæ subiacentes, distributi, hincque postmodum in internam brachij sedem, ut sequens caput edocebit, exhausti. Nunc operæ pretium

erit,

Venæ cauæ in faucibus partitio.

Vena sub pectoris osse adusque vmbilicum incedens.

Progressus ramorum venæ cauæ iuxta iugulum. Propagines ab hisce ramis eductæ antequam ad brachium pertingant.

m t.ii.H.
n t.ii.K.
o t.ii.L.li.ii.
t.vi.a.li.iii.fi.i.K.
p li.iii.ta.ii.BC.
q li.ii.t.vi.a.
li.iii.fi.i.K.
r ead.AA.
s li.ii.t.vi.F.
t t.ii.M.
u t.ii.H.
x t.ii.NN.
y t.iiii.F.
z li.i.t.iiii.fi.vi.l.
a t.iii.fi.ii.N.
li.v.fi.ix.sss.
b t.ii.o.
c li.ii.t.v.vi.Q.
d t.ii.P.
e ead.Q.
f R.

erit, ad cæteras venas, quæ ab elatiore rami huius parte inter iugulum, atque humerum enascuntur, sermonem rursus conuertere. Primùm iuxta commemoratam di-
g s.t.v.δ. uisionem in egressu ex thoracis cauitate g vna depromitur, quæ sursum altero asperæ arteriæ lateri hærens procurrit, riuulos semper aliquos asperæ arteriæ, ac membranis inibi consistentibus communicans. Vena hæc Latinis, interior iugularis dicta
h ead. est, quæ vnà cum soporali h arteria, cerebrum conscendit, surculos aliquot in itinere elatiori musculorum parti offerens, qui ceruicis vertebrarum anteriora occupant, ac stomacho subsunt; nec non etiam membranis sextum, septimumque neruorum
i t.iii.fi.ii.A. par in vertice colligantibus. Simulatque autem i caput attingit, in duos finditur ra-
k ead.O. mos; quorum k insignior, retrorsum iuxta cranium defertur, dum capitis cauitatem
l li.i.t.v.fi.i.c. ingrediatur, per l foramen, quod sexto pari neruorum cerebri egressum præbere audies, ast nullum interim soporalis arteriæ ramum comitem sibi, vt Vesalius ait, asciscens. Ramus is quum primùm caput subijt, ilicò distribuitur, vti peculiari suo capite fusiùs explicabimns. Nunc ipsarũ in caput ingressum sermone persequi sufficiat.
m ta.iii.fi.ii.F. m Minor internæ iugularis ramus soporali arteria relicta, capitis cauitatem ingredi-
n ead.R. tur, per n foramen, quod ipsius gratia iuxta o tertij, & quarti paris neruorũ foramen
o lib.v.t.ii.fi.xiiii.IK. inciditur. Priusquam autem vena hæc in duram menyngem digeratur, p surculum
p t.iii.fi.ii.n. de se mittit, qui per foramen quoddam transuersum in temporũ ossibus consistens, venæ huic & ramusculo quinti paris neruorum cerebri commune, ad auris foramen defertur. Sed ad partitionem iterum redeamus quam in iugulo fieri tradidimus; sta-
q t.ii.T. tim post internæ iugularis exortum, in progressu ad humerum, q alia producitur ve-
r t.ii.b. na, quæ non procul ab ortu r ramum à se depromit, qui per cutem posteriori ceruicis sedi obductam, & musculos aliquot cuti hac in parte substratos, multiplici sobole distribuitur. Edito hoc ramo inter cutem, & latum, tenuemque buccas agentẽ musculum, per colli latera ad fauces conscendit, exteriorem iugularem appellatam constituens. Quæ, vt in vetulis pluribus, in vociferantibus, in spiritum continentibus conspicuum euadit, quadrifariam discinditur. Prima distributio est, cùm inter cutem & carnem rectà ramus sursum irrepit, exiles quasdam venas proximis musculis, & cuti etiam exporrigens. Secundum distributionis genus est, vbi vena hæc in medio colli longitudinis bipartitò finditur, parsque altera versus posteriora, altera versus anteriora conscendit. Tertium, quod infrequentiùs visitur, est, quum exterior hæc iugularis in duos partitur ramos, qui paralleli sursum irrepunt; Quorum maior interdum inter cutem carnemque minimè conspicitur, quòd sub eo musculo delitescat, qui à pectoris ossis apice, & à clauicula enatus, in mamillarem processum sese inserit; quod quidem nonnullos in eam sententiam deduxit, vt ramum hunc interiorem iugularem esse arbitrarentur, ipsius amplitudine delusi. Quarta partitionis ratio fit, cùm duo hi rami, hunc in modũ ascendentes iuxta fauces coeunt in vnum acti, protinusque gemini redeunt, in duos dissecti ramos, vti mox subiungam. Hæc venarum discrimina in collo spectantur, at qualiscunque tandem distributio fiat, semper in transitu ramulos quosdam tum in cutem, tum in conterminos
s X. musculos profundunt. Et vbi ad fauces pertingunt, sub maxilla propter aures, s pars
t V. ad internos oris musculos, & ad duram menyngem procurrit; reliquum in t cutem,
u Y. faciei musculos, ad tempora, & u ponè aures, inque omnem capitis cutem exhau-
x li.ii.t.vi.F. ritur. Pars oris interiora subiens, in x tonsillarum regione partitur, ramusculos ip-
y li.ii.t.vi.L. sis aliquot exporrigens, alios verò paulò insigniores in laryngem, in y glandulas ipsi assidentes, in musculos ossis hyodis, in linguã, omnesque asperæ arteriæ, ac faucium
z Is sub lingua iuxta vinculum occurrit. partes, diffundit; quorum z maximus sub lingua secundum ipsius longitudinem concedit, in multiplices, & errabunda serie prorepentes ramulos discissus. Aliam prætere-
a t.iii.fi.iii.E. rea a venam, ramus hic oris interiora peruadens, exerit, quæ caluariam per illud b fo-
b li.i.t.v.fi.i.g ramen subit, quod iuxta posteriorem sedem mamillaris temporum ossis processus
c ead.G. visitur; quin etiam & ramos aliquot in tunicam, quæ palato, & narium cauitati ob-
d li.v.fi.xiiii.G. ducitur, diffusos. Ex quibus postmodum venulæ quædam, caluariam pariter su-
e li.i.ta.v.fi.i.I. beuntes emanant; vna scilicet per c foramen, quo d secundum cerebri neruorum par transmittitur, quæ in duram membranam absumitur; altera per e maximum octaui



Vena iugularis interior.

Venæ iugularis exterioris distributio.

Tres in margine occurrentes figuræ è regione, postrema tria genera ostendunt, in quæ iugularis exterior diuiditur. primum nanque in secunda tabula conspicitur.

octaui ossis capitis foramen, in duram quoque menyngem excurrens. Rami autem hi, vbi cranium ingrediuntur, aliquas etiam propagines in oculos proijciunt, ad frontis vsque cutem pertinentes.[f] Quod reliquum est venę huius, quam per cutem, & faciei musculos, caputque vniuersum distribui diximus, ea quam subijciam ratione, dirimitur. Primum vbi vena hæc regionem ponè aures attingit, vbi maxilla inferior superiori committitur,[g] glandulas quasdam offendit, venæ huius distributioni eo in loco præfectas; ac in ipsarum medio in duos partitur ramos, quorum[h] alter ad genas, ad cutem nasi cartilagines obtegentem, ad[i] frontem, incerto ductu, ac distributione fertur; alter in alios duos scinditur ramos,[k] alterum in sui lateris tempus exhaustum,[l] alterum, post aures procurrentem, inque occipitis cutem diffusum. Porrò exterioris iugularis soboles in faciem & caput distributæ, quæ alterum latus occupant, alterius lateris venis copulantur, omnesque in vnam congrediuntur, præsertim in fronte, vbi[m] quæ conspicitur vena, ex duabus hisce iugularibus venis conflata est, quæ per internos oculorum angulos irrepentes in ipsius medio inuicem coeunt. Illud quoque minimè ignorandum est, ex eijsdem hisce ramulis, venas quasdam instar capillorum exiles proficisci, cerebrum adeuntes, per[n] foramina quædam in caluaria excisa, vsque adeo exigua, vt ferè non appareant. Haud secus quoque aliæ ex caluaria in cutem emergunt, vt suo loco dicemus.

Vena per faciē propagata.

f t.ii.y.
g ead.
h ead.z.
i ead.q.
k ead.a.
l ead.*.
m ead.q.
n li.i.t.v.fi.ii.ss.

Axillaris & humerariæ Venæ in brachium propagatio. Cap. 8.

DIximus superiori capite ramum à iugulo in brachium tendentem, iuxta axillam in duos scindi ramos in brachium distributos. Horum[a] superiorem, capitis venam vulgo appellant, ex eo delusi, quòd à iugulari exteriori eam nasci arbitrentur.[b] Alterum venam iecorariam appellant. Cephalica vbi ad humeri summum pertingit, priusquam in musculum brachium attollentem sese abdat, surculos aliquot in cutem effundit, quorum[c] præcipui per cutem prædicto musculo obductam digeruntur. In mulieribus verò nonnullis ad mammas vsque excurrunt, super clauiculis prorepentes, & venarum liuidarum partem constituunt, quæ in earum aliquibus visuntur. Ramis his eductis, in[d] musculum cuius beneficio brachium attollitur, sese recondit, & inter internum musculi huius latus, & tendinem[e] musculi brachium pectori adducentis procedit, iuxta quorum insertiones iterum emergit. Ac postmodum inter cutem carnemque carnea membrana obducta deorsum porrigitur, & versus externum brachij latus contendit (vt vnicuique in se ipso, nisi venas impensius graciles obtineat, situe præter modum obesus, intueri licet) secundum externum[f] primi musculi cubitum flectentium latus irrepens, &[g] ramos aliquot in cutem, inque anterius dicti musculi latus proijciens, qui partim rectà, partim transuersim deorsum perreptant, ita vt versus brachij interiora nonnunquam cum[h] iecorariæ venę ramis coire videantur. Vbi verò humeraria hęc, cubiti attingit articulum,[i] in duos vt plurimum, nonnunquam verò in tres finditur ramos, qui aliquando equales, aliquando alter altero insignior occurrunt.[k] Primus, qui sępisimè deest, versus interiorem brachij sedem è regione cubiti descendit, desinitque in surculos aliquot dissectus, sub[l] musculorum capitibus, secundos, tertiosque digitorum articulos flectentium.[m] Secundus idemque maior à dicta sede oritur, & obliquè sub cute ad cubiti cum humero articuli flexus medium delabitur, hincque per brachij medium paulisper procedens, paulò antè cubiti articulum, alteri cuidam[n] ramo iungitur, quem à iecoraria vena educi audies, vnaque ex vtrisque[o] vena, communis proinde dicta, conflatur.[p] Tertius ramus[q] secundum musculum radij motorem conscendit, sensimque ac sensim obliquus deorsum per radium ad medium vsque longitudinis ipsius procedit, deinde vlnam versus obliquatur, quam vbi attingit[r] exiles quasdam venas super dicto musculo in cutem, sub qua defertur, effundit, quarum[s] maxima illa est, quam iuxta principium educit, vbi eam tripartito secari diximus. At sciendum est, ramum hunc in obliquo versus vlnæ appendi-

Numeralis venæ in brachium distributio.

Communis vena.

a t.i.ii.a,a.
b ead.m,m.
c ead.d,d.
d li.ii.t.iii.R
e li.i.i.t.iiii.q
f ead.r.
g t.ii.e,e,e.
h ead.s.
i ead.f.
k ead.g
l li.ii.t.v. t.vi. z.x.
m t.i.ii.g.h.
n t.ii.t.
o ead.a,
p ead.i.
q li.ii.t.vi. t.xii.Θ.
r t.ii.KK.
s editissimum.K.

ead.x,x. appendicem brachialisque radicem descensu [t] alteri axillaris venæ ramo [u] commi-
u ead.l sceri, & maiorem vnum ex ambobus consurgere, qui brachiale conscendit, & in
ramos aliquot incerta serie dissectus, proximè ad paruum & anularem digitum con
cedit, ibique venam constituit saluatellam, siue Lienis venam appellatam, quam
medici nonnulli in lienis affectibus pertundi iubere solent, quorundam potius au-
toritate, quàm vlla ratione adducti, vt perspicuum magis fiet, cum de iecorariæ ve-
næ ortu verba faciemus. Ex hisce ramis aliqui in paruum anularemque digitum spar
x t.ii.m. guntur; Atque is est venæ humerariæ terminus. [x] Axillaris protinus vt ab axilla *Vena interna.*
emersit, & in brachium adigitur, sese inter musculos humeri os amplexantes re-
condit, præsertimque inter anteriorem sedem [y] primi cubitum extendentium, &
y li.ii.ta.iii. posteriorem tendinis [z] illius musculi, quo brachium pectori admouetur; ac post-
t.t.xii.T. modum inter posteriorem partem cubitum flectentium [a] musculorum, ramos ali-
z ead.t.iii.l. t.i.ii.v quot in progressu expromens. Ac [b] vnum quidem in primis [c] musculorum cu-
a ead.t.viii.r bitum extendentium capitibus offert, qui [d] venulas illas è directo respicit, quibus
b t.ii.n c li.ii.t.xi.Θ.f glandulas enutriri monuimus. Post hosce ramos paulò inferiùs ex posteriore [e] ve-
d t.ii.inter P, &R næ huius parte insignis exoritur ramus, qui venulas quasdam in cutem externæ bra
chij parti obductam mittit. Alius quinetiam ab externa venæ huius regione [f] ra-
e ead.o f ead.p mus effatu dignus enascitur, qui obliquè per posteriorem brachij partem inter os
g li.ii.ta.ix. S,T. & [g] musculos cubitum extendentes ad externum vsque ossis humeri tuberculum
h ead.Y.Z. Θ,Λ. delabitur, vbi [h] musculorum etiam ex huiusmodi tuberculo siue capite producto-
rum subit capita, quibus exiguos quosdam ramusculos exporrigit; ac dein per ex-
i li.vii.ta.ii. iii.φ. ternam vlnæ sedem deorsum fertur, vnà cum [i] quarto neruo eorum, quos brachium
adire narrabimus. Hi sunt quos axillaris vena, priusquam se in conspectum det, ra-
K li.ii.t.i.Δ mos educit, adusque scilicet [k] musculi brachium pectori adducentis insertionem;
l t.ii.q,r. atq; ibi in [l] duos propemodum æquales truncos dirimitur. Quorum alter toto pro-
m t.iiii.N. gressu occultatus, [m] arteriaque ac [n] tertio manum petentium neruo comitatus in-
n li.vii.t.ii.τ o li.ii.t.vi.in cedit, & inter duos cubiti flexores [o] musculos, deorsum ad mediam sedem cubiti
ter Θ,&γ flexus porrigitur, ramulos quosdam tum hisce musculis, tum membranis neruos ob-
tegentibus offerens. Vbi cubitum superauit, statim atque inter musculos motus
p t.v.f. digitorum opifices abdi incipit, [p] in duos partitur ramos, qui parum omnino in-
ter se abscedentes, surculos aliquot in conterminos iaciunt musculos; hincque
vlnæ alter, alter radio innitentes vnà cum horum musculorum tendinibus, ad ma-
nus vsque volam procedunt, sub transuerso etiam brachialis ligamento porrecti.
Volam vbi attingunt, in alios diducuntur ramos, qui sub volæ manus membrana re-
q ead.g. pentes, in internam digitorum sedem, hac quam subiungam ratione digeruntur. [q]
Ramus qui radio innititur, surculos duos in pollicem, totidemque in indicem,
atque vnum in medium digitum emittit. Qui vlnæ incumbit, paruo digito duas
propagines totidem anulari, vnam medio exporrigit. Atque ex hoc ramo venula
depromitur, quæ musculis externam volæ sedem occupantibus nutrimentum de-
r li.ii.t.vi.γ,x fert; ex altero autem surculus educitur, qui [r] musculos in primum pollicis os infer-
t.vii.i.2.3.t. xi.l. tos enutrit, Sicque vniuersus hic axillaris venæ truncus nuspiam conspicuus pro-
s t.ii.r. greditur. [s] Alter sub cute versus internum ossis humeri [t] tuberculum incedit, *Vena brachium*
t li.i t.vi.fig. vi.s. usq; cubiti articulum, perinde ac humeralis conspicuus. Quum primùm verò ela- *petens inter cu-*
u ead. tiorem interioris humeri [u] tuberis regionem attingit, sub cubiti flexum [x] in duos *tem & carnem.*
x t.i.ii.t,u. finditur ramos; quorum anterior cuti, quemadmodum & omnes ex eo eductæ pro- *Venæ axillaris ramus sub cute*
pagines, substratus, deorsum ad mediam cubiti flexus sedem properat, vbi secun- *incedens.*
y ead.G. do humerariæ [y] ramo [z] iungitur, nunc superiùs paulo, nunc paulò inferiùs; & ex
z ead.a. vtrisque vena, quam Communem siue Mediam nuncupamus, efformatur. [a] Poste- *Communis ve-*
a ead.g b ead.x,x. rior ramus illic editus vbi, axillaris venæ truncus, iuxta interius humeri tuberculum *na.*
partitur, surculos complures educit, per inferiorem brachij sedem sub cute descen-
dentes, partimque ad interna & externa latera pertinentes; ex quorum præcipuis [b]
vnus per inferiorem vlnæ sedem, nonnihil extrorsùm ad brachiale vsque contendit,
c ead.i. & ramos quosdam profundit cum humeralis venæ ramis [c] coeuntes; quibus venæ hu
merariæ ramis deficientibus, vena hæc ipsorum defectui sufficitur. Præterea ex
posteriore

posteriore hoc ramo [d] alius emanat, qui per cubiti posteriora fertur, & per exteriorē vlnę sedem inter cutem pariter & carnem delabitur. Alij rursus ex postrema hac vena [e] surculi emergunt, [f] qui per internam brachij sedem disseminantur, vario & incerto implexu tum inuicem, tum etiam cum nonnullis venæ illius ramis coeuntes, quæ per humiliorem vlnæ sedem diffunditur. Ramis his [g] alia insignis vena copulatur, quam [h] axillaris venæ ramus communem venam constituens, ab humiliori sede & ex medio progressu emittit. Vena hæc interdum rectà, interdum verò in orbes quosdam acta, in brachiale fertur, sese alijs eiusdemmet venæ propaginibus commiscens, quæ adeo tenues sunt, vt leui negotio varicosæ reddantur. Hæ ad brachiale nequaquam terminantur, sed partim rectà, partim obliquè ac transuersim, modo inuicem commixtæ, modò diremptæ in internam manus cutem exhauriuntur, cuti nonnunquam connatæ, nonnunquam verò inter ipsam & membranam carnosam procurrentes. Atque harum [i] propaginum, quæ pollicis radicem petunt, cum alijs coeunt [k] surculis, qui à communi vena educti in externam pollicis regionem diffunduntur. [l] Vena enim communis statim à sui productione, obliquè deorsum ad elatiorem brachij sedem fertur, donec [m] radium paulò vltra suæ longitudinis medium conscendens, & ramulos aliquot incerta serie diffundens, ac nonnunquam propaginibus internam brachij sedem perreptantibus copulata, in externam brachij regionem pertingat, per quam toto ductu inter cutem carnemque progreditur adusque mediam ferè vlnæ appendicem, vbi in duos [n] partitur ramos γ siue Λ literę imaginem æmulantes. [o] Elatior [p] sectionis huius ramus, surculum ad internam brachialis sedem iuxta pollicis radicem mittit, qui dictis nuper hanc sedem perreptantibus [q] surculis commiscetur, ac postmodum exteriùs inter pollicem & indicem procedit, in plures soboles, quę interdum inuicem coeunt, discissus, & eam constituens venam, quam medici complures, nescio qua ratione, in iecoris affectibus incidendam curant. [r] Inferior horum duorum ramus ad indicem & medium digitum, & aliquatenus ad paruū exporrigitur, in multiplices & ipse propagines dissectus. Huiusmodi est venarum per brachium distributio. Qua in re illud animaduersione dignum occurrit, sectionem, quam in manu fieri tradidimus, vsq; adeo variam esse, vt inter mille homines vix duos reperias, in quibus hęc eodem se modo habeat. Quamobrem, & quia venæ huiusmodi in quouis beneualente homine facilè occurrunt, illis demonstrandis minimè diutius immorabor. Id duntaxat, ꝙ summè necessarium iudicem, subticere nolo, eos qui ex vena sanguinem detrahunt, inter pollicem & indicem excurrente, humerariam sese aperire existimantes, in magno errore versari; nec minùs hallucinantur qui ab axillari sanguinem missuri eam pertundunt, quæ inter paruum digitum & anularem, siue inter anularem & medium porrigitur, cùm ambę soboles sint venę communis. Porrò non solum manus venę in diuersis hominibus euariant, verū etiam quę brachij interiora perreptant; siquidem communis vena nunc decliuior est, nunc altiùs consistit; atque interdum humeraria deperditur, vbi cum axillari coit; interdum verò hęc sola visitur; nonnunquam secus euenit, hisce atque alijs consurgentibus differentijs, vt vnicuique in se ipso explorare licet.

Manus venæ admodum variæ.

d ead.y.
e t.i.ii. ad z. inferius.
f ead.u.
g ad z. superius.
h ead.t.
i ead.δ.
K ead.q.
l ead.α.
m ead.β.
n ead.γ.
o γ.
p ead.δ.
q ead.q.
r ead.α.

De Venæ Cauæ infra iecur distributione. Cap. 9.

Venæ cauæ distributionis seriem superius à iecore tradidimus, superest nunc, vt propagationis infra iecur rationem edoceamus. Scire igitur oportet, venam cauam à [a] posteriore iecoris sede prodeuntem, statim atq; ab eo recedit, ad dextrum dorsi latus [b] deflectere, ac [c] surculum in sinistrum latus proijcere, qui potissimùm, in crassam tunicam à peritonæo enatam & reni obductam, exhauritur; cui ramo alter nonnunquam in dextro latere correspondet. Quanquam ferè dextri renis [d] vena haud ex venæ cauæ caudice, sed ex [e] vena serum ad renes deferente ortum desumit; interdum verò secus accidit, vt scilicet vena per sinistri renis tunicam distributa ex vena serum ad eundem renem deferente prodeat, & quæ in dextri renis tunicam

Vena exteriorē sinistri renis tunicam petens.

a t.ii. AA. li. iii. fig. xvii. AA. BB.
b t. ii. ab A, ud φ.
c t.ii.x.li. iii. fi.xix.x.v.
d t.ii.x.li. iii. fi.xix.γ.
e ead.a. figu. xxii.m.a

tunicam exhauritur, ex dextro venæ cauæ latere originem ducat. Quum primum vena hæc exactè ad dorsi medium appulit, iuxta primam lumborum vertebram duos [f] insignes educit ramos vtrinque singulos, qui rectà sese in renes prorumpunt, Venæ emulgentes dicti, quòd per eos serosum sanguinē renes exsugant. Et quemadmodum nunc dexter, nunc sinister ren superior est, haud secus quoque modo dextrum, modo sinistrum ramum editiorem esse contingit; nonnunquam verò ren altius consistit, ramus autem inferior subsistit. At nunquam sibi inuicem è directo respondent, quò meliùs renes serosum sanguinem alliciant, vti explicatiùs suo loco proditum est. Vterque igitur hic ramus ad sui lateris renem pertingens, ilico in [g] duos partitur, mirabili artificio, vti suo loco diximus, in renis substantiam exaustos. Verum ab humiliori sede sinistri rami circa ipsius medium, [h] vena in viris exit, quæ peritonæo, quà id lumborum musculos contegit, adherens incedit, & surculos aliquot in ipsum deriuans, obliquè deorsum in sinistrum latus tendit super [i] vrinarium sui lateris meatum, circiter ad os vsq; sacrū, hincq; pubis os iuxta inguen conscendit, & peritonæi membranam, nec non primum secundum, & quartum abdominis musculum circuens, pubis os [k] supergreditur per impressionem ob id in ipso excultam. Ac postmodum [l] in gyros quosdam varicosos acta, (vnde κιρσοειδὴς παραστάτης, quasi retortum quid testibus assidens dicas, appellata est) deorsum illabitur, dum se in testis elatiora inserat; vbi exiles quasdam [m] propagines in internum testis inuolucrum, aliasque complures in ipsam testis substantiam spargit. Venæ huic sinistrum accedenti testem, alia interdum sed raro iungitur, [n] quæ à sinistro venæ cauę latere paulò infra emulgentem venam emergit, & ex vtrisque simul iunctis alia consurgit vena, qua semen in sinistrum testem defertur. Cęterum [o] vena dextrum petens testiculum non ex emulgente, sed [p] ex anteriori caudicis venæ cauæ latere paulò infra emulgentem, versus dextrum latus, nonnihil prominenti & rotundo exortu profertur. Venæ huic aliam ex eiusdem lateris emulgente ortam, adiunctam fuisse Vesalius semel duntaxat sibi obseruatum testatur: Ipsi hactenus nunquam vidimus. Duę hę venæ, quæ seminis materiam disponunt, quò albedinem à testibus promptiùs suscipiant, etsi varium obtinent exortum, iter tamen minimè diuersum peragunt, eundem in viris omnibus ductum seruantes. Duabus hisce venis testiculos adeuntibus, [q] arteria vtrinque copulatur, quam [r] & magnæ arteriæ trunco paulò infra venam enasci audies; hæ inuicem commixtæ implicationes quasdam mutuo ingressu egressuque efformant, donec ex arteriæ spiritibus, & venæ sanguine corpus quoddam vniforme consurgat (mixtio hæc græcis ἀναστόμωσις, hoc est venarum apertio dicitur) sicque in eminentiorem testis regionem concedit. Iuxta exteriorem finis huiusce meatus partem alius [s] exoritur ipsi continuatus, nonnihil eo albidior duriorque; qui externa facie subrotundus est, vbi vero interiori testis inuolucro applicatur, paululum in medio canalis instar excauatus. Sicque deorsum prædictę membranę adhærens, à posteriore corporis varicosi sede in posteriorem eiusdem partem labitur, ac interiùs paululum consistens, posteriori testis regioni innixus ad humiliorem vsque ipsius [t] regionem properat. Ac postmodum denuò [u] ascendit, eadem membrana suffultus, ipsi interim minimè connatus, & in gyros quosdam anguis siue vermis instar, actus elatiorem testis sedem conscendit; vbi [x] tenuuior, teretiorque redditus, rectà sursum citra vllos anfractus fertur, anteriori [y] meatus parti innixus, quem semen ad testiculum deferre monuimus, ad eminentiorem vsque pubis ossis regionem, iuxta inguem. Et per idem [z] foramen ingrediens, quod priori meatui egressum præbuerat, deorsum tendit posteriori pectinis ossis parti incumbens, & peritoneo adherens, super vrinarium sui lateris [a] meatum, procedit, & insertionem in [b] posticam ceruicis sedem molitur, in eam scilicet glandulam, quam vsus huiusce gratia inibi haberi diximus. Hæc ita se habent in maribus. In muliere meatus hi ad os vsque sacrum eundem, quem & in viro ductum seruant, sed crassis quibusdam [c] membranis suffulti prorepunt, & priusquam ad testem pertingant, ambo in duas finduntur partes; quarum [d] altera in crassas quasdam membranas, & in vteri latera, nonnihil versus ipsius fundum

Margin notes (left):
f ta.ii.&.i.li.iii.fig.xix.a.b.fi.xxi.22.m,n.
g li.iii.fi.xix.xxi.xxii.25.
h t.ii.λλ.li.3.fi.xix.e.fig.xxi.x.
i li.iii.fi.xxii.q.
K li.iii.fi.i.x.
l ead.fi.xxii.a.δ,ade.fig.xxiiii.ab x,ad x
m fi.iiii.D
n fi.xxi.y.
o fi.xxi.t.
p fi.xxi.μ.
q li.3.fi.xxii.δ.
r li.iii.fi.xix.G.fig.xxi.xxii.a
s ead.fi.xxii.
t ea.fi.xxiiii.F,fi.xxi.i.
u ead.G.
x ead.B.fig.xxi.x.
y ead.fi.xxi.y.
z li.iii.fi.i.G H.
a li.iii.fi.xxi.xxii.q.
b fi.xxii.r.
c fi.xxiiii.o,o.
d fi.xxvi.n.

Margin notes (right):
Venæ ad renes tendentes.
Sinister seminis meatus.
Dexter.
Seminalis venæ cum arteria coitus.
Meatus quo semen à teste ad penem defertur.
Meatus seminarius muliebris.

dum

dum digeritur. [e] Altera seminali arteriæ, perinde ac in viro fieri diximus, ilicò copulatur, & minimè abdomen egressa, in sui lateris [f] testiculum adigitur, qui vti diximus ad latus fundi vteri situs est, & in [g] elatiorem testis regionem recurrés [h] haud editiora petens, irrepit in orbes, siue anfractus quosdam anguis ritu acta, quousque in angulum fundi vteri suæ regionis inseratur. Porrò quanuis in viris, ac mulieribus, meatus testiculos adeuntes ab his, qui hinc vlteriùs procedunt, tum substantia discrepent, tum etiam quia quod in prioribus continetur sanguinis colorem obtinet, in posterioribus verò semen iam confectum, elaboratumque est; veruntamen quòd à principio ad finem continuentur, vtrique spermatica vasa latinis dicta sunt. Estque illud animaduersione dignum, in posterioribus ferè tantam seminis copiam asseruari, quanta vni aut alteri procreationi plus minus've satis esset; atque hanc ob causam boues recèns castratos prolem genuisse obseruatum est. Et quia diximus semẽ altiùs à testiculis proficisci, sciendum est, nihil præterea in testiculis semen acquirere, quàm quod mammæ in sanguinem conferunt, albedinem scilicet; neque verò ideo Eunuchi filios minimè procreant, quòd semen ipsis desit, sed quia abscisi meatus sunt, per quos ipsum deferri oportebat. Verùm his dimissis, & ad historiam nostram redeundo, præter duas hasce venas, quibus semen ad testes defertur, vena caua à posteriore sui sede, quæ lumborum vertebrarum corpora spectat, quibus adhærescit, [i] propagines complures instar pedunculorum expromit, quæ per harum vertebrarum foramina ingrediuntur, vnde neruos prosilire audies, & spinali medullæ alimentum deferunt; simulque ramulos aliquot in musculos vertebris hisce adnatos diffundit, ex quibus alij rursus emergunt, ad abdominis vsque latera in arcum porrecti, & musculis abdominis, quos perreptant, enutrientes. Simulatque autem [k] vena caua [l] sacrum os attingit, arteriæ magnæ, ne sacrum os ipsi officiat, pauimenti ritu substernitur, ac in duos protinus æquales ramos dirimitur, quorum alter dextrum, alter sinistrum crus accedit. Ab exteriori vtriusque horum latere ab ipsa statim partitione, siue in ipsamet, nonnunquam verò & paulò altiùs, [m] vena promitur omnium, quas ad lumborum vertebras, & abdominis musculos, aliosque lumborum vertebris annexos reptare diximus, maxima: quæ transuersim supra lumbos progreditur, ramos aliquot tum ipsis, tum abdominis musculis, & peritonæo porrigens. Vena hac educta, truncus vterque obliquè deorsum versus exteriora fertur, & ambo inuicem Λ græcæ literæ figuram constituunt, [n] surculos nonnullos superioribus sacri ossis foraminibus in progressu offerentes. Dein vterque vlteriùs concedens in duos inæquales partitur ramos; quorum [o] interior idemque tenuior, ilico in duos alios finditur; quorum [p] exterior, versus exteriora transuersim, inter sacrum & coxendicis os, vnà cum [q] maximo cruris neruo se proripit, multiplicem ramorum seriem in musculos, ab iliũ ossis externa sede pronatos, femurque mouentes, nec non etiam in eos qui ab humiliori coxendicis ossis regione proferuntur, effundens: adeo vt posterior coxendicis articuli sedes, & inguinum cutis à pluribus venæ huius propaginibus nutrimentum suscipiant. Interior ramus ab interiore sui latere exiguas [r] aliquot propagines in sacri ossis foramina mittit, aliasque his maiores in ani [s] musculos, & cutem ipsi circunductam proijcit, ex quibus aliquæ ex hæmorrhoidibus constituuntur. Paulò vlterius [t] alia ex hoc ramo vena depromitur, quæ in maribus vesicæ latus suæ regionis adit, & in plures dissecta ramos, in vesicæ collum, & penem exhauritur; [u] in mulieribus pingui obtecta mrmbrana propreditur, & ramulos aliquot vesicæ porrigit, longè autem plures in fundi vteri latus dispensat, quorum aliqui crassiores effecti in ipsius ceruicem pertingunt, ac per hos virginibus, atque vtero gerentibus menstruæ purgationes erumpunt. Haud ideo tamen cæteris etiam mulieribus sanguinem hac parte expurgari inficias eo, quanuis per internam vteri amplitudinem potissimum excernatur. Quod reliquum est [x] sinistri rami partitionis supra os sacrum factę, ad pectinis os contendit, & [y] ramo eundem ductum ab altero latere seruanti copulatum, [z] venam vnà cum eo constituit, quę primùm peritonęum, ac dein [a] decimum femur mouentium musculum perforat, & pubis ossis [b] foramen permeans per sinum, tum ipsius, tum arterię, ac nerui gratia in elatiori foraminis

Discrimen inter prima, & secunda seminis vasa.

Eunuchi cur minimè procreent.

Venæ lumbos accedentes.

Partitionis venæ cauæ iuxta os sacrum figura.

Virginum, & prægnantium menstrua quibus effluant venis.

e fi.xxvi.o.
f ead.r.
g ead.l.
h ead.u.
i t.ii.ζ.li.iii. fi.xxvi.ζ.
k t.ii.o.
l li.iii.fi.xix. xxi.xxii.
m t.ii.τ.τ.
n φ.
o ρ.
p ς.
q lib.ii.t.x.ζ. lib.vii.ta.ii. 71.
r υ.
s ψ.
t χ.
u lib.iii.fig. xxvi.γ.β.
x t.ii.ρ.
y ab ς nascitur ω.
z α.
a lib.ii.t.xv. fi.xvi.F.G. H.
b lib.i, t.i.ii. iii.r.

c li.ii. t.xiiii. b,b. minis sede insculptum, ac [c] membranam huic foramini obductam, nonumque femur mouentium musculum transuersim permeans, in femur se recondit, secundi crus mouentium musculi, quintique, atque octaui femoris motorum capitibus ramos aliquot exporrigens, ex quibus alij prosiliunt surculi ad cutem vsque iuxta inguina reptantes. Præter hosce ramos [d] alius coxendis acetabulum adit, per sinum ingrediens, qui ob id priuatim in eo exculpitur. Hunc in modum ramus iste digeritur, & femoris medium rarò superat; nihilominus præcipua ipsius vena quam per quintum femur mouentium musculum propagari diximus, alteri maioris [e] venæ in crus deductæ [f] ramo commiscetur. [g] Exterior caudicis venæ cauæ ramus obliquè in crus contendit, & prius quam peritonæum perforet, ab elatiore sui sede, mediocrem expromit venam, quæ sursum per peritonæum, versus abdominis anteriora tendens, & ramulos quosdam peritonæo communicans in rectum abdominis musculum sui lateris pertingit; [h] vbi peritonæo, ac transuerso abdominis musculo circunducta, in internam recti abdominis musculi sedem suæ regionis inseritur, & recto tramite ascendens, ramos aliquot in cæteros abdominis musculos transuersim emittit. Vbi verò vmbilicum paulò superat, in plurimos discinditur surculos, [i] venarum terminos contingentes, quas à iugulo deorsum sub pectoris osse deferri monuimus. Venæ huius beneficio mammillis cum vtero communionem intercedere complures aiunt, eo quòd quæ deorsum fertur, dum mammas pertransit, cum ipsarum venis coit, quæ verò ascendit iuxta ramum exoritur, quem ad vterum progredi diximus. Id quàm verum sit, decernere hic supersedeo, ne breuitatis in tractanda historia mihi propositæ terminos egrediar. Id nunc intellexisse sufficiat, venæ ascendentis, ac descendentis extrema rarissimè inuicem committi.

d ta.ii.iuxta a.

e z.

f iuxta x.

g 5.

h li.ii. t.vi.e. li.iij.fi.I.

i t.ii.M.ta.v. fi.ii.I.

Vena illi coalescens quæ sub pectoris osse incedit.

Mammarum atque vteri consortium.

De venæ cauæ in crus propagatione. Cap. 10.

PRæter ramos quos à vena caua in posteriorem coxendicis sedem effundi, & in femur prolabi diximus, duæ priuatim venæ ab ea proferuntur; [a] minor altera, quæ vti diximus, per pubis ossis foramen ad femoris vsque medium se proripit, circumiectis sibi musculis alimentum suppeditans; altera maior, aliarum omnium crus adeuntium quidam veluti truncus. [b] Hæc ab exteriori ramo alterius venæ cauæ caudicis, post factam ipsius supra os sacrum disiunctionem exoritur, & simulatque à peritonæo emergit, in inguina fertur, per elatiorem, interioremque ossis coxendis regionem, quà [c] sextus, & septimus femoris motores musculi descendunt; & per femoris anteriora, introrsum nonnihil perreptans, nullo obtecta musculo per sinum fertur quem [d] primus crus mouentium musculus, [e] octauusque femoris motorum in inguine efformant; ibique in complures ramos discinditur. Quamobrem frequentes inibi [f] glandulæ repositæ fuerunt; quemadmodum & sub axillis, ceterisq; omnibus venarum partitionibus multas haberi prodidimus. [g] Primus venæ huius ramus crus accedens insignis est, & ex interiore ipsius parte enascitur, ac inter cutem & carnem, per femoris, genu & cruris interiora, ad internum vsque [h] malleolum excurrit; vbi in pedis superiora descendens, in varias partes digeritur, alijs huc pertinentibus, vti dicemus, venarum surculis commixtus. Vena hec adusque malleolum eundem ferè in cunctis corporibus progressum seruat, secus quàm vlteriùs ab eo: etsi enim malleolum vt plurimum conscendit, nonnunquam tamen sub eo fertur. Varius quoque non parum est ipsius in pedion, & pedis digitos diremptus; interdum nanque alijs quibusdam ramis commixta in minimum digitum ipsique proximum, interdum verò in pollicem eique proximum excurrit. Paucis, eundem distributionis rationem in nemine propemodum seruat; imò vix vnquã eodem modo in crus vtrunque digeritur. Quinetiam rami quos per crus descendens educit, nunquam ferè eundem seruant ordinem, quanuis id vnum commune omnes habeant, vt cutem inter & carnem ferantur. Ac ferè in elatiore interna femoris regione vena hæc duos profert ramos; [i] minorem alterum qui introrsum per perinæum, per inguina, & femoris interiora progreditur; [k] alteram exteriorem, & maiorem, qui femoris

a α.

b truncus inter Θ & Ω.

c li.ii.ta.viii. Θ,A.

d li.ii.t.i.z.

e li.ii.t.iii.m.

f li.ii. t.iii.I.

g t.i.ji.Θ.

h li. i. ta.i.ii. iii.φ.

i A.

k Ω.

Quod præcipuæ venæ in crus ferantur.

Maxima crus petens vena.

Primus venæ huius ramus.

moris exteriora anterioraque inter cutem carnemque perreptat, in plures perin-
de ac interior propagines dissectus. Preterea vbi ad femoris medium presens vena
pertingit, venas quasdam notatu dignas educit, inter quas [l] vnam priuatim, [m] in l π.
primum crus mouentium musculum emittit. Ex hac eadem vena, vbi versus po- m li.i.t.i.Σ.
plitem reflectitur, [n] binæ rursus venæ prosiliunt, exiles quidem illæ & æquales, qua- n t.ii.Σ.
rum altera in genu anteriora, in flexum altera porrigitur; quanuis hæc nonnun-
quam desit, nonnunquam verò tenuis vsqueadeo sit, vt intuentes propemodum ef-
fugiat, tunc scilicet, cùm genu adiens [o] vena solito maior existit. Insuper, vena o b.
hæc, suo per crus incessu, surculos quosdam producit, qui antrorsum, retrorsumq;
crus amplexantes, & cum proximis quibusdam venis coeuntes incedunt. E' regio-
ne huius propaginis vena hæc insignis [p] aliam educit, quæ extrorsum ducta, in cutem p a.
anteriori ossis coxendicis regioni obductam, atque in musculos inibi situatos ex-
hauritur. Quum primum duas eiusmodi propagines, vena magna edidit, in muscu-
los femoris os amplexantes reconditur, [q] septimo & nono crus mouentibus muscu- q li.ii.t.iii.r.
lis, [r] insignem offerens ramum, ex quo surculi quidam in cutem deriuantur. Vlte- r t.ii.1.
riùs alium depromit [s] ampliorem, qui in [t] quintum femur mouentium musculum s t.ii.2.
distribuitur, soboles aliquot in [u] octauum cruris motuum autorem dispensans. Eo- t lib.ii.t.viii φ.c.ta.xii.
dem modo venas alias complures emittit, quæ musculis femur ambientibus propè Σπ.
omnibus nutrimentum elargiuntur. Harum [x] maxima extremo illius venæ com- u li.ii.t.viii Σ.
mittitur, [y] quam pubis ossis foramen permeare, & ad medium vsque femoris dela- x t.ii.χ.
bi retulimus, ea in longum adeo producta, vt propemodum in genu pertingat. y a.
Deinceps maxima vena, deorsum ad femoris os, nonnihil ad posteriora reflexa la-
bitur, & surculos quosdam prætenues in membranas præcipuis cruris musculis ob-
ductas diffundit. Ac postmodum alium de se promit [z] venam, quæ in femoris po- z 3.
steriora excurrens, surculos quosdam sursum in cutem propagatos exerit. Venę hùic
à [a] ramo, quem in quintum femur mouentium musculum dispensari diximus, sobo- a 2.
les quædam accedit, & mediocris ex vtrisque vena consurgit, cutem, vti monuimus
accedens; quanuis non infrequenter accidat, [b] vt duæ ab insigni cruris vena propa- b 3.4.
gines emergant, vna editior altera, quæ in progressu inuicem copulatæ, eam con-
stituunt venam, quæ in cutem porrigitur. Quæ vbi [c] ramos quosdam in elatiorem c 5.
posterioremque femoris sedem germinauit, rectà deorsum per medium [d] popli- d 6.
tem in suram illabitur, multiplicem [e] ramorum sobolem incerta serie per eam di- e 7.
spensans; imo alij rectà, alij obliquè, transuersim alij progrediuntur, quidam ve-
Cur facilè in cruribus fiant varices.
rò inuicem coeuntes, in vnum abeunt. Quæ venarum multitudo, vt varices inibi
fiant, in causa est. Vena hæc vbi hos germinauit surculos, in alijs ad [f] talum vsque f 8.
porrigitur, ibique desinit; in alijs verò aliquibus permiscetur ramusculis, per crù-
ris anteriora accedentibus, & eò quà ipsa incedit, pertinentibus; ac dein ad [g] ex- g li.i.t.iii.
teriorem porrecta malleolum, pedis superiora inter carnem, & cutem adit. Hunc
itaque in modum magna cruris vena, femoris ossi accumbens descendit, atque ita
in ipsum obliquatur, vt ad genu pertingens, [h] inter posteriora imæ ipsius sedis [i] ca- h t.ii.9.
pita feratur; vbi in duos inæquales finditur ramos. [k] Interior qui oppidò tenuior i lib.i.ta.iii. 16 16.
est, surculos aliquot in suræ musculos effundit, præsertimque in anteriorem [l] pri- k t.ii.10.
mi & secundi pedem mouentium regionem, simulque [m] ramos aliquot in cruris l lib.ii.t.xi φ+.
interiora dispensat. Vbi autem [n] ad humiliorem tibiæ appendicem ramus iste per- m 11.
tingit, & ramos aliquot in cutem deriuauit, sub malleolo flectitur, & per internum n 12.
pedis latus ad pollicem vsque contendit; vbi ferè in cutem obliteratur; nonnun-
quam verò ramus hic inter calcis os & tibiam, vnà cum tendinibus hàc pedion a-
deuntibus porrectus, insertionem in digitos molitur. [o] Exterior diductionis in po- o 13.
plite factæ ramus, longè amplior est, duasque in venas dirimitur; quarum [p] maior, p 14.
eademque interior, in suræ [q] musculos tota porrigitur, rectà primum inter primi q lib.ii.t.xi xiii.xiiii.x
& secundi pedem mouentium capita, & inter quartum quintumque pedis eius-
dem motus auctores, ac postmodum inter musculos digitorum flexores, & à cru-
re ortos, secundum longitudinem prorepit, [r] ligamentum quandoque contin- r li.ii.t.xv.
gens, quod fibulam tibiæ committit. In hoc incessu, musculis quos perreptat,

infra

s 17.
t iuxta 8.
u li.ii.t.xiiii. θ.
x t.ii.16.
y 18.
z li.ii.t.vi.Ω.
a ead.Φ.Ψ.

surculos aliquos subinde porrigit, inter quos tamen nulli, aut quàm paucissimi ad cutem perueniunt. Quum primum vena hæc ad medium circiter cruris longitudinis infra genu adducta est, in duos rursus finditur [s] ramos; quorum interior [t] surculum in tali ossis, & tibiæ articulum mittit, ac deinde vnà cum musculorum tendinibus descendit, & à posteriore cruris regione, versus pedium, inter calcem tibiamque sub [u] musculo secunda digitorum internodia flectente obliquatur; & duos in pollicem ramusculos, totidemque in indicem, ac vnum in medium digitum proijciés, absumitur. Quanuis plerunque interior [x] ramus in cunctos disseminetur digitos, nullo interim ramo inter calcem, ac tibiam porrecto. Alter autem ramus, postremæ scilicet partitionis exterior, iuxta fibulam porrigitur, & vbi proximè ad ligamenti finem pertingit, quod fibulam tibiamque colligat, [y] ramum depromit, qui ligamentum perforans, in pedem vnà cum musculorum ipsum adeuntium tendinibus per cruris anteriora se proripit, surculos aliquot [z] musculis offerens, qui pedis digitos extrorsum reflectunt, aliosque rursus in cutem pedis pectini obductam. Quod reliquum est huiusce rami in pedium vnà cum [a] septimi, & octaui pedem mouentium musculorum tendinibus concedit, in paruum digitum exhaustus, cùm interior ramus inter calcem & tibiam deductus, nullos digitis ramos exporrigit, sicque magnæ cruris venæ in pedem propagatio finem habet. Verum enimuero hæc venarum in pede distributio, haud minùs quàm in manu varia, & diuersa est; fit enim sæpenumero, vt [b] interior vena, quam in suræ musculos abdi retulimus [c] ramum membranæ tibiam fibulæ annectenti porrigat; qui iuxta ipsam per cruris anteriora in pedium defertur, ac tunc [d] vena, quam in sura bipartito scindi diximus, minimè finditur, sed pedium indiuisa perreptat, & in omnes digitos propagines effundit. Interdum verò [e] vena in musculos cruris anteriora occupantes reconditur; quæ ab exteriore præcipuæ diuisionis [f] ramo, quam in poplite fieri tradidimus, exoritur, & in superiorem tibiæ appendicem properat. Et protinus inter sextum, ac septimum pedem mouentium musculos surculum profundit, ex quo numerosa pullulat ramorum series, qui musculis in anteriore cruris regione consistentibus alimenta deferunt. Nonnunquam etiam in cutem extimæ cruris partis multiplices mittit surculos, quorum [g] præcipuus nunc retrorsum, nunc antrorsum obliquatus tantisper incedit, dum iuxta interiorem malleolum in pedium declinet, alijs venis hàc inter cutem, & carnem porrectis complicatus. Cùm itaque vsqueadeo varia sit harum venarum per crus, ac pedem sub cute reptantium distributio, cùmque in promptu adeo sit, eas in quouis homine intueri, si eas vt sanguinem detracturi solent, alliges; non est vt ordini, vbi minimè is reperitur, constituendo insudem; potissimùm quòd venas has ex eodem omnes [h] trunco deorsum per inguina reptante, prodire obseruem; quòdque iuxta genu in interna sede, in maiore hominum parte, [i] interior ille ramus caudicis magnæ venæ, conspicuus offeratur, ex quo duntaxat multi ex græcis sanguinem mitti commendabant. Ac proinde non possum non mirari eos medicos, qui quadruplicem in pedis pectine venam statuunt, sanguinis extractioni accommodam; Primam quidem iuxta interiorem malleolum, quam Saphenam, Matricis, & Virginalem venam appellant; alteram iuxta exteriorem malleolum, quæ schiatica ipsis dicitur; tertiam in pollicem porrectam, popleticam nuncupantes; quartam eam quæ paruo digito proxima est, quam Renalem vocant. Atque in his omnem venæ cauæ propagationis historiam absoluimus. Nunc de vena vmbilicali agendum superesset; sed quia hæc nullius in humano corpore vsus censetur; & quia tertio libro priuatim de ipsa egimus, illud duntaxat hoc loco subiungam, cùm in iecur adigitur, nequaquam in plures, vt inquit Vesalius, ramos discindi; quin potius in nullum dissecta ramum, venæ portæ committitur. Quartæ venæ, quæ arterialis dicitur enarrationem tunc opportunè aggrediemur, vbi de magna arteria sermonem habuerimus; quòd aliquid cum ipsa cognationis habeat, vt ex ipso patet nomine.

b t.ii.16.
c t.v.γ.
d t.ii.17.
e t.v.γ.
f t.ii.13.
g 15.
h inter Θ & Ω.
i t.ii.Φ.

Incerta venarũ pedis in distributione series.

Ratio considerationis venarum pedis.

Vmbilicalis vena.

De magnæ arteriæ ortu, eiusq; in superiores à corde regiones propagatione. Cap. II.

Magnæ arteriæ ortus.

VEteres omnes tum Philosophi, tum Medici communi consensu cor arteriarum principium, & originem statuerunt: cuius quidem illud euidens argumentum est, quòd magna arteria hic longè amplior quàm alibi vspiam occurrat.[a] Prodit igitur magna arteria ex elatissima sinistri cordis ventriculi sede, principio orbiculari, & cartilaginis ferè in modum duro. Protinus autem ab exortu, vbi [b] tres superauit membranas, quæ, vti quartus liber edocuit, spirituum & sanguinis recursum à magna arteria in sinistrum cordis ventriculum prohibent,[c] duos per quàm tenues educit ramos; alterum iuxta membranæ dextri lateris scapulas, alterum ad posteriorem foraminis partem, quod dictæ occludunt membranæ, à læua etenim nullus exoritur. Præsentes rami, cordis basim vnà cum coronali vena, circum circa, instar coronæ ambiunt, ex ipsisque surculi quidam exigui pullulant, deorsum per cor illabentes; quorum maximus in crassissima latissimaque cordis regione occurrit, vbi scilicet duorum ipsius ventriculorum septum enascitur. Ex duobus hisce ramis, (etsi æqualis propemodum est vtriusque amplitudo) qui ex dextro magnæ arteriæ orificij latere producitur, amplior ferè longiorque est. Duobus hisce surculis eductis arteria magna, à cordis basis centro, sub arterialis venæ [d] caudice sursum effertur, & cordis [e] membranas perforans, in duas actutum partes dirimitur; quarum [f] maior deorsum, altera sursum contendit, inter [g] asperam arteriam, & [h] venam cauam atque intersepientes thoracem membranas ascendens; ac statim ramum [i] à sinistro latere de promit, obliquè sursum ad primam eiusdem lateris costam porrectum, qui quandiu pulmoni accumbit, ac sinistræ thoracem intersepienti membranæ deuincitur, nullus ex eo ramus educitur, protinus autem vt primam attingit costam, duas emittit propagines; [k] alteram ab humiliore sui sede, quæ costarum radices perreptans, in singula quatuor priorum costarum interualla, singulos effundit surculos, ex quorum vnoquoque duo rursus alij, in spinalem medullam; & musculos ipsi scapulisq; hic instratos excurrunt; [l] alteram verò ab elatiore, prædicta longè ampliorem, quæ obliquè sursum ad septimæ ceruicis vertebræ latus irrepens, [m] vertebræ huius & reliquarum omnium ceruicis, transuersorum processuum foramina permeat, dorsali medullæ surculos quosdam communicans, ea ingredientes foramina, quæ neruis egressum largiuntur; alios item musculis ceruicis posteriora occupantibus. Quod reliquum est huiusce arteriæ, occiput, vt inquit Vesalius, vnà cum comite arteria conscendit, & simul ambæ spiramen subeunt, quod in posteriori capitulorum occipitis ossis sede visitur, atque in duræ menyngis sinum suæ regionis exhauriuntur; at secus se res habet, vt de capitis venis, & arterijs agentes, dicemus. Præter ramum hunc, ceruicis vertebras adeuntem, ex [n] arteria, quàm obliquè primam costam conscendere monuimus, [o] alia insuper arteria pullulat, quæ accliuis, & ipsa fertur, licet obliquè ac in priora magis quam illa; & in ossis pectoris editiora pertingens, intersepientique thoracem membranę suę regionis adhęrens, obliquè deorsum, per dicti ossis latus fertur quà ipsi costarũ cartilagines adhęrescunt. Arteria hęc idẽ iter conficit, eosdemq; in ramos, cum ea [p] vena scinditur, quã sub pectoris osse decliuẽ ferri, & iuxta mucronata pectoris cartilagine prosilire, inque rectum abdominis musculũ sui lateris exhauriri prodidimus. Et quemadmodum huic venę, [q] alię ab inferiori sede correspondet, sic & arterię hàc repenti, pręterquam quòd ab arteria nulli in cutẽ rami deriuantur; quod si qui mammillas adeunt, exigui admodum sunt. Vbi hasce propagines [r] magna effudit arteria, antrorsum, brachium versus deflectens concedit, & priusquam è thoracis cauitate emergat, [s] secundum dorsi motorem musculum perforatura, insignem [s] alium educit ramum, qui occiput conscendens, in musculos ceruicis posteriora occupantes, distribuitur, nullam interim cuti propaginem offerens. Postmodũ thoracis cauitatẽ arteria egreditur, & primã superat costã, tantisper obliquata, dũ proximè ad axillã pertingat, ibiq; à posteriore sui sede mediocris ampli-

Arteriæ magnæ in duas partes diremptus.

Arteria rectos abdominis musculos acceaens.

a li.iiii.fi.vi. O.h.v. H.t. iiii.A.
b li.iiii.fi.x. C,C,C.
c t.iiii.B,B.
d li.iiii.fi.vi. o transit sub I.
e ead.fig.iiii. H per A.
f t.iiii i. lib. iiii.fig.vi.R.
g fi.vi.Y.
h ead. N.ta. v.a.
i t.iiii.D.
x ead.E.
l ead.F
m li.i.t.v.fi. vi.oo.
n t.iii.D.
o G.li.iiii. ii.D.
p t.ii.l.lib. t.vi. a. li.i fi.i.K.
q li.iii.fi.i.
r t.iiii.D.
s lib.ii.t.vi C.
s t.iiii.H.

t ead.L. amplitudinis [t] ramum profert, qui in musculos per scapulæ interiora porrectos spargitur. Ac dein alterum ex superiori sede paulò minorem profundit, qui ad humeri cum scapula articulum deducitur, & iuxta summum humerum, in complures agitur surculos, quorum [u] vnus humerali [x] venæ, antequam è musculis emergat, comes accedit. Huic ramo [y] alius succedit, paulo demissiùs ab axillam petente arteria ortus, qui per musculos pectori instratos multiplici propagine digeritur. Vlteriùs [z] alij enascuntur surculi glandulas, quæ axillis assident, adeuntes. Ac deinceps [a] alius emergit, qui deorsum per thoracis latera deductus, [b] musculo potissimum inseritur, brachium deorsum agenti. [c] Reliquum huius arteriæ, vnà cum [d] iecoraria vena, in brachium porrigitur, in musculos humeri motores sese recondens, & [e] ramulos aliquot, internæ musculorum humerum amplexantium sedi, nec non membranis neruos, qui hàc pertranseunt, ambientibus, exporrigens. Ac postmodum sensim ac sensim illabitur, interiori venæ magnæ [f] ramo copulata, & [g] propaginem educens, quæ secundum posteriorem humeri sedem, quà ipsi cubitum extendentes musculi adhærescunt, ad externum vsque humeri [h] tuberculum contendit, ibique vnà cum [i] vena, quam hàc deferri narrauimus, inter musculorum tendines deperditur. His peractis, arteria protinus inter [k] musculos cubiti flexores reconditur, ramulos ipsis nonnullos offerens, ac dein versus cubiti flexum retorquetur, duasque [l] propagines vtrinque singulas in cubiti articulum emittit, iuxta [m] secundi musculi cubitum flectentis terminum perreptans, adeo detecta, vt pulsum edere haud obscurè persentiatur. Post hæc, deorsum fertur, inter musculum secunda internodia flectentem, & eum qui tertios quatuor digitorum flectit articulos demersa, & [n] in duos dissecta ramos, alterum quidem iuxta radium, alterum verò iuxta vlnam deductum. Qui secundum radium fertur, cuius pulsum in dies contrectamus, non procul à brachialis radice [o] ramulum profert, qui sub musculorum pollicem extendentium [p] tendinibus, in externam manus sedem se proripit, & in [q] musculos inter primum pollicis os, & postbrachialis os indicem sustinens, repositos, exhauritur. Hunc vbi eduxit ramum arteria sub [r] transuerso internæ brachialis sedis ligamento, & sub manus [s] tendine procurrit, in tres discissa [t] ramos, perinde ac neruus, & vena huc pertinentes. Ex hisce ramis primus, & secundus in duos quisque ramos dirimitur; ac ille quidem in internam pollicis regionem porrigitur, secundus eandem indicis regionem petit, tertius autem indiuisus internum latus interioris medij digiti sedis accedit. [u] Ramus per vlnam porrectus, in manus quoque volam pertingit; adeo in musculos abditus, vt ipsius pulsatio minimè percipiatur, præterquam in impensè gracilibus, sicque sub transuerso brachialis ligamento, & manus tendine procedens, [x] duos ramos in paruum digitum, totidemque in anularem, atque vnum in externum medij digiti latus deriuat. Ramus hic etsi nullum ferè in extimam manus regionem ramulum diffundit, interdum tamen musculis externum latus ossis postbrachialis, quo paruus fulcitur digitus, occupantibus, [y] ramum communicat. Atque hunc sanè in modum, prioris arteriæ rami in sinistrum brachium diremptus terminatur, quem à sinistro ipsius latere, post egressum è corde, produci retulimus. Vbi ramum hunc arteriæ magnæ truncus edidit, rectà sursum [z] asperæ innixus arteriæ, ad [a] glandulas iugulo assidentes prorepit, quæ ipsi perinde, ac venis strati ritu substernuntur, robur quoque ipsius adaugentes. Huc igitur contendens, priusquam thoracis cauitatem egrediatur, in duos finditur inæquales ramos, [b] sinistrum alterum ac minorem, [c] alterum dextrum maioremque, soporales arterias appellatos. Minor in læuam paululum deflectit, & [d] interiore iugulari comitatus, secundum læuum asperę arterię latus sursum ad fauces effertur; vbi in [e] duos secatur ramos, quorum minor exteriorque surculum in malas deriuat, ac dein in duos partitur, quorum alter tempus sinistrum adit, alter ponè aures concedit, adeo vtrique prominentes, vt pulsum edant minimè obscurum. Maior, idemque interior, fauces subit, surculos aliquot laryngis, & [f] linguę musculis exporrigens, ac postmodum in caluariæ [g] basim se proripit. Priusquam verò caluariam ingrediatur, in duos quoque ramos digeritur, alterum quidem [h] grandiorem, qui [i] fo-

Marginal notes (left): t ead.L. — u ead.K. — x t.ii.aa. — y t.iiii.l. — z inter L & M. — a ead.M. — b li.ii.fi.x.Θ. — c t.iiii.N. — d t.ii.m. — e iuxta N. — f t.ii.qq. — g t.iiii.O. — h li.i.t.vi. fi. vi. ab Y ad P. — i t.ii.p. — k li. ii. ta.vi. Θ,r,r. — l t.ii.P.P. — m li.ii.t.viii. N. — n t.iiii.Q.S. — o ead.R. — p li.ii.t.xi.u, q,r. — q ead.l t.viii. Y. — r li.ii. t.iiii.δ. — s ead.tab.iii. inter q; & i. — t ta.iiii.inter R & T. — u ead.S. — x inter T & a. — y ead. — z ead.Y. — a ead.fi ii.F. — b li.iiii.fi.vi. x.x. — c li.iiii. fi.vi. s. — d t.ii.s.t.v.4. — e t.iiii.a. — f ead.c. — g ead.d.t.iii. fi.ii.B — h t.iii.fi.ii.L. — i li.i.t.v.fi.i. E.

Marginal notes (right): *Arteria mammas petens.* — *Quæ in brachium fertur.* — *Arteria cuius pulsum contrectamus.* — *Trunci arteriæ caput cõscendentis progressus.*

ramen subintrant, in cuneiformis ossis parte sellam referente insculptum, [k] in qua glandulam cerebri pituitam excipientem locari diximus. Hic simulatque in caluariam adigitur, in duos quoque ramos partitur; quorum [l] alter in narium cauitatem per [m] foramen sui gratia priuatim exculptum se confert, & inter nasi cartilagines atque alas deperditur, exilium quarundam arteriarum finibus faciem, vti dicemus, adeuntium, comitatus; [n] alter numerosa sobole dissectus in, [o] duram menyngem vniuersam exhauritur. Arteriæ autem truncus, simulatque hos eduxit ramos, rursus [p] bipartito scinditur, & caluariæ basi suffultus, in priora paulisper sic diuisus incedit, posteaque denuo [q] coalescit, [r] insignem propaginem per secundi neruorum cerebri paris [s] foramen in oculum, inque interiorem temporalis [t] musculi sedem emittens. [u] Quod arteriæ superest, duram [x] menyngem perforat, partimq; [y] in tenuem membranam, [z] partim verò in sinistrum cerebri ventriculum procurrit, in plexum quendam instar fasciç toto incessu actus. Alter partis arteriæ ramus, quam cranium conscendere diximus, ad basis caluariæ posteriora vnà cum comite [b] vena proficiscitur, [c] propaginem [d] musculis dispensans, anteriorem ceruicis vertebrarum sedem occupantibus, inter primam & secundam vertebram; ac postmodum vena comitatus caluariam, ingreditur per [e] foramen quod sextæ [f] neruorum cerebri coniugationi aditum præbere dicemus, & in sinistrum duræ membranæ sinum obliteratur. [g] Dexter insigniorq; magnæ arteriæ ramus, rectò pariter tramite sursum effertur; & vbi ad primam pertingit costam, ex dextro sui latere insignem producit ramum, q per priorum costarum interualla, in transuersos ceruicis vertebrarum processus, in pectoris os, in musculos colli posteriora occupantes, in dextrum brachium, & vt vno verbo dicam, in omnes eas partes distribuitur, in quas ramum sinistrò brachio expor rectum digeri docuimus. Vbi hunc exprompsit ramum [h] arteria hæc [i] illi æqualis redditur, quam secundum asperç arteriæ sinistrum latus sursum reptare commemorauimus; quæ idem vtræque iter conficiunt, eandem sortitæ appellationem Carωtides nempe, hoc est soporales, siue somnum inducentes dictæ, quòd his obstructis, siue quauis tandem ratione occlusis, statim obdormiscimus. Cuius quidē periculum fecisse Realdum Columbum Pisis anno 1544, ipse vidi in adolescente quodam in frequenti nobilium virorum corona, non minori eorum terrore, quàm nostrum risu, qui id incantamenti vi effici ipsis persuadebamus. Illud item notatu dignum accurrit, ab exteriori portionis sinistræ arterię [k] ramo, ante ipsius in caluariam ingressum, arteriolam in genas excurrere, deinque in duas discindi partes, quarum altera in tēpora festinat, estque arteria illa, quam pulsum in ipsis edere percipimus, altera ponè sinistram aurem se confert, pulsum & ipsa minimè obscurum edens.

Dexter arteriæ ramus.

Soporales arteriæ cur ita dictæ.

K ead.M. — l t.iii.fi. ii. s. — m li.i. t. v. fi. i.y. — n t.iiii.fi.ii.r. — o li.v.fi.i.DD — p t.iii. fig. ii. u,u. — q ead.a. — r ead.x. — s li.i.t. v. fi.i. G. — t li.ii.t.ii. A. — u t.iii.fi. ii.α. — x li.v.fig.xv. C. — y t.iii.fi.ii. β. — z ead.γ. — a ead.i. — b ead.C. — c ead.φ. — d li.ii.ta.viii. A,B. — e li.i.t.v. fi.i. C. — f li.v.fi.xiiii. x. — g t.iiii.v. — h ead.z. — i ead.x. — K ead.b.

De Magnæ Arteriæ infra cor propagatione. Cap. 12.

IAm diximus Arteriam magnam protinus vt cor ipsum egreditur, in duos discindi ramos, alterum superas, alterum inferas partes peragraturum. De ascendente egimus, Descendens enarrandus relinquitur. [a] Qui dorsi vertebris adhęrens, sub vena caua deorsum illabitur, & mox ab exortu, à posteriore sui sede vertebris incumbente, [b] propagines vtrinque in singula nouem inferiorum costarum interualla profundit; quæ perinde ac venæ coniuge carentis [c] rami, ad cartilagines vsq; in integris costis, in mendosis verò vlteriùs proferuntur. ex hisce ramis surculi quidam per neruorum [d] foramina in spinæ medullam, ac dein in musculos dorsi vertebris adnatos emergunt, perinde ac de ramis venę coniugis expertis diximus. Ipse autem arteriæ caudex rectà deorsum lateri sinistro corporum dorsi vertebrarum innixus fertur, [e] & inter [f] diaphragma ac vndecimam thoracis vertebram deductus, [g] propaginem vtrinque septo transuerso impertit, quæ multifariam dissecta in ipsum exhauritur, præsertimque in humiliorem ipsius iuxta dorsi vertebras regionē, riuulos quosdam in editiorem [h] ipsius sedem, adeoq; in eam cordis [i] inuolucri partem, quæ septo affirmatur, deriuans. Deinceps trūcus quidam à magna arteria profertur, ex quo [k] sur

culi

Arteriæ intercostales musculos adeuntes.

Arteriæ coctionis organa petētes.

a t.iiii. — b ead. KK fi.iii.A. — c t.ii.GG. deēt ab F — d li.i.t.vi. Q Q. — e li.ii.t.viii — f ead. Δ. — g t.iiii. — h li.ii.ta. v fi.ii.m. — i li.iiii. fi. i CDEFG. — k t.ii.i. fi. m.

culi nōnulli in ventriculum, iecur, cystim fellis, lienem, omentum, intestinum duodenum, & in coli partem ventriculo hærentem manant, hunc sanè in modum. In pri-
l li.iii.fi.iiii.β. mis[l] truncus hic supra eminentiorem interioris omenti tunicæ partem incedit, in-
m t.iiii.fi.ii. ü,u.ta.v.fig.iii.f. que[m] duos propemodum æquales ramos diffinditur, quorum maior ad læuam, minor ad dexteram concedit. Dexter ramus venæ portæ in [n] glandulis illis sub poste-
n li iii.fi.iiii.xx. riore ventriculi sede repositis coniungitur; qua in parte omenti membranis alligatur, & iecoris caua conscendit, ac media in via ab inferiore sui parte [o] riuulum in in-
o t.iiii.fi.ii.o t.v.fi.iii.e. feriorem omēti membranam, & in coli partem ipsi proximam emittit. Postmodum
p ead.p.h. ab editori sede [p] sobolem aliam ventriculo elargitur, quæ in posteriorem ipsius sedem, quæ dorsum respicit, in ramulos aliquot dissecta spargitur. Ex inferiori rursus parte, alium educit ramum, qui ad iecoris caua festinans, in duas scinditur propagines; quarum
q ead.q. [q] altera intestinum ventriculi fundo adhærens petit, ab ipsius me-
r ead.r. dio ad ieiuni vsque initium porrectās; [r] altera paulò amplior ad dextrum fundi ventriculi latus deflectit, & exteriori omenti membranæ adhærens, ramulos quosdam ex editiore sui regione in ventriculi anteriora posterioraque disseminat; eodemque
s li.3.fi.ii. ab R.ad T.fig. xiii.xiiii.c. prorsus modo alios ex ima sede in exteriorem omenti membranam effundit. Sicq; [s] præsens arteria, venæ portæ ramo comitata, ad fundi ventriculi medium termina-
t t.iiii.fi.ii.f. tur. [t] Quod reliquum est dextri magnę arteriæ rami, vbi duos exiles ramos, ex altio-
u ead.t. re sui parte in cystim fellis eiecit, [u] in multas actutum secatur propagines, quæ insertionem in iecoris caua moliuntur, in ipsius tamen substantiam haud penitiùs adactæ.
x ead.u. [x] Sinister ramus, quem ex arteriæ caudice proferri, ac dextro paulò ampliorem esse dicebamus, internæ omenti membranæ, glandulisque in ea repositis adhærescit, cuidam venæ portæ ramo commissus, & in eosdem quos ille ramos dissectus. Ex ela-
y ead.x. tiore siquidem sui regione [y] ramum ventriculo, quà is dorso innititur, offert, qui
z ead.y. primùm [z] sobolem vnam vtrinque in mediam ventriculi sedem, eius quæ dorso incumbit, regionis exporrigit; deinde sursum repens, ventriculi os, quemadmo-
a ead.z. dum & de venæ portæ ramo prodidimus, [a] circum vndique cingit, & [b] ramos ali-
b ead.α. quot, in ventriculum, compluresque exiles arteriolas in stomachi finem dispensat; quarum vna secundum ventriculi anteriora, nonnihil ad dexteram, in ipsius vsque fundum illabitur, surculos quosdam eo tractu tum dextrorsum tum sinistrorsum
c t.iiii.fi.ii.u proijciens. [c] Sinister arteriæ huius ramus, vbi lienem attingit, [d] ramum ex ima
d ead.β. sui sede, in interiorem omenti membranam profundit; qui paulò post exortum, in duos valdè inuicem distantes ramulos partitur, ex quibus arteriæ complures pullulant deorsum omnes in eam quam dixi omenti membranan & colon intestinum concedentes. Post hæc, sinister iste arterię ramus, sinistrorsum magis agitur, in
Pro his vide t.iii.fig.ii. & v.fi.iii. duas, (venę, quę ipsi comes accedit, ritu) arterias diremptus, hęque rursus in alias, & sic deinceps, dum [e] numerosissima ramorum progenie, rectà in lienis caua infe-
e t.i.fi.ii. δδ. ratur. Priusquam verò ipsum ingrediatur, ex ima humilioris lienem adeuntis arte-
f γ. riæ sede, [f] surculus in interiorem omenti membranam deriuatur; & ex ea quæ sur-
g ι. sum succedit, alia eundem prorsus in modum [g] arteria educitur, quæ exteriori omenti membranæ innitens, dextrorsum in ventriculi fundum adducitur, sinistrumque fundi latus vniuersum perreptans, anteriori posteriorique ventriculi sedi, & ex
h ζ. timæ omenti membranę riuulos quosdam communicat [h] Ab alijs quin etiam in lienem tendentibus ramis, propagines quędam in sinistrum ventriculi latus, osque ipsius efferuntur, perinde ac de venis à liene in ventriculum deductis monefecimus.
i m. Atque hunc rami huius distributio, finem habet. [i] Paulò infra quem, [k] alius ab *Præcipua mesenterium petens arteria.*
K t.iiii.ζ. arteria magna depromitur, qui per editiorem mesenterij regionem in plurimas soboles diffusus, venę portę ritu, in ieiunum, ileum, & eam coli partem excurrit, *Renum arteriæ.* quę à iecoris cauo, ad sinistrum vsque renem pertinet. Post hunc ab vtroque ma-
l t.iiii.a.θ.li. iii.fi.xix.21. a,b,m,n. gnę arterię latere, [l] ramus enascitur effatu dignus, non quidem alter è directo alterius, sed dexter interdum editior est, interdum verò sinister, incerto prorsus ordine; etsi dexter ferè altior conspicitur: ambo autem ex anteriore prodeunt arterię sede, ac rectà transmeant, in suę quisque regionis renem, non secus ac emulgentes venæ, pertinentes; etsi nullus vt plurimum ramus ex his, vti ex venis, in pinguem

renum

Seminalis arteria. renum tunicam deriuatur. Neq; verò ex sinistra arteria seminarius vllus meatus exoritur, quemadmodum ex emulgente sinistra prodire monuimus; meatus enim is semper ab arteriæ magnæ caudice è dextra regione originem desumit, iuxta scilicet seminalis venę exortum, nonnunquam verò paulò inferiùs, atque ambo paulò post exortum, [m] meatui ex vena eiusdem lateris prodeunti committuntur; verùm dexter, [n] venæ cauæ truncum priùs transcendit, sicque progreditur id conficiens itineris, quod capite nono retulimus. Paulò inferius, arteriæ magnæ truncus ab anteriore sui regione [o] surculū edit, qui per imam mesenterij partem, ac in colum intestinum, qua id à liene, ad rectum vsque intestinum porrigitur, ac in ipsum quoque rectum disseminatur. A' posteriori magnæ arteriæ sede, secundum omnem ipsius longitudinem, quà super musculos lumborum vertebris instratos vehitur, [p] ramuli quidam vtrinque prodeunt, in lumborum vertebras, ipsarumque medullam, nec non in conterminos ipsis musculos excurrentes. Ramuli hi omnes sibijpsis coæquales sunt, [q] duobus exceptis, iuxta sacrum os emergentibus, qui non solum in vertebras, medullam, proximosque illis musculos porriguntur, verum etiam transuersim per peritonæum, abdominisque musculos ad abdominis vsq; latera excurrunt. [r] Porrò arteria hucusque sub vena caua semper iter habuit; vbi verò in sacrum os appulsa est, venam conscendit, quæ arteriæ, ne sacrum os ipsi officiat, strati ritu substernitur. [s] Atque inibi, perinde ac de vena proditum est, duos in ramos finditur, qui priusquam in femur pertingant, venas iterum subeunt. Et rami ex arteria iuxta eam quam dixi partitionem deprompti, illis quos vena profert exactè admodum correspondent, nisi quòd ex inferiore arteriæ sede, ilico post ipsius partitionem [t] rami quidam enascuntur vsque adeo insignes, vt venas æmulentur; qui deorsum sacro ossi innitentes feruntur, & ipsius ingredientes foramina, in dorsalem medullam, & sacri ossis posteriora concedunt. [u] Duo arteriæ magnæ rami paulò infra sui diremptum, in duos partiuntur ramos, [x] alterum interiorem mitioremque, [y] externum alterum ac maiorem, ille rursus duos ilicò educit surculos, internū quoque, alterum externum. [z] exterior vnà cum [a] vena inter sacrum & coxendicis os, vbi hæc inuicē abscedunt, deorsum procurrit, riuulos complures in musculos ilium os amplexantes, ipsumque adeo coxendicis articulum demandans. [b] Interior, in viris quidem collo & fundo vesicæ, rectoque intestino ramulos quosdam impertit; in mulieribus verò, quibus ramus hic [c] amplior obtigit, multiplicem propaginem vteri & vesicæ fundo, ipsiusque vteri ceruici exporrigit. [d] Quod reliquum est præsentis rami deorsum fertur, & in descensu [e] arteriam, quam ab vmbilico huc pertinere diximus excipit; Deinque vnà cum [f] vena ad pubis vsque ossis foramen decurrit, vbi [g] exterioris rami surculus cum ipso coit. Ac postmodum dictum foramen traijciens, in musculos ipsum obturantes, & in eos qui à pectinis osse nascuntur, perinde ac vena dispergitur; [h] extremo etiam ipsius cum altero magnę arteriæ ramo coeunte, qui per [i] quintum femur mouentium musculum distribuitur, vt mox subijciam. Exterior nanque sinistri arteriæ caudicis [k] ramus, (id quod etiam de dextro intelligi volumus) post ipsius supra os factam diuisionem, per inguem in crus delabitur, & paulò ante quàm peritonæum perforet, [l] ramum ex anteriori sede profundit, qui peritonæum ac transuersum abdominis musculum peruadens, [m] sursum per rectum musculum adducitur, surculos aliquos in latera proijciens, donec [n] ei adiungatur arteriæ, quam deorsum procurrere docuimus, non dissimili ab ipsa vena modo. Vbi peritoneum superauit [o] ramulum in pubis ossium commissuram emittit, qui nec multifariam vt [p] vena diducitur; nec ramum vllum in cutem effundit, præter aliquos perexiguos penis cutem adeuntes. [q] Truncus deinceps deorsum per crus venæ substratus fertur, [r] ramum educens, qui in musculos femoris os amplexantes propagatur, nullam interim propaginem cuti communicans. Inferiùs [s] alium expromit ramum, qui per quintum femur mouentium musculum, & per eos, qui femoris anteriora occupant, dispergitur, proximè ad genu in multas diremptus propagines decurrens, quarum [t] vna ramo iungitur, quem per pubis ossis foramen descendere diximus. Ipse autem arteriæ truncus secundum inguem deorsum prorepit, ad femoris

Marginal notes (left): *Rami lumbos petentes.* — *Arteriæ iuxta os sacrum diremptus.* — *Arteria pubis ossis foramen traijciens.* — *Arteria in crus delata.*

Marginal references (right): m li.iii.fi.22. iuxta.β. — n ead.fi.xix.h. — o t.iiii.λ.li.3.fi.xix.K. — p t.iiii.μ,μ. — q ead.μ. — r t.v.li.iii.fi.xix.xxi. — s t.iiii.ν,ν. — t inter duo.ν,ν. — u t.iiii.ν,ν. — x ead.ξ. — y ead.ο. — z ead.ο. — a t.ii.π. — b t.iiii.ττ. — c li.iii.fi.26 y,x. — d t.iiii.ς. — e ead.τ. — f li.iii.fi.ii.K L. — g t.iiii.ς. — h ead.ω. — i li.ii.ta.viii φ,c. — K t.iiii.ν,ν. — l ead.τ. — m li.ii ta.vi. ab e,ad f. — n t.iiii.γ. — o t.iiii.τ. — p t.ii.Δ. — q t.iiii.φ.t.v — r t.iiii.χ. — s ead.ψ. — t ead.ω.

femoris os ita sese reflectens, vt inter inferiora [u] duo ipsius capita secundum poplitem feratur, insigniori semper crus adeunte vena comitatus. Ex hac arteria suo per femur descensu [x] rami aliquot educuntur, qui per musculos posteriori femoris regioni instratos digeruntur, vnà cum [y] ramis ex ea vena ortis, quæ secundum poplitem iter deorsum habet, & frequenti ramorum sobole, sub cute in suram expanditur. Verùm arteria magna in poplite delitescens, [z] singulos vtrinque ramos ilicò profert, qui per genu articuli latera distribuuntur, altiùs subinde demersi; Paulò autem inferiùs, [a] surculum ab externo depromit latere, qui deorsum iuxta fibulam procurrit, & inter septimum, & octauum pedem mouentium [b] musculos reconditur, surculos nonnullos musculis cruris anteriora occupantibus offerens. Dein ipsæ arteriæ [c] truncus inter [d] quartum pedem mouentium musculum, & [e] duos tertia quatuor digitorum internodia flectentes, & [f] quintum pedis motorem adigitur, non procul à [g] membrana, quæ tibiam fibulæ secundum longitudinem committit. Vbi cruris medium superauit, in [h] duos protinus ramos discinditur, quorum interior inter calcis os, ac tibiam in pedium migrat, vnà cum musculorum hàc reptantium tendinibus, in transitu verò [i] surculum emittit in tali ossis cum tibia articulum. In pedis planta inter [k] musculos secunda digitorum internodia flectentes, & eorum tendines, qui tertios pariter articulos, flectunt submersus, in [l] duos finditur riuulos, quorum alter in indicem, priùs etiam bipartitò scissus concedit, alter in internum inferioris partis medij digiti latus indiuisus permeat. [m] Exterior ramus duorum, qui à medio crure infra genu emergunt, in pedis quoque plantam excurrit, sed inter calcis os & fibulam, vnà cum septimi, & octaui pedem mouentium musculorum tendinibus, [n] surculum etiam huic articulo exporrigens, & in paruos digitos, atque in externum medij latus sese diffundens. Prætérea ramus hic sub malleolo [o] arteriam promit ea grandiorem, quam in calcis, & fibulæ articulum emiserat, quæ in musculorum magnum digitum flectentium caput, inque exteriores tres ipsis proximiores exhauritur, & pulsum edit minimè obscurum: Quanuis tamen arteriæ huius haud minùs quam venæ distributio, hoc in loco euariet; [p] fit enim non infrequenter, vt ramus inter calcem tibiamque deductus duos singulis digitis ramulos offerat, ac tunc alter inter fibulam & calcem excurrens, in pedium minimè pertingit. Ex arteria verò in genu flexu delitescente, insignis ramus educitur, [q] membranam perforans, quæ tibiam fibulamque in longum colligat, nunc ad elatiorem, nunc ad inferiorem partem, prout arteriæ ramus, qui secundum tibiam in septimum & octauum pedem mouentium musculos abit, modo altiùs modo demissiùs terminatur. Membranam hanc vbi traiecit, in cruris interiora inter musculos partem hanc occupantes concedit, sub [r] transuerso tarsi vinculo vnà cùm eorum tendinibus permeans, in pedis superiora disseminatur sub musculis prædictos digitos extrorsum flectentibus.

Arteriæ in pedem propagatio.

u li.i.t.iii.inter duo 16, 16.
x t.iiii.Γ.
y t.v.l.t.
z t.iiii.Δ.
a ead.Ξ.
b li.ii.t.vi.Φ.Ψ.
c t.iiii.Θ.
d li.ii.t.xiii.Ψ.
e li.ii.t.xiiii.Λ.Ξ.
f lib.ii.t.xv.fi.xv.D.E.
g ead.T.
h t.iiii.Π.
i ead.Φ.
k li.ii.t.iiii.Θ.
l t.iii.Ω.
m ead.Π.
n ead.Φ.
o ead.Ψ.
p t.v.fi.x.ta.iiii.
q li.ii.ta.xv.fi.xv.T.
r li.iii.t.iii.Δ

Venarum arteriarumq; in capitis interiora diremptus. Cap. 13.

QVoniam de venarum arteriarumque per collum ascendentium dispersione agentes, aliquot earum propagines caput subire diximus, quarum tunc propagationem confusionis euitandæ gratia, minimè prosequuti sumus; Nunc de illis sigillatim verba facere expediet, ducto à venarum propaginibus exordio, quæ sex vtrinque habentur. [a] Primus ramus secundum eum, quo tunc enumerabantur ordinem, ille est, qui per transuersorum ceruicis processuum foramina scandebat. [b] Secundus & tertius, duo interioris iugularis rami existunt, quorum [c] alter omnium quotquot in caput adiguntur maximè præcipuus est, atque illud permeat [d] foramen, quod [e] sextæ neruorum coniugationi præbet egressum, [f] surculis priùs nonnullis in anteriorem duorum priorum ceruicis vertebrarum partem emissis: [g] alter arteria nulla comitatus [h] foramen traijcit, illi proximũ foramini, vnde tertium quartumq; neruorum par egrediuntur. [i] Quartus exterior est iugularis, quę per [k] foramen suturæ lambdoydis extremo proximum in occipitis osse caluariam ingreditur. [l] Quintus est,

Ramorum venarũ paria sex caput accedunt.

a ta.ii.N.t.v.fi.x.l.
b t.v.fi.x.ε.
c t.iii.fi.ii.c.
d li.i.t.v.fi.i.c.
e li.v.fi.xiiii.M.
f t.iii.fi.ii.φ.
g ead.F.
h li.i.t.v.fi.i.R.
i t.iii.fi.ii.F.t.v.fi.x.λ.
k li.i.t.v.fi.i.g.t.iii.fi.vi.o
l t.iii.fi.ii.G.

est, quem per cuneiformis ossis [m] foramen, vnde [n] secundum neruorum par elabitur, intromitti retulimus. [n] Sextus per [o] amplissimum octaui ossis foramina iter habet. Atque hæc sunt quæ ad venarum pertinent ramos. Ex arteriarum verò ramis. *Arteriæ quotnã in caput ferantur.* [p] Primum vnà cum prima venæ propagine per foramina trãsuersorum processuum ceruicis vertebrarum sursum adduci, & cum ea in caluam per idem foramen irrepere scripsimus. [q] Secundus, & tertius, duo soporalis arteriæ rami erant, quorum alterum vnà cum vena per sexti paris neruorum foramen commeare tradidimus; alterum citra venæ alicuius consortium efferri, & peculiari foramine in cranium euadere diximus. Is sanè est harum omnium propaginum in caput incessus; vbi autem intrò adiguntur, nunc inuicem coeuntes, nunc iterũ diductæ propagantur, ea quam nunc subijciam, ratione. Iam diximus duram menyngem dextram cerebri partem à sinistra, anterioremque à posteriore [r] intersepti cuiusdam falcem imitantis ritu dirimere. *Duræ menyngis sinus.* Interseptum id [s] sinus quosdam adipiscitur instar venarum, perreptantibus frontem ramis longè ampliores, etsi venarum modo teretes minimè sunt; imo verò [t] triangulos quosdam secundum longitudinem præ se ferunt, ac proinde membrana hæc interdum in vulnere affectis pulsare deprehenditur. Sinibus his [u] venæ atque arteriæ respondent intrò in caput repentes, ex ipsisque surculi complures pullulant, qui secundæ cerebrum ambienti membranæ, cui tenuis menyngi nomen est, implantantur, per quam in cerebri vsque ventriculos concedunt; varijs fungentes muneribus, hic quidem venæ, hic arteriæ, hic verò vtriusque. E'senis venarum ternisque arteriarum ramis, quos vtrinque sursum irrepere tradidimus, [x] prima vena [y] primaq; arteria per transuersorum ceruicis processuum foramina conscendunt. Secunda vena, & secunda arteria caluariam ingrediuntur per [z] quartum occipitis ossis foramen quod lateribus dorsi foraminis assidet; arteria verò ipso statim ingressu deperditur, vlteriùs neutiquam perducta; quanuis eam Vesalius venæ comitem incedere dicat, quæ in [a] sinus duræ menyngis initium suæ regionis ingreditur, qui ad venæ huius, atque arteriæ in caluam ingressum incipit, & occipitis ossi attensus sursum adducitur, quartamq; in ascensu [b] venam excipit, quam à iugulari exteriore prodire, suoq; *Primus & secundus.* peculiari foramine in cranium permeare docuimus. Deinceps sinus hic sursum paulò magis in occiput effertur, instar quartæ circuli partis circumactus, dum in elatissimam cerebelli regionem, occipitis os respicientem, appulerit, vbi dexter sinus cum [c] sinistri coit, & ex vtrisque veluti [d] marsupiolum quoddam efformatur, occipitis quoque ossi adhærens, inferiùs à sagittalis commissuræ termino. *Tertius.* Ab hoc sinuum cõgressu, sinus alij duo in eadem dura membrana statim constituuntur, figura & longitudine dispares; [e] alter nanque longior est, & cranio contiguus, per sagittalis commissuræ medium procedit, antrorsum adusque octaui capitis ossis [f] processum olfactus organa dirimentem properans. Quemadmodum verò primus & secundus sinus, inter cerebrum, & cerebellum, vbi hęc cranio contigua sunt, in duram membranam protenduntur, sic tertius hic sinus in eandem membranam toto eo spatio porrigitur, *Quartus.* quo sinistra cerebri pars à dextra seiungitur. [g] Quartus sinus ex anteriori priorum duorum congressus regione oritur, & rectà citra descensum ascensum've in anteriorem cerebri partem per omnem [h] cerebelli longitudinem progreditur, dum in eas *Ipsorum vsus.* pertingat [i] partes, quas natibus assimilari diximus. In quatuor hosce sinus primæ venæ atque arteriæ ingrediuntur, ex ipsisque in vtranque cerebri membranam sequentes proijciunt ramos. In primis, primus & secundus in [k] duræ membranæ partem cerebellum contangentem, varios emittunt [l] surculos, & ex his [m] tenuiores alij in tenuem menyngem. qua idem cerebellum integitur, & à cerebro dirimitur, excurrũt, [n] ex tertio sinu complures etiam ijque admodum insignes rami enascuntur, qui per tenuem membranam, quę vtranque cerebri partem desuper integit, amplexaturque propagantur, in complures eosdemque prætenues surculos dissecti, quos enumerare non minus impossibile, quàm superuacaneum duco. Præter hosce ramos, [o] surculi præterea nonnulli ex ima sinus huiusce regione in eam duræ menyngis partem excurrunt, quæ dextram cerebri partem à sinistra dirimit; & ex elatiori eiusdem sede [p] prætenues aliæ venulæ proferuntur, illis cõmissę venis, quę sursum per capitis cutem

m li.i. t.v. fi. i.G.
n li.v. fi.xiiii. G.
n t.v. fi.x. μ.
o li.i. t.v. fi.i. I.
p t.iii. fi.ii. x. ta.iiii. F. t.v. fi.x. ſ.
q t.iiii. x.
r lib. v. fi.iii. D, D, D.
s li.v. fi.i. C. C, C.
t ead. figu. ii. B, C.
u ead. D, D, G, G.
x t.iii. fi.ii. D
y ead. x.
z li.i. t.iiii. fi. vi. α.
a tab.iii. fig. ii. M. lib.v. fi. ix. TTT. SSS.
b t.iii. fi.ii. E
c ead. M. & N, iunguntur ad O. li. v. fi.vii. P. & Q cum R copulantur.
d ead. OR.
e ead. pp. li. v. fi.i. CC.
f lib.vi. fi.iii. N.
g t.iii. fi.ii. R li. iiii. fi.vii. à T ad R.
h lib. v. fi.vii. ooo.
i ead. M.
k ead. oo.
l ead. sss.
m ead. fi.viii. xx.
n ta. iii. fi.ii. TT. lib.v. fi. ii. CC.
o ta. iii. fi.ii. VV.
p ead. xx.

q ead.yyaa tem irrepunt, in quam ipsius cauitatē per quędā cranij foramina permeant. q Quartus sinus multas & ipse propagines, omnes propemodum sibiipsis consimiles educit; Quum primùm nanque sinus hic in cerebri partem natibus consimilem pertingit, & surculos quosdam ex editiore sui regione in eā duræ menyngis partem, quæ dextram cerebri sedem à læua distinguit, aliosq; dein tenuiores ex suorū laterum pro-
r ead.ccc cessu in duram membranam cerebellum integentem effudit; r cauitatem quandam secundum editiorem omnem sui partem efformat venæ similem, quæ secundum capitis lōgitudinem, per demisiorem duræ membranæ partem, qua cerebri partes dirimi retulimus, protensa, in septum vsq; sinuū olfactus organorum adducitur, surculos quosdam eo tractu ex editiori sede, in eam, quam retuli duræ menyngis partem deriuans. Præter insignem hanc venam, idemmet sinus, ex eadem sede, qua illam de- *Venæ ex quarto duræ menyngis sinu prodeuntes.*
s t.iii.fi.ii.d.e. li.v.fi.iii.ll prompsit ad ipsius latera, s duas insuper educit venas, quæ à suo ambæ latere super illud cerebri t corpus, quod callo cōparabimus, secundum capitis latus vniuersum con-
t li.v.fi.iii.ll. cedunt; quo progressu u ramulos aliquot in tenuem membranam emittunt; sinistro
u f. quidem in sinistram, dextro autem in dextram regionē euadente. x Insuper verò ex ima sinus huiusce parte, iuxta venarum sedem testes referentem, venulæ quędam in
x l.v.t.viii.ss tenuē membranam cerebellum ambientem excurrunt, quarum nonnullę retrorsum porrectæ, editiorē cerebelli sedem conscendunt; aliæ verò per demisiores cerebri anfractus deductę, in cerebri substantiam sese insinuant, donec in anteriores cerebri vē-
y g cum γ triculos pertingant, vbi venarum arteriarumq; plexui inibi occurrenti y cōmiscentur. Præterea ex sinus huiusce extremo, ab humiliore ipsius regione, iuxta cerebri par
z li.v.fi.iiiK. fi.vi. G. fig. vii.V. tem testibus z consimilē, vena quædam emergit, quæ recta per ipsorum medium, & supra glandulam pineæ nuci similem, quæ cerebri testibus adhæret, ac sub tecto tertij
a δ. ventriculi, qui à testudine nomen habet, in cerebri testiculos iter habet; a vbi plexus quosdam secundinis similes efformant, qui propterea χοροειδεῖς fuerunt appellati. Huic venæ post exortum, membranulæ quædam piæ matris adnascuntur, quæ ipsius ramos, & implexus secundinis similes amplexantur, pendentesq; suffulciunt. Vena
b m & i versus K. hęc quamuis in exortu sit vnica, in ventriculos tamen adducta, in b multos, eosdemq;
c ead.K. prętenues ramos discinditur, qui retis instar nunc inuicē coeunt, nunc dirimuntur; c simulatq; autem in anteriorem tertij ventriculi sedem vena pertingit, tota in duos se-
d ead.K. ducitur ramos, quorum d alter in dextrum ventriculum, e alter in sinistrum, cōtendit.
e ead.m,l. Quonam autem pacto huiusmodi venulę retis imaginem referentes arterijs huc pertinentibus committantur, tunc opportunè explicabo, vbi cęterarum arteriarū enarrationem absoluero, quę per cerebrum in ventriculos perducuntur. Quoniam verò de prima, secunda & quarta vena, de prima item & secunda arteria iam egimus, nunc *Tertiæ caput petentis venæ propagatio.*
f t.ii.V. t.iii. fi.ii.F. duntaxat de tertia, quinta, & sexta vena, deq; tertia arteria, nobis agēdum superest. f Tertia igitur vena, quę interior iugularis est, g ramulum in aurem emittit, per tem-
g t.iii.fi.ii.n. h li. vii. ta.i. fi.i.b porum ossis foramen huic & h alteri quinti paris neruorum cerebri ramulo commune, ac protinus intrò in cranium migrat, ac durę cerebri membranę copulatur, i sinū
i ta.iii. fig.ii. o,o,o,o. efformans, qui toto sui ductu soboles complures in durę membranę sui lateris sedem
K ead.p,p.li. v.fi.ii.G. cerebri basi substratam diffundit; à quibus denuo k alij ductus in tenuem menyngē deriuantur, perinde ac quatuor nuper commemoratorum sinum rami. Inter cęteras autem venę huius propagines, in duram cerebri membranam effusas, vna quędam habetur, quę sub temporibus per duram menyngem, in verticem sursum rapitur, ramulos in ascensu complures, huic totę membranę communicans. Haud absimili ratione
l ead.G. fig. xiii.H. in duram membranam l quinta vena distribuitur, per secundū cuneiformis ossis fo- *Quintæ ac sextæ venæ distributio.*
m ead.H. ramen, quod secundo neruorum pari egressum prębet; sic etiam & m sexta per maxi-
n l.v.fi.xiii.ll. o li.i. ta.v.fi. ii.TT. mum octaui capitis ossis foramen iuxta n olfactus organa. Sicq; tum huius tum tertiæ venæ propaginum gratia, in interna caluariæ sede o riuuli quidam, vt tertio libro di-
p t.iii. fi.ii.l. t.v.o. ximus, parantur, in quibus tutiùs custodiuntur. p Tertia arteria, peculiari transuer- *Tertiæ arteriæ distributio.*
q a.versus o,o,o. soque foramine in cranium sese infert, & protinus in crassos duos, totidemq, tenues finditur ramos. Tenuium q exterior tertiæ venæ statim coalescit, & vnà cum ea in
r ead.l. duram cerebri membranam distribuitur; r interior s per peculiare foramen in na-
s l.i.t.v.fi.i.L. t t.iii.fi ii.t. rium cauitatem procurrit, & multis dissectus propaginibus, t vnam nasi summo impertit,

pertit, cuius pulsatio euidenter percipitur. [u] Insignes autem rami postquam caluariæ paulisper innitentes sursum irrepsere, antrorsum festinantes, mox denuò [x] connectuntur, statimq; rursus in duos dispariles partiuntur ramos. Quorum [y] minor [z] per secundi neruorum [a] paris foramen vnà cum visorio [b] neruo in oculum permeat, & surculos aliquot in internam tẽporalis musculi sedem effundit. [c] Maior verò sursum euectus duram menyngem perforat, iuxta [d] glandulam quam capitis pituitam excipere scripsimus; ac postmodum vbi duræ menyngis attingit amplitudinẽ, in duos rursus finditur ramos. Quorum [e] alter multiplici sobole in tenuem membranam cerebrum ambientẽ dispergitur [f], alter verò tenui piæ matris membrana comitatus, in varios surculos inuicem complicatos discinditur, & per cerebri anfractus tantisper conscendit, dum in imã dextri vẽtriculi sedem perducatur. Atq; hinc retrorsum agitur, primum quidem ad posteriorem prædicti sinus partem, [g] surculum in ascensu assumens venæ cuiusdam siue rami, qui à quarto duræ membranæ sinu originem sumens, in cerebri conuolutiones exhauritur. [h] Vbi postremam dicti ventriculi sedẽ superauit, secundum mediũ ipsius ductum in priora tantisper excurrit, dum [i] alteri eiusdem arteriæ parti cõmisceatur, quam ex quarto duræ membranæ sinu proficisci, ac sub tertij ventriculi fornice iter habere diximus. Ex dextro itaq; tertiæ arteriæ ramo, & ex nuper dicta propagine, ille arteriarum contextus secundarum imaginem referens cõsurgit, qui in dextro sese offert ventriculo; ex altero autem sinistræ soporalis arteriæ ramo, & ex altera illius rami propagine, qui ex quarto duræ membranæ sinu ortũ desumit, ille arteriarum conflatur implexus qui in sinistro conspicitur. Atq; hæc sunt, quæ ad venarum arteriarumque cerebri propagationem pertinent. Torcular nunc & Rete illud admirationis plenum, de quo Galenus meminit, enarranda superessent. Verùm & si perspectissimum est eum per torcular intellexisse spatium aliquod inter duræ membranæ sinus interiectum, illud tamen certè sciri minimè potest, eamne [k] sedem intellexerit, qua primus secundo iungitur, quod tertij, & quarti est initium, an verò quarti sinus terminum cerebri testiculos respicientem; quandoquidem nũc hanc, nunc illam partem torcularis nomine appellat. Ac de vtraque sanè intelligi potest, ex ipsis nanque sanguis in ventriculos, perinde atque à torculari in situlam exprimitur, imò verò ob eandem rationem quatuor sinuum cuilibet idem nomen meo quidem iudicio adaptari posset. De admirabili plexu nihil in medium afferam, quòd in homine is neutiquam occurrat, vt vnicuique perspectum est, qui humani corporis dissectionem administrarit, vel administranti semel saltem adstiterit. Et Galenum quidem tum hac in re, tum in alijs compluribus, venia dignum existimo, vtpote qui veritatem, in humanis corporibus inquirere nequaquam posset, eamque in brutis perscrutari cogeretur, quemadmodum sanè hac in re in bobus effecit, in quibus tale quodpiam retis genus conspicitur, quale ab ipso describitur. Sicque venarum omnium, arteriarumq; in cerebrum propagationem absoluimus, paucis quibusdam exceptis propaginibus in ipsius substantiam concedentibus, quæ præ sua exilitate, nec cultro, nec oculis persequi posis.

De Torculari, & rete admirabili celebri.

u ead. N. n. t. v. S, T.
x ead. *a*.
y ead. x.
z li. i. t. v. fi. i. G.
a li. v. fi. xiiii, G.
b ead. fi. xiii N.
c *a*. l. v. fi. xiii. N.
d li. v. fi. xvii. A.
e t. iii. fi. ii. *β*. l. v. fi. xiii. Q.
f ead *γ*, K. fi. vi. vii. viii. F.
g l. v. fi. viii. T
h l. v. fi. vi. M. t. iii. fi. ii. *δ*.
i ta. iii. fi. ii. l. li. v. fi. vi. K.
K li. v. fi. vii. R.

De vena Arteriali, & Arteria venali. Cap. 14.

AD libri huius absolutionem, tertia vena & secunda Arteria nobis explicanda relinquitur. [a] Vena ex editiore dextri [b] cordis ventriculi sede exoritur, deorsumq; per asperæ arteriæ dexterũ latus porrigitur, [c] in duos ilico dissecta ramos, qui ambo in pulmones, alter quidẽ ad læuam alter verò ad dexteram concedũt. Ac eorũ vterq; in duos eodẽ modo ramos partitur, hiq; duo in quatuor, & sic deinceps multis ramorũ proiectionibus extenuantur, donec hunc in modum priorum propaginum vtraq; in sui lateris pulmonẽ longè lateq; diffundatur. Vena hæc artariæ tunicã adepta est, vena ob id Arterialis dicta. [d] Arteria verò à sinistro latere basis sinistri cordis ventriculi ortũ desumit, & in pulmones pariter exhauritur, [e] duplici primùm, dein multiplici, vena in modũ, sobole dispertita. Arteriæ huius tunica tenuis est, & venarũ tunicis cõsimilis, ac proinde Arteria venalis ea dicta est, q̃a verò sanguinẽ, aeremq; siue spiritũ cõtinet, Arteriæ nomẽ obtinuit. Harũ munus ex oĩm q̃ ante me scripserunt

Venæ arterialis ortus ac distributio.

Arteriæ venalis.

Ipsarum munus.

a t. iii. fi. iii.
b l. iiii. fi. vi. l. fi. viii. C. D.
c t. iii. fi. iii. D
d ta. iii. fi. iii li. iiii. fi. v. G fi. ix. CC.
e ta. iii. fi. iiii K L.

sententia

ſententia eſt, venæ quidem pulmones duntaxat enutrire, arteriæ autem aerem à pulmonibus in ſiniſtrum cordis ventriculum deferre; quod nulla prorſus ratione ſanguinem in hac arteria contineri poſſe exiſtimarent. Verùm ſi hac de re periculum feciſſent, vt ipſi multoties vnà cum Realdo Columbo, tum in viuentibus animantibus, tum in vita defunctis fecimus, arteriam hanc æquè atque cæterarum totius corporis quamlibet, ſanguine plenam offendiſſent. Neque verò illud dici poteſt, mortuo homine ſanguinem in ipſam confluere; quandoquidem vt in viuentis animalis diſſectione, tanta erumpit ſanguinis copia, ſic cor eum quem habet, continet, nec elabi ſinit, quòd ſi quid ipſius egreditur, magis per arteriæ magnæ os, vnde vt plurimum illabi ſolet, quam per aliam quanuis partem excerni, par eſt: eo magis quòd cor actutum diduci poteſt, vniuerſuſque ab eo ſanguis detrahi, ac poſtmodum in hanc inſpici arteriam, quam dubio procul ſanguine refertam comperient. Cùm igitur hoc ita ſe habeat, ſanguinem ſcilicet in hac arteria contineri, nec à ſiniſtro ventriculo in eam irruere poſſe, vt membranarum ſitus, quas [f] ad arteriæ os haberi monuimus, liquidò atteſtatur, id firmum, ratumque habeo, ex arteriali vena ſanguinem in pulmonis ſubſtantiam reſudare, vbi attenuatur, elaboraturque, quò promptiùs in ſpiritus commutari poſſit; ac dein aeri commiſcetur, qui per aſperæ arteriæ ramos ingreſſus, vnà cum eo in arteriam venalem, & hinc in ſiniſtrum cordis ventriculum defertur, craſſiori ſanguini permixtus, qui à dextro cordis ventriculo in ſiniſtrum permeat, ſi quid tamen ipſius permeat; mihi enim nunquam hactenus videre contigit qua perduci queat; ſed ſi deducitur, ex vtroque hoc ſanguine corpus quoddam conſurgit, in vitales ſpiritus commutari aptum. Mea hæc ſententia præterquam quòd ſenſum ipſum habet aſſertorem, quia poſito in arteria venali ſanguinem reperiri, (vt vnuſquiſque fidem mihi derogans intueri poterit) neceſſum eſt fateri, ſanguinem ex ea in ſiniſtrum migrare ventriculum; veriſimilior quoque eſt, quam exiſtimare ex ſanguine dextri cordis ventriculi, qui parùm à cuiuſuis alterius venæ ſanguine diſtat, citra præuiam vllam exquiſitiorem elaborationem, vitales ilicò ſpiritus procreari poſſe. Sed hoc dimiſſo, vtpote quod extra rem noſtram ſit, id intellexiſſe ſufficiat, in arteria venali, non minus in adultis, quàm in fœtu, plurimum ſanguinis, non autem exiguum quid, plurimos item ſpiritus contineri, vt firma eſt omnium, qui ante nos hæc literis conſignarunt, aſſertio. Is quidnam hic præſtet, ſeorſum quilibet animi gratia, meditari poterit. Atque hic venarum, arteriarumque enarrationi finem imponam, neruorum hiſtoriam aggreſſurus.

Arteria venalis ſanguinem continet.

f li.iiii.c.viii.

CHARACTERVM QVI DVABVS PRIORIBVS SEXTI LIBRI tabulis continentur, explicatio.

TABVLA I. ET II.

DVæ priores figuræ ostendunt humanum corpus, vna partem eius anteriorem, altera posteriorem, cute quidem atque adipe sublatis, venulis tamen summam carnē cutemq́ transmeantibus, reseruatis: quæ licet non omnes eundem seruent ordinē, numerum, distributionis modum; maior tamen harum pars in plerisq; hominibus, eodem ferè tramite incedunt, præsertim illæ quarum sectio ad sanguinis missionem necessaria est: quarum omnium nomina in gratiam chyrurgorum præsenti loco volui exponere.

TERTIA *figura venam cauam monstrat totam, & omni ex parte nudam, vt melius perspici possit qua ratione per vniuersum dispertiatur corpus. Verùm monendus hic est lector, ad huius, ut ad duarum præcedentium intelligentiam, libri tertij quartam, & quintam tabulas multum lucis atque facilitatis allaturas. Et quoniam hic aliqui characteres omnibus figuris congruunt (quo venarum cutanearū distributio sit dilucidior) suum singulis numerum subiunximus.*

AA A 3. Tribus hisce literis exortus venæ cauæ, eiusque radices quo modo nascātur ex hepate, ostenduntur.

a 3. Alia quędam radix *a* sima hepatis parte surgens.

B 3. Venę magnę pars inter hepar, & diaphragma sita.

C 3. Ramorum è caudice venę cauę ad diaphragma tendentium sinister, ex quo nonnihil in cordis capsulam pertingit.

D 3. Venę cauę foramen, quo loco cordi iungitur.

E 3. Vena coronalis dicta, quod coronę instar cor ambiat, multos ramulos à basi ad mucronē trāsmittēs.

FF 3. Vena sine coniuge, cuius principium & finem ostendunt GG.

GG 3. Literæ hæ ramos ostendunt venæ coniugis expertis, quibus musculi intercostales nutriuntur.

H 3. Iugulus, ad quē vena caua in duas diuiditur partes.

I 3. Vena ad brachium tendens: & antequam in hoc perueniat, bifida sectione diuiditur.

K 3. Ramis tres supremas lateris sui costas nutriens.

L 3. Vena quæ sub os pectoris pertransiens dispergitur per musculū rectum eiusdem lateris.

M 3. Iam dictę venę terminus.

NN 3. Vena quę per laterales vertebrarū ceruicis processus transiens caput petit, & per duram menyngem distribuitur.

O Vena quę diuiditur per musculos qui colli inferiores, & pectoris superiores partes occupant.

P 1. 3. Vena quę distribuitur per musculos quibus operitur pectus, itē per vbera eorumque cutem.

Q 2. 3. Vena humerum petens, distributa per musculos partem scapulę internā obsidentes, perque eos qui huic loco propinqui sunt, & hic etiam ramuli apparent ad enes axillę transmeantes, quorum hoc loco notatur vnus inter P & R.

R 1. 2. 3. Ramus qui ascendit per latus pectoris suę regionis, & distribuitur per musculum, quo brachium abducitur deorsum.

S 3. Iugularis interior, à qua prosiliunt nonnulli rami, qui distribuuntur per arteriam pulmonis, perq; neruulos hanc partem transmeantes.

T 1.2.3. Iugularis externa.

V 1.2.3. Bipartita venę huius sectio.

X 1.2.3. Iugularis externæ ramus interior, qui oris, laryngis, ossisque

hyodis

hyoidis musculos petit, postea caput intrat in tres diuisus partes.

YZ 1.2.3. Ramus externus ad faciē tendens. Z apicem eius qui faciē petit monstrat.

9 9. Verò ostendit eum qui porrigitur versus lachrymalem, & in medio frontis cõiungitur cum eiusdem

æ venæ lateris alterius ramis. *æ* partem ascēdentem per tēpora, eam

* verò quæ ad aures. *.

Quod reliquum est venarum per caput distributarum, commodiore loco monstrabimus.

aa 1.2.3. Vena capitis, vena externa brachij, vena magna, cuius initium *a* primum in tertia figura ostendit, secundum verò in tribus locū notat, vbi primum se prodere incipit transmeando carnem cutemque.

b 1.2.3. Ramus qui promitur parte superna caudicis ab eodē latere, aliquãto priusquam diuidatur, progrediturque ad nutritionem musculorū, posteriorē colli partem occupantium.

c 1.2.3. Pars venæ capitis, quæ progreditur ad partem scapulæ externã, cuius quidem portio quędã latet, quędam meat inter carnē & cutē.

dd 1.2.3. Hunc ramū vena capitis emittit antequam abdat sub humerū: & hæc quidem distribuitur in musculū, quo brachium eleuatur, & per cutem quo ille tegitur.

eee 1.2.3. Nonnullæ venulę ex capitis vena nascētes dispersæ per cutem brachij externi, perque partē anteriorem musculi brachium adducentis.

f 1.2.3. Hic tripartito diuiditur capitis vena, & singulæ portiones modo maiores, modo minores apparent.

g 1.2.3. Horum ramorū primus, sub musculos transit à tuberculo externo ossis humeri pronatos.

h 1.2.3. Horum trium ramorū secundus, quo progressus ad cubiti flexū iungit iecorarię ramo, notato *t* litera, & ambo coniuncti cõstituunt venã communē seu media-

α nam vocatã, hãc insigniuimus *α*.

i 1.2.3. Horum ramorum tertius, qui obliquus supra radium incedit, & supra partem brachij exteriorem, ramulos quosdam spargens in cu-

K tē: horū pręcipuus notatus K, cutē, quæ est in parte externa flexus cubiti, nutrit, hic vbi peruenit ad carpū, iungitur axillaris ramo insi-

x gnito *x*, cõiūctionis locus est ad *l*.

l ex vtrisq; vena cõstituit, quæ rursū paulò inferius in varias diuisa portiones, totã ferè manū nutrit.

m 1.2.3. Vena iecoraria, axillaris, basilica, in brachio dextro scilicet. Nã in sinistro, lienaris vocat a plerisq;.

n 1.2.3. Ramus iecorarię, dispersus per initia musculorum distēdentium cubitum.

o 1.2.3. Ramulus musculos iam dictos petens, & cutem, qua externa brachij pars tegitur.

p 3. Magna propago axillaris, ab humero ex obliquo brachium ascendens in musculos adiacētes ramulos spargēs, inceditque comitatus quarto brachij neruo.

q 3. Iecorarię in duas propagines diuisio, quarum ea quę *q q* insignitur perpetuo latenter incedit cum socia arteria.

r 1.2.3. Huius diuisionis propago altera: quę in multos diuisa ramulos distribuitur per carnē cutemque.

ſ 1.2.3. Ramus propagatus ex iecoraria, qui bipartito diuisus tã externæ, quam interioris brachij partis cutem nutrit.

t 1.2.3. Hic ramus iecorariæ ab anteriore humeri parte ad cubiti flexum descendens, cephalicę ramo *h* notato commiscetur, & ex hac mixtione mediana dicta efficitur quæ suprà notata est *α*.

u 2.3. Ramus iecorarię retro incedens, quæ diuiditur ad caput ossis humeri internum, hic postea multifariam diuiditur.

x x Ramus natus ex supradicto, q maiorē radiū subiēs brachiale petit, inter eūdū multos spargēs ad partes adiacētes ramulos, & maxime versus digitū minimū, qui ad venę cephalicę ramū se applicat in carpo.

y Vena hæc cutem nutrit, qua externa cubiti pars tegitur.

z z 1.3. Elatior venam notat, ex eo iecorariæ ramo, quē t insigniuimus, pronatam: inferior vero eiusdem venæ ramos, qui producuntur à ramo notato xx. & ad partem meant brachij internam.

q; 1.3. Hoc loco cōcurrunt venulę per cutem pollicis distributæ cum ramo notando z.

α Mediana, siue communis.

β 1.2.3. Venæ communis paulò supra carpum partitio.

γ 1.3. Huius partitionis ramus externus qui partem manus externam adit, mittitque ramulos ad partē ipsius internam, vbi est δ.

ε 1.3. Huius partitionis ramus alter, versus digitum medium & annularem tendens.

ζ 3. Venæ cauæ pars, qua inferiores corporis partes aluntur.

η 3. Vena renis inuolucrum nutriens.

θ 3. Emulgens dextra.

ι 3. Emulgens sinistra.

κ 3. Ramulus ab emulgente dextra natus, in renis inuolucrū absumptus.

λ λ μ 3. Vasa spermatica.

ν 3. Hoc loco vasa seminaria incipiūt retorqueri in varicosos anfractus.

ξ 3. Rami venæ cauæ, quos intra lumborum spatium remittit.

ο 3. Venæ cauæ in duos maximos caudices diuisio.

π 3. Ramulus è transuerso distributus per musculos lumborum, & ventris, perque peritonęum.

φ 3. Aliquot ramuli elatiora foramina ossis sacri subingredientes.

ρ ς 3. Sinistri caudicis venæ cauæ partitio in duos ramos internum ρ externum ς designat.

τ τ 2.3. Propago externa rami notati ρ, quæ distribuitur per musculos coxæ extimos & per cutem cluniū.

υ 3. Propago interna eiusdem rami: ab hac nonnulli ramuli progrediuntur ad anteriora ossis sacri foramina. χ & ψ notant reliquas rami eiusdem propagines.

ω 3. Vena hęc propagatur ex ramo externo, insignito ς. iungiturq; ramulis venę internæ, non procul à foramine ossis pectinis.

ει 3. Hac in parte vena iam dicta foramē pectinis trāsit, & pręter alios permultos ramum vnū ad femoris articulum mittit.

ρ 2.3. Venę pectinis foramen trāseuntis ramus, qui in cutē, qua femoris pars interna operitur, se recipit.

χ Locus vbi hęc vena maiori iūgitur, quę per tibiam distribuitur, notabiturque. 2.

Γ 3. Vena distributa per musculum rectū abdominis, cuius beneficio, iuxta quosdam, maximus est inter māmas vterumque cōsensus.

Δ 1.3. Propago venę in crus tendentis quę transuersim ad genitalia vicinasque sedes in surculos exhaurit.

Θ 1.3. Primę magnę crus petentis venæ propago, per interiorem femoris tibięque sedem, sub cute deorsum ad summum vsque pedem perreptans.

Λ 1.3. Propagines Θ insignitę ramus femoris interiora ad inguina accedēs.

ξ ξ ξ 1.2. Surculi illius venæ, quæ in figura tertia notatur ξ.

S 1. Hę propagines vbera petūt, suntq; portiones venæ in tertia figura notatę L.

Ξ 1.3. Alius eiusdem venę L notatæ ramus, cutem, qua femoris anterior pars tegitur, perreptans.


Π 3. Dictę propaginis ramus, primo tibiā mouentiū musculo sublatus.

Σ 1.3. Dictę propaginis soboles, quas in anteriorem genu sedem & posteriorem quoque dispensat.

Φ 1.2.3. Hac sede propago Θ indicata per sedem tibię interiorē sub cute in varios multiplicesque ramos discinditur, hicque opportunè cū sanguinem mittimus aperitur.

Ψ 1.3. Hac ad anteriorem malleoli interioris sedem nuper dicta propago ducitur, atque vti cernere est, in pedis superiora exhauritur.

Ω 1.3. Ramus è grandi vena crus petente in anteriorē coxendicis articuli regionem exporrectus, eiusque sedis musculis, & cuti soboles vtcunque frequentes deriuans.


TABVLA · I · LIBRI · VI ·
FIG · I
II

GG 1.2. Termini venæ ſine pari, quam. G notauimus.

I 1.2.3. Ramus ſeptimo, nonoq; tibiã mouentibus muſculis, & cuti femoris iuxta externam ipſius ſedẽ ſurculos deducens.

1.2. 3. Grandis vena in quintam femur mouentium muſculum digeſta.

3.4. 2.3. His duabus propaginibus inuicem coeuntibus vena cõſtituitur, quæ inter muſculos poſteriorem femoris ſedem occupantes excidens, ſurſum in femoris cutem ramos porrigit quos 5 inſigniui.

5

6 Verum maiori ipſius parte notata 6 ſub cute per poplitẽ fertur, & in ſuræ cutem numeroſa ſerie ad 7 notam ſpargitur.

7

8 3. Ramus ex vena magna ortus, partẽ internam tibiæ perreptans.

9 3. Magnæ crus petentis venę in duos ramos diſtributio, qua hæc inter duo inferiora femoris oſsis capita continetur.

10 1.3. Interior dictæ diuiſionis ramus ad poſteriores ſuram conſtituentes muſculos eiusque cutem digeſtus, inibique charactere 11 notatus.

11

12 1.2.3. Iam dicti rami portio ſecundum interioris malleoli poſteriorem ſedem ad internum pedis latus exporrecta.

13 3. Ramus externus dictæ diuiſionis, qui ſtatim in alios diſsimiles duos ramos diſtribuitur.

14 1.3. Dictæ modo diuiſionis externa propago.

15 1.2.3. Iam dictæ propaginis portio, per externum repens malleolum.

16 3. Dictæ portionis ramus interior, per interſtitium gemini tibiæ oſſis interrepens.

17 3. Diuiſio interioris propaginis 16 inſignitæ, quæ ad medium longitudinis tibiæ perficitur, atque hæc alterum ramum inter calcem, & tibiæ os ad pedis inferiora mittit, alterũ vero inter fibulam, & calcẽ.

18 3. Iam dicti rami ſoboles, quæ inter tibiæ os, & fibulam per membraneum eorum oſsium ligamẽtum in pedis ſuperiora digeritur, aliiſque venis hac proreptantibus cõmiſcetur.

18 3. Modus diſtributionis venarũ digitos petentium.

FIGVRA II.

PRÆSENS *figura venæ, cauæ portionem oculis ſubijcit, poſteriori iecoris ſedi ſubtenſam, quæ longa ſectione diuiſa, ac dein aperta eſt, vt propaginum foramina, quæ caua in iecur diffundit, in conſpectum venirent.*

AA BB. Propagines quæ ex hepate oriuntur.

CC Ramuli tenuiores, qui ex hepate ad venam cauam protenduntur.

D Venæ cauæ ſedes, qua hæc ſeptũ permeat, ipſique ramos depromit.

FIGVRA III.

RVDIS *fibrarum, quibus venæ tunica conſtat, delineatio.*

A Tranſuerſas monſtrat. B C obliquas. D rectas.

E Triplicis fibrarum generis implexũ.

TABVLA III. FIGV. I.

AA AAA. *Quinque his literis portæ venæ propagines indicantur, per iecoris corpus diffuſa, & hic veluti iecoris formam exprimentes.*

1.2. 3.4.5. Numerus ramorum, in quos diuiditur vena portæ, vt diſtribuatur per iecoris corpus.

B Venæ portæ ampliſsimus caudex.

C Duo ramuſculi bilis veſiculam petentes.

D Vena ad poſteriorem fundi vẽtriculi partem excurrens.

E Hac ſede vena portæ in duos maximos ſecatur truncos.

F Truncus ſiniſter, & elatior.


G Truncus dexter & humilior.

H Vena dextram fundi ventriculi ſedẽ perreptans, & geniculatim illi ſedi, ac ſuperioris membranę omenti dextræ parti ramulos prębens.

I Vena duodeno inteſtino, & ieiuni principio exprompta.

K Ramus in dextram regionem gibbi ventriculi, quà id dorſum reſpicit, aliquot ſurculis digeſtus.

L Ve-


TABVLA · II · LIBRI · VI ·
II
III
A
B
C
D
E

L Vena in dextram sedem inferioris omenti membranę, & colum intestinũ, qua hac fertur, excurrens.

M Soboles quædam à sinistro trũco in glandosum corpus inferiori mẽbranę omenti innatum, sparsę.

N Vena insignis sub vẽtriculo, vbi dorso is innititur, versus elatius ipsius orificium obliquè conscendens, quo priusquam pertingat, vtrinque vnam educit propaginem.

O O insignitam, & in ventriculum hac sede, qua dorso incũbit, digestã.

P Rami huius reflexus ad orificium stomachi.

Q Eiusdem rami series id orificiũ coronę instar amplexa.

R Ramus venę superius ventriculi os ambientis, qui secundum elatiora ventriculi procedens, inferiori osculo surculos exhibet, soboles etiam satis frequentes in progressu ad anteriora, posterioraq; ventriculi dispergens.

S Grandis vtcunque vena in inferiorem omenti membranam & colum intestinum, qua ventriculo exporrigitur, numerosa sobole procurrens.

TT Sinistri trunci diuaricatio, vbi is iã lienem est accessurus.

V Venula in sinistram sedem inferioris membranę omenti distributa, cuius radicem in integra figura (quod subinde desit) dũtaxat delineauimus, eius seriem peculiari figura quam seorsim subiecimus exprimentes, in qua T venã, quæ lieni exporrigitur, commonstrat vtrinque abtruncatam: præsens verò venula V insignitur.

XX Vena ab illis quę elatiora lienis petunt, in sinistrum ventriculi latus dispensata.

Y Eiusmodi etiam vena hic, qualem vtrunque X indicabat, insignitur.

Z Vena in sinistram fundi ventriculi sedem perreptans, multasque soboles ventriculo, superiorique omenti membranę offerens.

aaaa His characteribus venarum in lienis substantia distributio indicatur, adeò frequẽs, vt lienis imaginem facilè ostendat.

bbb Prima dextri portę venę trũci in mesenterium series, quę dein sanè est infinita & impẽse varia, priusquã suis extremis in intestina implicetur.

c Vena sub recto prorepens intestino indicatur, vnà cum ramulis intestino in venę progressu digestis.

ee Venularum soboles, recti intestini finem amplexantes.

* Ad huius figurę ampliorem explicationem iuuabit recurrere ad 2. 3. 4. 10. 12. 13. 14. 15. figuras, lib. 3. item ad huius lib. vltimam.

FIGVRA II.

PRÆSENTI *figura nuda vasorum cerebri ab vno scilicet latere, delineatio proponitur, à venis arterijsq́; incœpta, priusquam illæ penitus in caluariam merguntur.*

A Interior iugularis, quà iam caluarię proxima est.

B Soporalis arteria.

C Prima vena caluariam petens.

D Secunda.

E Tertia.

F Quarta.

G Quinta vena.

H Sexta vena.

I Secunda arteria.

K Prima caluariam ingrediens arteria.

L Tertia arteria.

M Dexter, seu primus durę cerebri mẽbranę sinus.

N Sinister durę cerebri membranę sinus, quem secundũ nuncupamus.

O Primi & secundi sinuum cõgressus.

PP Tertius duræ membranę sinus.

Q Tertij sinus finis osseo cõmissus septo, quo olfactus organorũ sedes interdiuiduntur.


R Quartus durę membranę sinus.

SS Ductus à dextro sinu pullulantes, ac in durę tenuisque membranã sedes, quę illis proximæ sunt, excurrentes.

TTT Ductus ex tertij sinus latere in tenuẽ diffusi membranam, quos solùm abtruncatos depingere licuit.

VV V. Ramuli ab infimo tertij sinus angulo in eam durę membranę par-

tem


TABVLA III II LIB VI
III
IIII
FIG I

tem à sinistra seiungit, in modum falcis.

XXX XX. Tertij sinus surculi cum illis cōmissi vasculis, quæ per verticem caluariam subingrediuntur.

YY Exiguæ ꝑpagines ab elatissimo quarti sinus angulo, in duræ mēbranæ sedē aliquousq; excurrentes, quæ dextram cerebri partem à sinistra hic supra cerebellū interdiuidit.

aa Ductus à dextro quarti sinus angulo deprompti, qui in duram cerebri mēbranā, quà cerebello hic incūbit, ac dein in tenuē, & cerebelli, & cerebri mēbranā diffundūtur.

b Ductus à quarto pendens sinu, ac secundùm totā longitudinē, humilioremque sedē eius duræ mēbranæ partis propagatus, quæ dextrā cerebri partem à sinistra dirimit.

ccc Surculi sursum à commemorato iā ductu in dictā quoque duræ membranæ partem deriuati.

de A quarto sinu propagati ductus, qui venarū prorsus modo tenui membrana suffulti, secundùm cerebri longitudinē supra callosum cerebri corpus ducūtur: Ac vnus quidē qui *d* insignitur, parti dextræ cerebri attēditur: Alter verò *e* notatus, sinistræ parti exporrigitur.

f Ductus à quarti sinus humiliori sede in tenuem cerebelli membranam propagatus.

g Ductus *f* notati propago per cerebri anfractus gyrosque in humillimā dextri cerebri ventriculi sedē pertingens, ac cum hac ascēdente arteria, quā γ notabimus, coiens.

h Ductus *f* notati propago retrorsum repens, ac multifariam in tenuem cerebelli membranam dissectus.

i Præcipua quarti sinus propago, sub cerebri corpore fornicis cameræve modo extructo, ad interiorem vsque sedem tertij ventriculi cerebri procurrens.

kl Propaginis *i* notatæ in duas partes dissectio. in qua *l* partem indicat dextro exporrectam cerebri ventriculo,
m *m* verò eam quæ sinistrū adit, hicque abtruncata cernitur.

n Tertiæ caluariam ingredientis venæ surculus, ad auditus organum exporrectus.

ooo Series sinus duræ mēbranæ, in quem tertia vena exhauritur, cui perpetuò sinus attēditur, in quē tertię arteriæ ramus *r* notādus absumitur.

pp Propagines eorum, quos iam vltimo cōmemorauimus sinuum, in tenuem cerebri membranā sparsæ.

q Diuisio tertiæ, & maximę caluariam ingredientis arteriæ, simul atq; in caluarię amplitudinem mergitur.

r Ramulus tertiæ arteriæ, qui in duræ membranæ sinum absumitur, atque secundùm cerebri latera excurrit, *ooo*, notata.

ſ Ramulus per proprium foramen in narium amplitudinē digestus, &

t quodam surculo *t* insignito nasi extremum accedens.

uu Duo grādes rami eius diuisionis, cui *q* inscribitur.

x Propago ex grandiū illorū ramorū, quos *u* & *u* notauimus, coitu, per secūdi paris neruorū cerebri foramen ad oculos potissimū excidēs.

α Propago crassior dicti modò cōgressus, quæ duram cerebri membranam perforat, ac mox in duos ramos bipartitur, β & γ insignitos.

β Ramus propaginis α notatę, in tenuē cerebri membranam frequenti sobole hic dispersus.

γ Ramus propaginis α insignitæ, dextrum accedēs cerebri ventriculū, & plexum efformans, qui extimo fœtus inuolucro cōfertur, quique hic δ notatus conspicitur.

φ Ramus secūdę capitis arterię, qui per musculos ceruicis spargitur.

FIGVRA III.

Hac *figura exhibetur nudæ, & ab omnibus partibus liberæ uenæ, arteriosæ delineatio: cuius orificium apertum finxi, vt tres membranæ, sanguinem è pulmonibus dilatato corde in dextrum ipsius sinum regurgitare prohibentes, in cōspectum venirent. notantur autem illæ notis*
1.2.3 *tis* 1.2.3.

A Sedes, qua arterialis vena ex cordis dextro sinu originem ducit.

B Inte-

B Interior arterialis venę tunica quintuplo propria venę tunica crassior.

C Exterior venę arterialis tunica, peculiari respődens venarũ tunicæ.

DE Arterialis venę caudicis in duos trũcos diuisio. ac E quidem dextrũ truncum indicat, multiplici sobole dextris pulmonum sedibus distributum.

F F verò sinistrum indicat truncum:

GG G & G autem insignitur arterialis venę per pulmonum substantiam series.

Figvra IIII.

PRæsens figura nudæ, omnibusq́; partibus liberæ venalis arteriæ delineationẽ proponit, ipsiusq́; characteres ita se habent.

H Venalis arterię à corde pronascens initium.

I Indicatur crassities simplicis arterię venalis tunicę.

KL Prima venalis arterię diuisio, simul cum ipsius ortu facta.

MM &c. Series venalis arterię per pulmonum substantiam innumeris propaginibus facta.

Figvra V.

HIc depingitur vmbilici uena, quæ plerunque, ut ait Vesalius, non ingreditur iecur distributa in uarios ramos.

AA Huius venæ pars vmbilico contermina.

BB Eiusdem insertio in hepar.

Tabv. IIII. Figvr. I.

A *ARteriæ magnæ ex sinistro cordis sinu exortus.*

B Duæ arteriæ cordis basim coronæ modo succingentes.

C Magnæ arteriæ caudicis in duos trũcos bipartitio.

D Arteria obliquà ad primam sinistri lateris costam contendens.

E Ramus quatuor superiorum sinistri lateris costarum interuallis soboles deriuans.

F Ramus per transuersos ceruicis vertebrarũ processus ad caluariã vsque prorepẽs, & geniculatim dorsali medullæ vicinisque musculis soboles offerens.

G Sub sinistro pectoris ossis latere ad vmbilici vsque sedem excurrens ramus, à quo surculi digeruntur in verarum costarum cartilaginũ interualla, & hinc in musculos pectori instratos, insuper in sinistrã, qua thoracis amplitudo intercipitur, membranam & abdominis musculos.

H Ramus posteriores ceruicẽ occupantium musculos accedens.

I Arteria ad cauam scapulę regionem ac in eius sedis musculos prepens.

K Ramulus ad humeri cum scapula articulũ & summi humeri inferiora propagatus, nusquam interim ad cutem excidens.

L Propago in musculos anteriorẽ thoracis sedem integentes sparsa.

M Propago secundùm thoracis latera deorsum procidens, ac musculo brachiũ deorsum trahẽti intertexta. Inter L & M ramulus vnus occurrit, eorũ qui in glandulas alæ cauitatẽ opplentes disseminãtur.

N Arteria simul cum interiori axillaris venę trunco in manum excurrẽs, ac primi illi surculi sub N mox conspicui, in musculos humerum amplexantes propagantur.

O Arteria secundum posteriorem humeri sedem vnà cum quarto in brachium pertinente neruo, aliquousque in externam cubiti sedem reuolutus, ac vndique in alto interim latitans.

PP Hi ramuli articulo cubiti cum humero sunt peculiares.

Q Axillaris arteriæ ramus radio exporrectus, ac tandẽ pollici, & indici medioq; digitis surculos offerẽs.

R Surculus ab arterię ramo Q insignito versus manus exteriora inter primum pollicis os & postbrachialis os, quo index suffulcit, deductus.

S Ramus vlnę exporrectus, ac in internam quoque manus extremæ sedem digestus.

* Ramulus musculis elargitus, q exter nũ latus postbrachialis ossis occupãt, quo minimus digitus sustinet.

T Arteriarũ in extrema manu series.

V Amplior ascēdētis arteriæ trūci portio, quæ rectà ad iugulū cōtēdēs, in duos impares ramos diuiditur.

X Sinister diuisionis in iugulo factæ ramus, qui & gracilior est, sinistriq; lateris soporalem constituit.

Y Z Duobus his characteribus dexter ramus, qui sinistro lōgè amplior est insignit. Verum Y priuatim propaginē indicat, quę in dextro latere prorsus in easdē soboles digerit, in quas arteriā D insignitā in sinistro latere disseminari conspicis. Cæterū Z dextrā soporalē notat.

a Sinistræ soporalis arteriæ in faucium regionibus in duos ramos distributio, ac

b b quidem externum, c verò & d internū indicant: quanquam duo posteriores hi characteres priuatim aliquid indicent.

c Arteriarum propagatio ad laryngē, fauces, & linguam.

d Soporalis arteriæ pars caluariā petēs, atq; iuxta basim caluariæ in duos distributa ramos, quorū alter, qui sinistrū durę mēbranę sinū subit, hic, quà in caluariā mergit, abtruncatus est. de quo paulo post latius.

b Soporalis arteriæ ramus, capitis exteriora implicans.

e Dicti modò & b insigniti rami propago, penitiùs inter faciei musculos excurrens.

f Rami b insigniti sub auris radice distributio, cuius anterior ramus g

g notatus, secundùm tempora fertur. posterior verò, cui h inscrip-

h si, secundùm auris posteriora sub cute pariter atque ille spargitur.

i Truncus magnę arterię, deorsum ad dorsi vertebras explicatus.

K K K Propagines vtrinque ad octo inferiorum costarum interualla protēsæ, & dorsali quoque medullę, ac musculis dorso, & thoraci adnatis ramulos offerentes.

l Septi transuersi arteriæ.

λ Arteria humiliorem mesenterij sedem subiens, ac potissimum in colon intestinum, quà id à lienis regione ad rectū pertinet, ac dein in rectum intestinū discinditur.

μ μ Propagines notātur, quę geniculatim lūborū vertebras accedūt, & in peritonęū & musculos vertebris adnatos distribuūtur. Propago autē ad humilius μ cōsistēs, cæteris grādior est, atq; ad abdominis vsque latera frequenti sobole excurrit.

ν ν ν Magnæ arterię ad os sacrum in duos trūcos distributio. Verùm isti characteres etiam surculos notant, ab humiliori arteriæ regione in ossis sacri foramina deriuatos.

ξ Interior ramus sinistri trunci iam dictæ diuisionis.

o Interioris rami exterior propago in musculos excurrēs, qui externam ilium ossis sedem & coxēdicis articulum integunt.

ϖ Interioris rami ξ notati interior propago in ossis sacri humiliorē sedem, vesicam & vesicæ ceruicem, ipsumq; penem: in mulieribus verò, in inferiorē vteri fundi regionem, & pariter in illius ceruicem surculos diffundens.

ρ ρ Hic etiam arterias appinximus, quarū sinistra ab vmbilico hic inter ξ & σ ad interiorē priùs cōmemoratū ramū perinde pertinet, ac si versus vmbilicū ab ipso deriuaret.

σ Interioris rami ξ insigniti reliquū, quod ab externo ramo trūci diuisionis, q̃ supra os sacrū fit, portionē asciscēs, p̱ pubis ossis foramē in crus delabit; inibi in musculos pubis os occupātes digestū, & suo termino cū alia arteria, q̃ in quintū femur mouētē musculū pręcipuè digeritur, ac ⳩ mox signabit, coit, ea sede qua ω adscriptum cernis.


τ Propago exterioris rami sursū ad rectū abdominis sui lateris musculū cōscēdēs, atq; pręcipua ipsiꝰ sobole vmbilici regionē petens, reliquos autē surculos trāsuersim in humiliorē abdominis sedē dispensans.

υ Surculus transuersim secundum pubis os ad pudenda prorepens.

φ Sedes exterioris rami, quà is modò in crus delabitur, ac in vniuersum crus disseminati incipit.

χ Ramus maioris crus petētis arterię in musculos propagatus, qui anteriorē femoris sedem sibi vendicant,

⳩ Ramus


TABVLA IIII LIBRI VI
II
III
A
A

ɣ Ramus ad quintum femur mouentẽ musculum, & eos, qui internã femoris sedem occupant, digestus, vnoque ipsius surculo cum illius arteriæ coiens fine, quam per pubis ossis foramen procidere diximus, ac ω insigniuimus.

ω

Γ Ramus in musculos posteriorem femoris sedem obtinẽtes deriuatus.

Δ Δ Ramuli genu, articulo, & capitibus musculorum pedem mouentium inibi principium ducentibus peculiares. Hicque grãdis arteria in poplite reconditur.

Θ Grandis cruris arteria posteriorẽ tibiæ sedem petens.

Ξ Ramus fibulã amplexantibus musculis, præcipuè autẽ septimo & octauo pedem mouentium oblatus.

Σ Arteria inter calcem, & interiorem malleolũ pedis inferiora subiens.

Π Arteria ad pedis humiliora accedẽs, inter calcem, & exteriorẽ malleolum nonnunquam reflexa.

Φ Ramuli tibiæ cum calcis articulo proprij.

Ψ Propago pedis elatiora accedens.

Ω Arteriarum in pedis humiliori sede distributio.

FIGVRA II.

VERITVS *ne characterum copia integrã magnæ arteriæ delineationem alioquin hic satis obscuram penitus corrumperet, priuata effigie utendum duxi, quæ superiùs, vbi septo transuerso arteriæ l indicatæ offeruntur, veluti ex magnæ arteriæ caudice dissecta est: inferiùs verò ad seminalium arteriarum, quas ι & κ indicabimus, exortũ. In præsenti itaque figura iam enarrandis propaginibus duas radices pinxi, cùm integra arteriæ delineatio unicam (vt frequenter etiam occurrit) tantum habeat.*

m Indicat *m* vtriusque, aut vnius duntaxat radicis exortum, *n* dextrum ramum. *o* surculum in humiliorẽ omenti membranam hic exporrectum. *p* propaginẽ in dextrã ventriculi sedẽ, qua dorsum spectat, atq; inferius orificiũ educit, excurrentem. *q* ramum duodeno intestino, & ieiuni initio exporrectũ: *r* propaginẽ ad dextrã fundi ventriculi sedẽ deductã, ventriculoq; & superiori mẽbranæ omenti ramulos exhibẽtem. *s* bilis vesiculę arteriolas, *t* arteriam iecori distributam. Cæterùm *u* insignitur sinister ramus, qui potissimum lienem adit. *x* propago secundùm posteriorem ventriculi sedem, ad ipsius vsque elatius orificiũ progrediens. *y* eius propaginis ramuli in ventriculum, quà dorso innititur, deriuati. *z* ramus orificium ventriculi superius, coronę modo cingens. *α* ramus secundùm elatiorem ventriculi sedem inferius illius orificium accedens. *β* grandis in demissiorem omenti membranam excurrens propago, quæ etiam colo intestino multis surculis implicatur. *γ* surculus in humiliorem omẽti membranam hic ad sinistrum latus excurrens. *δ* & *δ* arteriæ lienis cauum subeuntes, *ε* arteria sinistram fundi ventriculi sedem petens, ac ventriculo ipsique superiori membranæ omenti soboles deriuans. *ζ* ramuli ab alijs lienẽ accedentibus arterijs in læuũ ventriculi latus deprompti.

Hæc quæ sequuntur, ad tertiam magnæ arteriæ figuram pertinent.

ζ In integra delineatione, & in secunda aliud *ζ* occurrit, quo insignitur arteria in superiorem, ac propemodum vniuersam mesenterij sedem propagata, & suis propaginibus in ieiunum intestinum, & ilium, & coli partem à iecore ad dextrum renem cõspicua, sparsa.

η Dextrum renem accedens arteria.

θ Arteria quæ in sinistrum renem exporrigitur.

ι ι Dextri lateris seminalis arteria.

κ κ Sinistri testis seminalis arteria.

FIGVRA III.

PRÆSENTI *figura* A A *notata ostenditur arteriæ portio, ex qua rami ad costarum interualla digeruntur.*

VENARVM ET ITEM ARTERIARVM OMNIVM INTEGRA ABSOLVTAQVE DELINEATIO,

in hoc potißimùm parata, vt in conspicuo esset,

Quænam venæ cum arterijs porrigantur, & quæ absque arteriarum consortio per corpus repant, ac rursus cuiusmodi arterias Natura coniugibus venis destituerit.

TABVLA QVINTA.

IN *præsenti figura primùm maiusculi Latinorum occurrunt characteres, organa, præter venas arteriasq́, obuia notantes. Significatur itaque*

AA A, Septum transuersum.

B Cordis inuolucri portio, inibi asseruata, vbi id septo continuatur.

C Cor sua sede repositum.

DD D D. Quatuor pulmonis fibræ, lobi've.

E Aspera arteria.

FF Gibbi iecoris magna portio magis conspicua in 4. particulari figura, ac ibidem notata F F.

GG Cauum iecoris.

H Vesicula excipiendæ bili flauæ parata. Si interim ex characterũ serie aliqui omittantur, non ideo aliquid præsenti figura expressum, nos innotatũ præterijsse arbitraberis, quum ex reliquis tabulis huc duntaxat tantùm assumpserimus, quantum venarum arteriarumq; digestioni ostẽdendæ sufficere duximus.

O Lienis caua sedes in tertia figura.

P Dextri renis anterior sedes.

Q Sinister ren.

S Hanc literam ne inuestiges in grandiore figura, verum in septima & octaua particularibus figuris: in septima notat virilem vesicam simul cum vmbilico, & vasis vmbilico ascriptis, reliquisq; partibus, quas sparsim in characterũ explicatione indicabimus. S in octaua figura designat muliebrẽ vesicam pariter cum vmbilici vasis, & vrinarijs meatibus: plura de his vide in indice particularium figurarũ.

T Venæ cauę caudicis sedes, inter septũ transuersum & cor consistens.

VX Vasorum coronarum ritu cordis basim ambiẽtium sedes, atque adeò cordis basis.

Y Cordis mucro.

Z Rami ab arterijs venisque coronalibus deorsum per cordis superficiem diffusi.

a Hac parte cauæ caudex in dextrum cordis sinum dehiscit.

b Dextra cordis auricula.

c Sinistræ auriculæ cordis mucro.

d Venæ arterialis caudex.

e e Notant tamen *e* & *e* venalis arteriæ, & venæ arterialis in dextram pulmonis partẽ progressus, nondum pulmonis substantia vndique circundatos.

f Magnæ arteriæ caudex.

g Magnæ arteriæ truncus, partes cordi subditas petens.

h Superiora petentis magnæ arteriæ trunci portio, sinistro brachio potißimum oblata.

i Dicti modo trũci insignior portio, atque adeò ipsius in duos impares ramos distributio, quorum alter

K sinistra est soporalis K notata, grãdior verò dextram format soporalem *l* insignitam, & arteriã po-

l tißimùm in dextrum brachiũ excurrentem, & *m* notatam.

m

n n Hac excurrunt septi trãsuersi nerui, suis principijs abtrũcati, quorum initium hic conspicuum est.

o Venæ pari destitutæ initium, ipsius verò reliquam seriem prima particularium figurarũ exhibet; quæ est quasi resecta huius pars, ea regione cogitatione committẽda, vbi vtraque portio *o* signatur: quæ in maiori figura exprimi non po-

tuit, quòd pulmones occupet anteriorem pectoris faciem, cùm reliquum illud venæ pari destitutæ hinc petat posteriora pectoris versus dorsi vertebras.

p Cauæ in iugulo bipartitio, ac vtrinque ad p, latera exortus apparent venarum pectoris ossi propriarũ, ac ad vmbilici vsque regionẽ excurrentium: huius exortus reliquã portionem secũda particularis figura præ se fert: in qua pars illa

q notata charactere q, imaginatione connectenda venit exortui in magna figura signatæ eadem lite-

* ra: alteram partem signatam * adiungendam cogitabis literæ z in maiori figura.

r Venę superiorum aliquot costarum interualla adeuntis initium.

ſſ Vena per transuersos ceruicis vertebrarum processus caluariã petẽs, atque in secũdum duræ membranæ sinum simul cum coniuge arteria absumpta.

ttuu xxy Notatur enim primus sinus, t t, secũdus u u. tertius x x. quarti initiũ y.

z Axillam petens vena, quę in sinistro

α latere humerariam α indicatã promit. In dextro autẽ latere illius initiũ hic ab externa pẽdet iugulari.

β γ Hic abtruncatæ propagines illæ sũt, quæ ab axillam petente vena in thoracis anteriora, posteriora & latera digeruntur.

δ Interior iugularis.

ε Interioris iugularis in duas venas distributio.

ζ Exterior iugularis.

η θ Exterior iugularis ad fauces distributio. θ ipsius pars post aures ad occi-

ι pitiũ excurrens notatur, ι ad tem-

κ λ pus & verticẽ, κ ad faciem & frontem, λ ad secundum duræ mem-

μ branæ sinum, μ verò duo ipsius rami indicantur, quorum alter per octauum capitis os caluariam petit, alter per secundi paris neruorum cerebri foramen.

ν Aliquot subsequentes characteres in dextro ponuntur latere soporalis arteriæ seriem indicantes. Atque hic ν arteriæ portionẽ indicat caluariam petẽtem, postquam ramũ à se diffudit, cum externa iugulari ad faciem, & ad tempus, & post aurem digestum.

ξ Soporalis ramus primum durę membranæ petens sinum.

ο Præcipua soporalis portio per priuatum foramen caluariam petens.

π Versus narium amplitudinẽ exporrectus ramus.

ρ Ramus in dextrum latus duræ membranæ excurrens.

σ τ Rami soporalis præcipui, qui plexũ reticularem efformare perperam creduntur.

υ Ramus oculos petens.

φ Ramus tenuem adiens membranam cerebri basi obuolutam.

χ Plexus, quem extimo fœtus inuolucro comparamus.

ψ Sexti paris neruorum cerebri dexter neruus, illic abscissus, quà secundùm laryngis latus deorsũ fertur.

ω ω Dexter recurrens neruus.

1 Sexti paris neruorum cerebri truncus sinister.

2 Recurrens neruus sinister.

3 Neruulus cordis basim accedens.

4 Posteriora ceruicis, & occipitium adiens vena.

5 Scapulæ posteriora petens vena.

Verùm & si posthac arteriam priuatim non insigniamus, promptè ex delineatione liquet, cui nam venę arteria exporrigatur.

6 Ad cutẽ quã summus humerus integitur.


7 Humeraria quà cutem subit, cubitumque adit.

8 Humerarię ramulus altiora cubiti articuli interdum petens.

9 Ramus ab humeraria ad communis venæ constitutionẽ repẽs. Verùm modò cõduxerit potiùs minores Latinos characteres assumere, ne quũ arithmetici characteres geminãdi essent, plura ipsis obliterent.

a Humerariæ ramus per radium cubitique exteriora ad vlnæ appendicem & brachiale properans, axillarisque ramo p indicando aucta, & paruum digitum, deinde & annularem præcipuè accedens.

b Axil-


FIG. I TABVLA. V. LIBRI. VI.
X
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
IX

b Axillaris ramus, cuti anteriorem interioremque brachij sedem inuestienti dispensatus.
c Ad musculos cubitum extendentes.
d Ramus quartum brachij neruum ad cubiti vsq; exteriora cõcomitans.
e Axillaris in duos truncos partitio.
ff Truncus in alto latitãs, & arteria vndique concomitatus, & per cubiti flexum in cubitum tendens.
g Dicti trũci ramus radio exporrectus & surculos pollici, indici, & medio exhibens.
h Arteriæ dictum ramum cõcomitantis soboles, externam manus sedẽ inter indicem, ac pollicẽ accedẽs.
i Reconditi illius trunci ramus vlnæ exporrectus, & paruo digito, anulari, & medio soboles depromẽs.
K Sub cute excurrentis axillaris trunci iuxta cubiti articulum diuisio.
l Axillaris ramus cõmunẽ cõstituens.
m Communis vena.
n Communis venæ instar Υ diuisio, atque dein ipsius per externã manus sedem series.
o Surculus communis internã manus adiens sedem, & hic alijs commixtus ramulis.
p Axillaris ramus vlnæ exporrectus, varièque in cutẽ dissectus, & suo extremo cũ quodam humerariæ ramo coiens, vbi π posuimus.
qq Series venarum internam cubiti cutem, & volam implicantium.
r Hanc literã ne scrutaueris in maiori figura, cùm sit in 7 & 8 figuris, notatque vmbilici portionem.
ſſ, ſſ In eisdem figuris notat venã ab vmbilico in iecur exporrectam: quæ connectẽda venit hepati, depicta in quarta particulari figura, vbi reliqua portio istius venæ signatur charactere *ſ*.
t In septima & 8 figura particulari notat meatum vrinam fętus inter secũdum ipsius inuolucrum, & intimum deferentem.
uuu 7. & 8. figura significant arterias fętui particulares.
ε In maiori figura portiuncula nerui iecoris cauo à vẽtriculi neruis deprompta. Hic admonendus mihi lector est, tertiam particularẽ figuram cõtinere, ac exprimere inferioris omenti mẽbranæ portionem, quæ posteriori ventriculi subijcitur sedi, ac venæ portæ distributionem simul cum arterijs neruisque hac excurrẽtibus sustinet. Insuper præter eiusmodi vasa hic in eadem tertia figura Lien cum venis, ac arterijs per mesenterium diffusis spectatur, totaque figura (si quis vellet) agglutinari potest maiori figuræ in iecoris cauo, vbi υ φ τ ς in vtrisque figuris occurrẽtia inuicem respõdeant.
ςς ςς igitur in maiori, ac item tertia figura significat meatũ bilis vesiculæ duodeno insertum.
τ 3. 10. In vtraque figura venæ portæ caudex.
υ 3. 10. Iecori inserta arteria, & neruus quoq; illi exporrectus arterię.
φ 3. 10. Bilis vesiculam adiens arteria, & neruus.
χ 3. 10. Venæ bilis vesiculam adeũtes.
ψ 3. Vena & item arteria posteriorem ventriculi sedem iuxta ipsius inferius orificium accedentes.
ω 3. 10. Vena ventriculũ petẽs, quà gibbũ ipsius dextrã dorsi sedẽ spectat.
a 3. Vna vena, arteria, neruus, dextram fundi ventriculi sedem implicantes.
b 3. Minor portæ maximæ distributionis truncus.
c 3. Grandior truncus maximæ partitionis venæ portæ.
d 3. Vena & arteria duodeno intestino potißimũ exporrectæ, & ipsis attẽso corpore glãduloso suffultę.
e 3. Vena cum coniuge arteria dextrã sedem adiens inferioris membranæ omenti.
ff 3. Radix arterię in iecur, ventriculũ, lienem & omentum, & bilis vesiculam digestæ.
g 3. Vena cum cõiuge arteria superius ventriculi orificiũ coronæ modo tandem cingens, atque in vẽtriculi figura inter α & α occurrens.
h 3. Vena, & arteria præcipuã inferioris membranæ omenti sedem petens, & colon quà ventriculo ex

por-

porrigitur implicans.

ii 3. Glandulosum corpus vasorum distributioni hic præfectum.

k 3. Inferioris omenti membranę sinistram sedem accedens vena.

ll 3. Vasorum series ad lienem.

mmn 3. Vasa ab illis quæ lieni inseruntur sinistrā vētriculi sedē adeūtia. Verū præcipua *n* indicant, quæ sinistrā sedē fundi vētriculi implicāt.

ooo 3. Series est venarum & itē arteriarum intestinis propriarum.

pp 3. Radix præcipuæ arterię intestina petentis.

qq 3. Minor arteria intestinis propria.

rr 3. Glandulę in mesenterio positę, & nuper narratos vasorum diductus corroborantes.

ſ In maiori figura foramē septi transuersi stomachū transmittens, atque adeò sinus iecoris stomacho cedēs.

t Itē in maiori figura iecoris ligamētū quo sinistra ipsius pars septo nectitֿ.

uu Magna arteria septum permeans, atque adeò ipsius ramus in dextram septi partem excurrens.

x In vtraq; figura cauæ venæ caudex.

y In maiori figura: vena sinistri renis pinguem accedens tunicam.

α Vena & arteria reni dextro oblatæ.

β Vena dextri renis pinguem tunicā intexens.

γ Sinistrum renem accedens vena, & arteria.

δ Sinistra seminalis vena.

ε Dextra seminalis vena.

ζ Arteriarum seminalium ortus.

ηη Sinistra seminalis venæ, & arteriæ congressus.

zz Sinistrum testem vnà cū tunica adhuc ipsi ꝓpria, atque à peritonæo pronata, & *ii* notata delineauimus in quinta figura particulari: ita tamen hic est dissecta apertaq; testis tunica, vt nihil quo minùs aptè cērnatur impediat, imò etiā musculum illi innatum common

x strat, *x* indicatum.

λ In eadē quinta figura particulari ad characterem *λ* vena, & arteria peritonęi amplitudinē egrediūtur.

μ Varicosum corpus, ipsaque adeo venæ arterię varia, & admirabilis implicatio.

ν Sinister testis, tunica ipsi proxima obtectus.

ξξ Vasis semen deferentis ad testem reuolutio.

οp Vasis semen deferentis ascēsus ad pubis os.

π Sinistri vasis semen deferentis ad pubis ossis posteriora inflexus.

ς Dextri vasis semē deferētis reflexus.

τ Dextri sinistriq; vasorum semen deferentium coitus.

φ Vasorum semē deferentiū insertio.

χχ Septima figura glādulosum corpus vasorum semen deferentiū insertionem excipiens.

ψψ In eadem & sexta figuris meatus vrinę seminique communis.

ωω Sexta & septima figuris musculus orbiculatim dicto iam meatui obductus.

ææ Sexta & septima figuris penis, atque adeò ipsius corpora.

aa Rursus in maiori figura *a*, *a*, significat venas, & arterias lumborū vertebris, ipsisq; adnatis musculis, & abdominis lateribus exporrectas.

b In eadem maiori figura venę cauę, & arterię super os sacrum partitio.

cc Arteriolę, sūt sacri ossis foramina petentes.

d Sinistri partitionis dictę trunci diuisio.

e Interioris rami dictę diuisionis propago, nates & coxendicis ossi adnexa petens.

f Dicti rami propago tandem vesicæ & vtero digesta.

g Pars est arterię fœtui peculiaris, quā antea ad vesicę latera *u*, vti & hic quoque in maiori figurę portione, notauimus.

h Portiūcula exterioris rami dictę antea diuisionis ad reliquū accedens interioris rami.

i Reliquū interioris rami ꝑ pubis ossis foramē ī musculos interiorē femoris sedē occupantes distributū.

k Sedes qua soboles dicti reliqui alteri venę cōmiscet. Verū hic ex tabula prōptè animaduertis, quādo & arterię subaudiendū est, quū scilicet venę arteriam attendi cērnis.

l 2. 10. Exterioris rami propago, abdominis inferiorem sedẽ ad vmbilicum vsque perrepens.

mm Vena per femoris,& tibiæ interiora sub cute ad digitos vsque pedis distributa, & in progressu varios edens surculos.

n Coxendicis anteriora petens,sub cute tamen.

o Musculos & cutem femoris exteriorem sedẽ occupantes intertexens.

p Musculis anteriorem sedem femoris occupantibus digesta.

q Dictæ modò venę congressus cum ea,quę per pubis ossis foramen femur adit.

r Hàc præcipua femur petẽs vena secundùm femoris os reflectitur.

ſt Propagines musculos posteriorẽ femoris sedem occupantes, & cutem huius sedis ad surã vsque accedentes.

u Diuisio in poplite, atque adeò rami in musculos à femoris capitibus hic pronascentes distributi.

x Maioris dictę diuisionis trunci vena, externam tibię cutem ad summũ vsque pedem implicans.

y Vena,& arteria fibulę exporrecta, ac inter musculos latitans.

α Maioris dictæ diuisionis trunci ramus, cutem internam tibię sedẽ integentem, ad digitos vsque variè subiens.

β Ramus dicti trũci suram ad calcem vsque petens.

γ Propago grandioris trũci inter musculos tibię anteriorem sedem occupantes, ad pedis vsque superiora,& digitos digesta.

δ Trunci grandioris reliquũ inter musculos posteriorem tibię sedem sibi vendicantes deorsum repẽs, & inter tibiam & calcem pedem subiens, ramulos digitorũ inferiori sedi communicans.

FIGVRA IX.

PROPONITVR *hic spectandus muliebris vterus vna cum suis instrumentis, necessariys ad procreationem, supersedeo autem à literarum explicatione, quod hæc inueniatur supra, lib.* III. *Figura* XXVIII.

IOANNIS VALVERDI Medici de Humani Corporis Fabrica.

LIBER SEPTIMVS.

In quo de Neruis agitur.

Quid Neruus, quæ ipsorum differentiæ, quid exortus. Cap. I.



EATVS ex prioribus duobus principijs emanantes, venas
ſcilicet & arterias ſuperiore libro proſequuti ſumus; è tertio
nunc principio enaſcentes, enarrandi nobis ſuperſunt. Sci- *Quid communiter*
re igitur oportet, quod licet communi appellatione, nerui *ter neruum vo-*
vocentur non minus muſculorum tendines, & articulorum *cent.*
vincula, quam inſtrumenta, quibus ſentiens facultas in om-
nia membra diſtribuitur; ipſe tamen hoc in libro, ſicut &
alijs, ſentiendi organa ſemper intelligam, quibus à capite
duntaxat origo eſt. Eſt ergo neruus corpus quoddam longum, teres, & ad tactum *Neruus quid.*
ſolidum, cuius origo & principium, nec dura membrana eſt, neque cor, vt quidam *Nerui à cere-*
exiſtimarunt, ſed cerebrum, ac ſpinæ medulla; quæ ſentẽtia Hippocratem primùm *bro prodeunt.*
auctorem, deinde verò Eraſiſtratum, Lycum, Andream, Marinum, Herophylum,
Galenum, Veſalium, & Realdum aſſertores habuit, & ipſius facilè vnuſquiſque cer-
tior fieri poteſt. Nunquam enim ex corde neruus vllus prodire conſpicitur; imò ve- *Nerui haud ex*
a li.iiii. ſi.vi. h. ro in ipſum, vt ſuo loco dicemus, [a] ramus quidem prætenuis ſexti paris neruorũ ce- *corde prodeunt.*
rebri propagatur, quò ſanè parùm indigeret, ſi eorum principium exiſteret. Neque
à dura prodeunt menynge; quanuis excuſandi veniant, qui id prodiderunt, cùm
enim nerui omnes illi ac tenui membranæ, perinde atque arbores corticibus impli-
centur, facilè fuit vt, extrinſecùs eos intuentes, deluderentur. In hanc quoque ſenten-
tiam id eos adduxit, quòd cerebrũ vſquequaque ſenſus expers, vtranque verò mem-
branam eo admodum exquiſito præditam intuerentur; quod ſanè effecit, vt ratum
conſtanſque adeo non habeam, vt complures exiſtimant, à cerebro ſenſus originem
pendere, præſertim cùm interiorem neruorum partem ſenſu omninò deſtitui, ex-
teriorem verò eo perquam acuto pollere animaduertam. Sed his, quæ huc minimè
pertinent, omiſsis, qui ſedulò internam neruorum faciem perſcrutabitur, huic, eos
à cerebro, aut à ſpinæ medulla oriri, eorumque ſubſtantiam ei ex qua prodeunt par-
ti aſsimilari, conſpicuum euadet. Quoniam verò medulla, vti diximus, cerebrum *Neruorũ in du-*
duritie ſuperat, ſic etiam ex ea prodeuntes nerui, iis, quos cerebrum expromit, du- *ritie diſcrimen.*
riores exiſtunt; & ſic deinceps prout magis dorſum verſus procedunt, ad os vſque
ſacrum, vnde duriſsimi totius corporis nerui prodeunt. Pro longiori etiam breuio-
ri've progreſſu nerui duritie, ac mollitie variant; ac proinde, qui aures, linguam pa-
latum, & oculos adeunt, teneriores ſunt; etſi ex his, qui tortuoſi procurrunt, vt ter-
tium par, magis indureſcunt, prout ſiccior eſt ſedes quam perreptant; idque haud
citra graue myſterium effectum eſt. Vt enim exteriores ſenſus, viſus ſcilicet, audi- *Neruorum cur*
tus, guſtatus, olfactus, & tactus, ad huiuſce facultatis ſuſceptionem, molli ege- *alij alijs tenerio-*
bant inſtrumento, quò radii, ſiue rerum ſpecies ipſum promptiùs afficerent, alte- *res.*
rarent've, ſi huiuſcemodi nerui duri erant, haud rectè actionem ſuam edere po-
terant; ſic qui motui famulantur, ſi molles extitiſſent, corporis noſtri compagem
aſsiduo motu ciere incolumes minimè potuiſſent. Hinc, neruorum alios ſen-
b t.i.ſi.iiii.G. ſui, alios motioni præeſſe colligitur; ſenſui quidem famulantur, qui [b] in ocu-

los,

los, [c] aures, [d] nares, palatum, ventriculi os, manuum volas, & in cutem denique vniuersam excurrunt; reliqui omnes motioni deseruiunt. Ex hoc tamen minimè infero neruos motui famulantes sensus expertes esse, vt multi existimarunt, hinc delusi, quòd plerunque obseruarent sensum motu superstite deperdi, & contrà. Cum enim partis alicuius, sensus duntaxat deperditur, id fit, quòd neruorũ propagines in cutem pertinentes, noxam subierint, musculorum interim neruis illœsis; motu autem duntaxat deperdito, secus euenit. Quod si quis ex me quærat, vndenam fiat, vt cutem adeuntes nerui ipsam motu nequaquam cieant, vt solent qui musculos accedunt; Huic responsum velim, quod quemadmodum eadem in nobis facultas per eosdem neruos opifex est visus, auditus, olfactus, & gustatus; & horum vnumquodque peculiari sede, quæ proprium est eiusmodi operis instrumentum, non alia vlla perficitur; sic quoque per neruos in musculos euadentes motum nobis elargitur, sensum verò per eos, qui ad cutem; ad ventriculi os, ad intestina, ceterasque omnes corporis partes, sensui suscipiendo aptas pertingunt. Sed iam ad neruorum differentias nostra redeat oratio, Alia nanque præter dictas, à neruorum exortu desumitur; Alij siquidem, præsertimque teneriores, continuo enascuntur principio, vt [e] visorij nerui. Alij, multiplici principio, ceu funiculis quibusdam, inuicem perpetuò distantibus exoriuntur, cuiusmodi sunt [f] tertium, quartum, & quintum cerebri neruorum par. Alij, etsi multiplex principium sortiuntur, protinus tamen vt è cranio emergunt, inuicem rursus coeunt, & caudicem vnum constituunt. quod potissimum in pluribus à dorso prodeuntibus neruis, [g] nec non in sexto, & septimo cerebri neruorum pari obseruatur; imò verò nerui omnes transuersim dissecti, complurium filamentorum siue funiculorum vnà coeuntium imaginem prę se ferunt. A distributionis quoque forma neruorum differentia desumitur. Quando quidem alij in vnicam duntaxat partem digeruntur, nullam alijs propaginem offerentes, quo in numero sunt visorij nerui. Alij pluribus dispertiti ramis, alios in cutem, alios in musculos alios in ossa effundunt, [h] cuius generis sunt tertij cerebri paris nerui. Quidam indiuisi, nulliuè commissi ramo feruntur, [i] quale est secundum cerebri par, licet ipsi minor tertij paris è cerebro quoque prodeuntis radix nonnihil attendatur. Quidam inuicem copulantur [k] vt visorij nerui inter se. Alij alijs connectuntur, simulatque dorsum egrediuntur, in retis siue funiculi speciem, qualis in cardinalium galero depingi solet; [l] cuiusmodi sunt qui brachium adeunt nerui. Solent quoque nonnulli hanc in neruis differentiam constituere, vt alij intus caui siue perforati sint, alij solidi. At mihi nullum hactenus peruium neruum videre contigit. Quod verò nonnulli de opticis narrant, si ad candelę lumen siue ad solem inspiciantur, ridiculum apud me est. Hoc itaque omisso, ad neruorum omnium propagationem aggredi operę precium erit, ducto a cerebri neruis exordio.

Nerui omnes sensus compotes.

Neruorum cur alij motum alij sensum elargiantur.

Neruorum ab exortu discrimẽ

A distributione.

Neruus nullus peruius.

c ead.a.
d fi.ii.P.
e t.i.fi.ii.C
f ead.M.
g fi.i.ii.e.
h fi.ii.M.
i fi.i.ii.K.
K fi.i.I.M
L t.iiii.fi.

Quot neruorum coniugationes à cerebro, ac dorsali medulla priusquam è cranio excedat, ortum desumant. Cap. 2.

Pro his consule figuras omnes libri quinti.

Cerebrum duas in partes distingui, anteriorem scilicet, quam Cerebrum, ac posteriorem, quam Cerebellum appellamus, iam proditum à nobis est. Anteriorem preterea, superiore sui facie in dextram loeuamque dirimi, inferiore verò continuam esse vniuersam; & ab ea, non autem à cerebello, spinalem medullam enasci diximus. Insuper duos cerebro ventriculos adesse tradidimus, dextrum & sinistrum, ambos in vnam coeuntes cauitatem, quam tertium nuncupamus ventriculum, ex quo riuulus quidam in alium excurrit sinum, inter spinalem medullam ac cerebellum exculptum, quem nonnulli quartum vocant ventriculum. Nunc de neruis ab ipsis prodeuntibus agere, tẽpestiuum erit, qui omnes à cerebri basi, & à spinali medulla, priusquam è cranio elabatur, nullo autem pacto ex cerebello, vt multi existimarunt, suam habent originem. Neruos hos à cerebro prodeuntes, etsi ex dissectionum proceribus multi, septem paribus contineri prodiderunt, septenos.s. vtrinq; neruos constituentes, si eos tamen accuratius intueamur, multo melius nouẽ

a fi.i. E.fi. ii. F. coniugia constituere poterimus, eo[a] pari addito, quod olfactus organum adit, in neruorum numerum ab ipsis minimè relato, quòd ex cranio nequaquam emergat. Tertium item par veriùs[b] duplex, quàm vnicum cõstitui posset: quemadmodũ & aliud enumerari[c] coniugium, iuxta quinti paris radicem enascẽs, de quo ipsorum nullus meminit. At ne à veterum ordine deflectam, septenis paribus omnes complectar, à visorio quod primum in ordine est, exorsus.

b fi.i.ii. LM. c ead. d. iuxta. a.

De primo, & secundo cerebri neruorum pari. Cap. 3.

a fi.i.ii.G. b li.i. t.v. fi.i. M. c fi.i.H. d li.i. t.v. fi.i. F.

PRimum[a] cerebri par, neruo vtrinque vno, à cerebri basi exoritur, iuxta eã sedem qua angustior duorum ventriculorum coit pars,[b] supra glãdulam scilicet, quam capitis pituitam excipere diximus. Hi omnium totius corporis neruorum (absolutè loquor, de singulis seorsum) facile mollissimi sunt, & crassissimi; ac eorum vterque statim ab exortu coniugem versus paulisper contendit, dum ambo inuicem coeant, non tamen decussatim, vt multi existimarunt, sed in quadrangulum[c] corpus cõgredientes, quod[d] in oculorum orbitæ centrum pertinet; vbi rursus aduaricantur, ac dexter quidem in dextrum, sinister verò in sinistrum oculum concedit, vt Patauij singulis ferè annis lęui negotio videre est; nam latronibus oculorum altero ob primum furtum Venetijs eruto, euenit, vt post annum vnum, vel alterum iterũ comprehendantur, & Patauium dissectionis ergo mittantur, in quibus eius regionis neruus, qua oculus ademptus est, flaccidus & propè aridus occurrit, altero interim prorsus illæso. Præterquam quòd ipse in nonnullis diuisionem inter vtrunque neruum obseruaui; & Vesalius eos se in viro diremptos vidisse testatur, qui dum in viuis ageret, notus ipsi erat, nec ideo tamen, gemina ipsius oculis visa obuersabantur. Horum igitur neruorum vterque à suo festinans latere[e] per primum cuneiformis ossis foramen prosilit, ad internum scilicet radicis oculi orbitæ latus; & in posterioris oculi sedis[f] centrum ad amussim insertus, nec alterutram in partem (vti Vesalius, aut rem oscitanter inquirens, aut cæterorum animantium oculis delusus prodidit) deflectens,[g] in mẽbranam reti similem vterque abit, quæ[h] humoris vitrei medietatem ferè vniuersam posteriùs contegit, estque cerebri substantiæ nonnihil similis, seu veriùs reti, vnde eam nonnulli haud membranæ, sed retis nomine dignati sunt. Sicque præsentes nerui citra vllam ramorum propagationem desinunt, visorios spiritus, ductuum instar, in oculos, radios verò siue rerum species, seu imagines, in cerebri vẽtriculos deferentes, vbi de visis dijudicamus; vnde illos nonnulli peruios esse prodiderunt, hincque πόρους ὀπτικοὺς, hoc est visorios canales, siue foramina nuncuparunt. Mihi tamen, vti dixi, nullus in ipsis hactenus, sensibilis meatus occurrit, neque exiguus, neque grandis.[i] Secunda neruorum coniugatio, paulò posteriùs quàm prima, ex cerebri basis lateribus ortum desumit, longè illa tenuior, sed durior, idque haud citra graue mysterium; quòd per[k] musculos oculorum, & superioris palpebræ motores digeratur, ex cranio per[l] secundum cuneiformis ossis foramen, comite vena, & arteria emergens.

Primi paris exortus.

Visorij nerui haud sese decussatim intersecãt.

Visorij nerui insertio.

Secundum neruorum par.

e ead. f li.v. t.iii. fi. i.D. fi.xiii.K g ead. fi.xiii. h ead. fi.viii. a. i fi.i.ii.K. lib. v.fi. xiiii.xv. G. k lib.ii. t.xv. fig.xxi.xxii. xxiii. l i.t.v.fi.i. G.

De tertio, & quarto cerebri neruorum pari. Cap. 4.

a fi.i.ii.M.li. v.fi.xiii.I. b ead.L.H. c fi.i.D. d fi.i.ii.K. e li.i. t.v. fi.i. G. f fi.ii.N.li.ii. t.iiii.fi.i.t. g lib.i.ta.iiii. fi.i.T. h li.ii.t.i.A. i fi.ii.O. k li.i. ta. iiii. fi.i.e.

TErtia coniugatio duplici radice oritur,[a] altera quidem tenuiore, sed duriore.[b] Crassior radix è cerebri lateribus enascitur, paulò à reliquis duabus posteriùs. Tenuior posteriùs à crassiore ortum habet, ad[c] primam spinalis medullæ originem; & recta in priora per cerebri basim contendit, ac duram perforans menyngem,[d] secundo pari adiungitur, & vnà cum eo per[e] foramẽ exilit, quod secundo pari egressum prębere diximus. Et protinus quatuor in partes finditur; quarũ[f] prima in adipẽ digeritur oculi musculis obductum; tũ per ea frõtis ossis[g] foramina, quæ in superciliis haberi monuimus, educitur, ac in frõtis[h] musculos distribuitur.[i] Secũda deorsũ fert, & [k]per quarti superioris maxillę ossis foramẽ excidit, quod in malę sũmitate visitur, statimque

Tenuissimi huius ceparis rami diuisio.

statimq; multiplici dissecta propagine, in [l] musculos superius labrũ mouentes, ac in ipsummet labrũ,& in anteriorum deniq; dentiũ gingiuas exhauritur. [m] Tertius ramus per commune quarti, & quinti ossis maxillæ superioris [n] foramen transmittitur, quod paulò infra interiorem oculi angulum conspicitur; & narium cauitatem subit, in membranam carnosam narium interiora succingentem sese diffundens. [o] Quartus crassitie cęteris inferior per eam scissuram egreditur, quæ inter primum superioris maxillæ os, & cuneiforme, ad externum sedis oculi latus habetur,& in internam temporalis musculi sedem absumitur. [p] Crassior tertij paris radix, paulò anteriùs originem nanciscitur, at ex cerebri pariter lateribus, perque [q] septimum, & octauum cuneiformis ossis foramen emergit, [r] ramum ilico diffundens,qui vitis,aut cucurbitę capreolorum instar in orbes conuoluitur, durior sensim euadens, donec duabus quinti paris [s] propaginibus coniungatur; quibus commixtus in temporalem musculum, in molitorem, ceterosque omnes faciei musculos, & in ipsius cutem digeritur. Vbi hunc exprompsit ramũ, deorsum nonnihil magis fertur, [t] surculumq; alium in dentium gingiuas effundit. Dein priusquam ad linguam pertingat, [u] ramũ posteriori ex parte germinat,qui [x] musculum in ore delitescentem permeat,& [y] foramen subit, quod inferior maxilla interna sui parte, iuxta summitatem gerit; dein antrorsum procedens singulis sui laleris dentibus riuulum impertit, donec per [z] foramina, quæ ad summitatis menti latera conspiciuntur excidat, in inferius quoque labrum sese diffundens. [a] Quod reliquum est crassioris huiusce rami, linguę radicẽ adit,& tunicam,qua lingua conuestitur, efformat,aptum saporibus dignoscendis instrumentum; propagines nonnullas in linguę substantiam dispensans. Atque is est tertij paris neruorum propagationis terminus, ac meta. [b] Quartum par paulò quàm tertium posteriùs enascitur, ipso & tenuius, & durius; sed antrorsum modicè concedens, tenuiori tertij paris ramo commiscetur, ac simul ambo per dictũ [c] foramen in palatum elabuntur, [d] tunicam ipsi obductam constituentes. Vnde ex hoc pari atque ex tenui tertij paris ramo, par vnum consurgere veriùs dicere possemus, cùm ambo gustatui deseruiant, ortuque ac distributione magis iungantur.

Crassior huiusce paris rad x.

Quarta coniugatio.

l li.ii.t.i.HP. m fig.ii.P. n lib.i.t.a.iiii. fi.i.5. o fi.ii.Q. p fi.i.ii.M. q li.i.t.v.fi. Q. r fi.i.ii.R. s fi.i.ii.b,c. t fi.ii.S. u fi.ii.T. x li.ii.t.vi. y li.i.t.iiii. viii.F. z ead.fig.vi G. a fi.ii.YY. b fi.i.ii.Z. c li.i.t.v.fi. Q. d fig.ii.& inferius.

De quinto cerebri neruorum pari. Cap. 5.

QVintum [a] par, [b] quarto nonnihil crassius, [c] ex media sede illius medullę partis, quę inter cerebrum,& colli vertebras interiacet, multis propaginibus exoritur, quę ilico inter se rursus coalescunt. Sicque per [d] secundum ossium temporalium foramen, testudinem referens, ad aurium cauitatem fertur, vbi in complures finditur surculos, qui membranę in modum, per auris cauitatem expanduntur, auditus organi non infimam partem constituentes. Pręter hos verò surculos, duos alios priuatim educit; quorum [e] alter per [f] quartum,ipsumque transuersum istius ossis foramẽ, [g] venulam quoque in auditus organum excurrentem admittens deducitur,& paulò post egressum tertij paris [h] ramo adnectitur, quem capreoli vitis modo in orbes agi retulimus. Alter per tertium istius ossis [i] foramen impensè angustum tortuosumque prosilit,& per [k] musculum transuersim fertur, qui in ore latitans,inferiorem mouet maxillam, molitor appellatus; vbi verò in anterius musculi huius latus pertingit, prædicto tertij paris ramo adiungitur, in genarum musculos, & cutem ipsos contegentem exhauriendus. Sicque nerui huius propagatio vniuersa terminatur. Porrò iuxta paris hnius radicem, interiùs paulum, [l] alia exoritur radix, hac longè gracilior tenuiorque; quę sub cerebri basi in priora contendens, duram menyngem peruadit, & [m] per quintum cuneiformis ossis foramen egreditur, inque [n] musculum diffunditur in ore delitescentem, nec non per temporalem musculum, ad quẽ quinque neruorum rami pertingunt; primus è graciliori tertij paris radice, secundus à crassiori eiusdem, tertius & quartus ab insigniori quinti paris radice, quintus è tenuiori: quod sanè ad maius musculi huius robur effectum est, quemadmodum suo loco dicemus.

Quinta coniugatio.

Alia neruorum coniugatio iuxta quintã exorta.

a t.i. fig.i. aa.li.v.fi.i. M.fi.xiiii. b fi.i.ii. Z. c fi.i.ii.a. d li.i. t.v.fi a. e t.i.fi.i.ii.b f li.i. t.iiii. vi. V. g li.vi.t.iii. ii.n. h fi.ii.R. i li.i.t.v.fi. x li.ii.t.iiii. l fi.i.ii.d.li fi.xiiii.L. m li.i.t.v.fi S. n li.ii.t.vi

Sexta

Sexta neruorum cerebri coniugatio. Cap. 6.

SExtum neruorum par, paulò inferiùs quàm quintum, suam desumit [a] originem, oriturq; cõpluribus a se inuicem diremptis surculis, qui mox coalescentes vnum constituunt neruum, qui vnà cum [b] minori soporalis arteriæ, maioriq; arteriæ iugularis externæ ramo, per foramen erumpit, occipitis, temporum, & cuneum referenti osi commune. Mox verò ab egressu [c] propaginem, in musculos ceruicis posteriora occupantes, præsertimq; in [d] secundũ scapulæ motorem diffundit. Postmodum [e] septimo pari, & [f] soporali arteriæ membranarum quarundam beneficio adhærens, ad laryngis vsque latera se proripit, [g] vbi portionis septimi paris accesione adaugetur, moxq; laryngis musculis [h] surculos transuersim exporrigit. Hinc per laryngis latera, [i] soporali arteria, & vena iugulari interna comitatus, in thoracem elabitur, vbi protinus [k] exilẽ ramum in demisius internumq; primæ costæ latus deriuat, qui sub membrana costas succingente secundum costarum radices prorepit, surculos quosdam à [l] neruis ex dorso in costarum interualla excurrentibus assumens; quum primùm verò ramus is diaphragma superauit, in nutritionis organa, vti audies, dispensatur. Præter ramum hunc, [m] aliæ quoque à sexto pari, paulò infra hunc, propagines emittuntur in [n] septimum caput mouentium musculum, qui à pectoris osse, & clauicula eductus in mamillarem processum desinit; deinde & in [o] musculum ossis hyoidis motorem, & in [p] illum denique, qui hinc enascens, in primam laryngis cartilaginem iter habet. His peractis sextum hoc neruorum par, thoracis cauitatem ingreditur; ac inter venas arteriasque iugulares irrepens, dextri lateris [q] neruus ab interiore sui latere nunc tres, nunc duos emittit ramos, qui sibi inuicem succedentes, neruos quosdam constituunt, qui sese ad [r] arteriam brachium petẽtem reuoluunt, & vnà coeuntes, [s] vnum efformant neruum, qui dextro asperæ arteriæ lateri, membranæ interuentu adhærẽs, sursum recurrit; & ad dextrum laryngis latus festinat, [t] glandulæ incumbens, quæ dextri lateris radici apposita est. Glandulam vbi superauit, in plures ilico partitur soboles, quæ in sui lateris musculos exhauriuntur. Sinistri lateris neruus iam thoracis cauitatem ingressus, rectà cor versus tantisper illabitur, dum extra cordis membranas ad [u] magnæ arteriæ truncum pertingat, quem deorsum ferri tradidimus; ibiq; [x] tres denuo educit surculos, qui ad prædictam arteriam reuoluti, in vnum congrediuntur, [y] sinistrumque recurrentem neruum constituunt, qui sinistro asperæ arteriæ lateri, membranæ interuentu adhærescens, sursum perinde, ac dexter effertur, & idem iter conficiens, in laryngis pariter musculos suæ regionis absumitur. Partes horum neruorum sunt hæ, vt musculis occludendæ laryngi opem ferentibus vim elargiantur, & consequenter vocem efforment: absque illis etenim, loquentes minimè intelligeremus, vti nec fistula, cùm abest lingula, sonitum edit perceptibilem. Id te viuens canis edocebit, si horum neruorum alterum, deinde ambos, ipsi aut resecueris, aut alligaueris: altero enim resecto, dimidia ilicò vox intercipitur, ambobus verò dissectis, latratus ipsi vsquequaque adimitur. Sextum par vbi neruos hosce sursum recurrẽtes, ideoque recursiuos latinis dictos exprompsit, ad cordis basim pertingit, [z] & mediocris amplitudinis ramos in pulmonis tunicam, & [a] membraneum cordis inuolucrũ deriuat. Præterea ex ramis à sinistro sexti paris neruo depromptis [b] surculus emanat, in cordis capsulam, vbi hęc sinistro venæ arterialis lateri adnectitur, distributus, vsq; adeo exilis, vt nisi accurata manus dissectionem administret, facilè abrumpatur. Surculus hic [c] venæ arteriali adhærens progreditur, ad læuum ipsius latus, nonnihil retrorsum exporrectus, dum ad cordis basim perueniat, vbi gracillimis dispertitus propaginibus in hãc absumitur partem. [d] Quod reliquum est huiusce neruorum paris, qđ in nutritionis organa distribui diximus, diaphragma permeãs, deorsum fertur, dexter quidẽ neruus ad dextrũ ventriculi latus, sinister verò ad sinistrũ, mẽbranæ interuentu laxè ipsi nõnihil affirmati. Atq; ibi in binos singuli ramos partiuntur, [e] obliquè secũdum ventriculũ tam ad os, quàm ad posteriorem, anterioremq; ipsius partẽ conuolutos, ita vt, dextri lateris rami sinistram sedem, sinistri verò dexterã attingant.

a fi.i.ii.e.l.v. fi.ix.N.
b li.vi.ta.iii. fi.ii.I,C.
c fi.ii.f.
d li.ii.t.ix.r.
e fi.ii.v.
f li.vi.t.v.fi. x.l,v.
g fi.ii.o.
h ead.g.
i li.v.t.v.fi.x.
k fi.ii.h.
l t.ii.x,x.
m fi.ii.KK.
n l.ii.t.iiii.o.
o ead.S.
p l.ii.t.v.P.
q t.i.fi.iii.P. fi.ii.l.
r ead.E.li.vi. t.iiii.y.
s ta.i.fi.ii.m. fi.iii.QQ.
t fi.i.M.
u ead.B.
x R.fi.ii o.
y S,S.fi.ii.p.
z fi.ii.q.
a ead.r.
b li.iiii.fi.vi. h.
c ead.l.
d fi.ii.S.l.iii. fi.xiii.xiiii. T,V.
e fi.ii.t.

Neruus dexter recurrens.

Sinister.

Recurrentium neruorũ vsus.

Horum neruorum rami pectus adeuntes.

Qui coctionis organa petunt.

gant. A duobus verò ramis dextrum oris ventriculi latus amplexātibus,[f] propago de- f ead.u.
promitur, quæ per ventriculi exteriora, secundum latitudinem ipsius vniuersam, ad
fundum illabitur, surculos quosdam in via tam in anteriorem, quàm posteriorem
ventriculi sedem dispergens. In fundum vbi ramus appulit, [g] venæ portæ innitens, g ead.x.li.iii. fi.xi.T.
ad iecoris caua procurrit, in ipsius membranam absumendus. [h] Dexter sexti huius h fi.ii.h.
paris ramus, quem ante recurrentium neruorum principia, [i] secundum costarum ra i ead.i.
dices exporrigi, & neruis è dorso prodeuntibus copulatum, intercostalibus musculis
offerri commemorauimus. vbi diaphragma magnæ innixus arteriæ superauit, ac trāf-
uersim per iecoris caua deductus est, tres emittit ramos. Quorum [k] primus [l] interiorē K ead.y.
adit omenti tunicam, & per eam deorsum protensus, in aliquot propagines diffundi- l li.iii. fi.iii. iiii.
tur; quarum vnam dextro huius membranæ lateri, & colo intestino, quà huic mem-
branæ committitur, exporrigit; alteram duodeno intestino, ac ieiuni initio commu-
nicat, [m] vsque adeo exilem, vt oculos interdum effugiat; atque [n] aliam deniq; longè m fi.ii.z.
ampliorem exteriori omenti tunicæ offert; quæ in dextram fundi ventriculi sedem n ead.α.
pertingens, soboles aliquot tum ventriculo, tum omento elargitur. [o] Quod rami o ead.β.
huius reliquum est, in iecoris caua, & fellis vesiculam exhauritur. [p] Secundus ramus p t.i.fi.ii.*.
in dextrum renem & pinguem ipsius [q] membranam digeritur. [r] Tertius in dextrum q ead.γ.
mesenterij latus, & in adhærentia ipsi intestina dispergitur. [s] Quod huiusce rami su- r li.iii.fi.xix. T.
perest, in vesicam, & in mulieribus in dextram fundi vteri partem distribuitur, quā- s fi.ii.δ.
uis vesica, & vterus alios sibi à dorsi medulla neruos asciscant. Sinister ramus istius
compar, eisdem ferè ac dexter propaginibus dispertitur. In primis enim [t] ramum, & t ead.ζ.
ipse in internam omenti tunicam deriuat, qui transuersim in lienem porrigitur, & [u] u ead.θ,ι.
duos in progressu surculos diffundit, in humiliorem omenti membranam, & in eam
intestini coli partem, quæ hic omento attenditur, dispersos. Deinde [x] aliam crassio- x ead.ρ.
rem educit sobolem, quæ in sinistram fundi ventriculi sedem iter habens, in ipsum
exterioremq; omenti tunicam, cui multos exporrigit surculos, disseminatur. [y] De- y ead.λ.
inceps, ex ramis lienē subeuntibus [z] surculi alij admodum exiles in læuum ventricu z l.iii.fi.xiiii. g.g.
li latus emergūt, venis arterijsque comitati, quas huc à liene reflecti scripsimus. [a] Se- a fi.ii.κ.
cundus ramus in mesenterium, & sui lateris intestina diuaricatur. [b] Tetirus renem si- b ead.λ.
nistrum, vesicam, atque vterum adit; atque hunc sexti paris propagatio finem habet,
quamuis interdum à mesenterij propaginibus, surculos aliquot ad testes deferri ob-
seruatum sit.

De septima neruorum cerebri coniugatione. Cap. 7.

QVemadmodum [a] septimum neruorum cerebri par cęteris omnibus duritiæ an- a t.i, fi.i.ii.v. li.v.fig.ix. xiiii.o.
tecellit, sic [b] quoq; ex duriori parte, spinali scilicet medulla, priusquam è cranio
excidat, pluribus inuicem diremptis principijs enascitur, hincq; paululum in anterio- b ead.E.
ra procurrit, & ex omnibus inuicem coeuntibus, neruus consurgit, [c] cui secundū oc- c li.i. t.vi. fi. i.d.
cipitis ossis foramen egressum largitur. Simulatq; verò egressus est, sexto pari copula-
tur, [d] surculos aliquot in [e] musculos deriuans, ex processu stylum imitanti eductos; d fi.ii.ξ.
ac dein in linguæ radicem se proripit, vbi [f] multiplici sobole diffectus, in linguæ, of- e li.ii. ta.iiii. Q.t.v. H, I.
sisq; hyodis, & laryngis musculos exhauritur. Pręter hosce ramos, alium insuper iux- f fi.ii.π.
ta linguæ radicem expromit, cuius accessione sexti paris [g] ramulus adaugetur. g ead.ι.

De spinæ Medulla & neruis ab ea prodeuntibus. Cap. 8.

SPinæ [a] medulla tenui, ac dura membrana perinde, ac cerebrum conuestitur, cui per a t.i.fi.iiii.
quàm similis in substantia est, imò reuera nihil est aliud, quam cerebri pars, siue
processus quidam, vt [b] quinto libro docuimus, quamuis pulsationem vt ipsum non b cap.2.
habeat; vnde duram membranam obtinuit, secus quàm cerebrum, à se minimè di-
Spinalis medulla quo a cæterorum ossium medulla differat. uulsam. Insuper neruosam duramque membranam priuatim sortitur prædictis
circumductam, in idque effectam, ne dum spina inflectitur, flexa quoque me-
dulla disrumpatur, quæ à cæterorum ossium medulla plurimùm discrepat, hu-
midiore

midiore, scilicet & vnctuosa magis, atque idoneo propterea ossibus nutrimento; cum ex spinæ medulla ossa nequaquam enutriantur, quę in id duntaxat effecta est, vt ex ipsa nerui enascerentur, quos cerebrum expromere non poterat. Medulla hæc deorsum per vertebrarum cauitatem illabitur; & in descensu ad thoracis vsque medium tenerior est, & indiuisa, [c] neruosq; geniculatim diffundit; [d] infra eam verò sedem ramis plurimis fruticatur, perinde ac si quis chordulas quamplurimas simul iunctas, tèla extrinsecùs obuinciret; ac postmodum [e] per singula vertebrarum foramina, vnum ex ramulis illis emittere videtur, quousque, (vbi ad finem deuentum est) vnus superfit, medullæ fini respondens. Ex hac medulla nerui octo & quinquaginta, siue sexaginta proferuntur, vtrinque scilicet octo & viginti, siue triginta, [f] è ceruice nimirum septem, [g] à scapulis duodecim, [h] à lumbis quinque, sex [i] ab osse sacro; etsi nonnunquam inferiores quinque sacri ossis nerui gemini sunt, vbi scilicet os id sex efformatur vertebris; tunc enim per exteriora, interioraque foramina nerui prosiliunt. [k] Postrema medullæ pars, quæ ab esse sacro procidit, & coccygem ingreditur, neruus nequaquam est, vti nec ab ea prodeuntes surculi, hoc nomine dignandi sunt.

c t.i.fi.iiii. d ead.à C.ad H. e li.i.t.vi.fi.i. Q. f t.i.fi.iiii.ab A.ad B. g ead.à B.ad C. h ab E. ad F. i ab F. ad G. k ead.h.

Quibus in partibus spinæ medulla ex pluribus veluti filamentis extructa videatur.

Quot neruorum paria è spinæ medulla prodeant.

De Neruis e ceruice prodeuntibus. Cap. 9.

PRimam ceruicis vertebram occipitis ossi, & secundæ eiusdem ceruicis vertebræ ita committi, vt laterales ipsarum processus adhæreant, iam proditum antea est. Hanc ob causam primi & secundi ceruicis neruorum paris non idem est, qui aliorum exortus, sed gemino constat principio, (quemadmodum de illis, quæ ab osse sacro prodeunt, retulimus) quorum alterum [b] per anteriorem corporis vertebræ sedem. [c] alterum per posteriorem egreditur. Primum per foramē primæ ceruicis vertebrę, & occipitis ossis commune, iuxta posteriorem tuberculorum huic vertebræ commissorum partem emergit, & in [d] quartum quintumque caput mouētium musculorū par distribuitur. Ab hac verò posteriori huiusce paris propagine [e] surculus in [f] musculū expromitur scapulæ motus autorem. [g] Secundum principiū, præ tenuitate, plerunq; inconspicuum, ab anteriori spinalis medullæ parte, inter occipitis os, & primam ceruicis vertebram excidit, iuxta [h] teretis illius ligamenti latera, quo dentiformē secundæ vertebrę processum occipitis ossi colligari diximus; atq; [i] in primum dorsum mouentium musculorum par exhauritur. Secunda coniugatio binas, & ipsa exortus sui propagines nacta est, quarum [k] posterior, [l] anteriori crassior, (quanquam & ipsa gracilis visitur) per latera posterioris secūdæ vertebræ [m] processus educitur, & in [n] duos protinus dispariles ramos finditur. Quorum [o] amplior à prioribus ad posteriora versus mutuum vtriusque lateris musculorum ceruicis posteriora occupantium cōgressum properat; ibique tertij paruis neruorum ceruicis ramo [p] adauctus, ex dictorum musculorum medio emergit, & rursus in priora commeans, caput conscendit, vbi [q] multiplici propagine dissectus in vniuersam capitis cutem absumitur. Tenuuior [r] ramus in capita tertij & quinti musculorum caput mouentium paris digeritur. [s] Anterior secundi huius paris propago ab anteriori dorsalis medullæ sede originem desumit, proditque inter secundam & primam vertebram ad latus radicis secundę vertebræ processus dentem æmulantis, in [t] primum musculorum par ex hausta, qui dorsi motuum opifices existunt. [u] Tertium neruorum par ex foramine inter secundam & tertiam vertebram hiante profertur, statim ab egressu in duos discissum ramos. Quorum [x] posterior retrorsum flectitur, ac inter [y] septimum, & octauum dorsum mouentes musculos; ac dein inter [z] secundum caput mouentium par occultatus, in posteriorem secundæ ceruicis vertebræ processum festinat; atque hinc ad ceruicis latera exporrigitur, lato tenuique [a] musculo inuectus quem ad genæ, atque inferioris quodammodo maxillæ motus opem ferre tradidimus. [b] Anterior ramus in quatuor agitur surculos. Quorum [c] primus in primum & secundum dorsi motores musculos dispergitur, ac deorsum properans, quarti paris neruorum propagini, in dictos absumptæ musculos applicatur. Tertius [d] sursum irrepit, &

a l.i.cap.x.a. b t.ii.H. c ead.F. d li.ii.t.xiiii. F,G,H,I. e t.ii.iiii.G. f li.ii.ta.xiii. Q. g fi.ii.H. h l.ii.t.xv.fi. xxvii.I. i l.ii.t.viii.A, B. K t.iiii.I. l t.ii.N. m li.i.t.v.fi. vii.B. n ta.iiii.iuxta I. o ead.K. p t.ii.S. q t.ii.iiii. M, M. r ta.iiii.super I. s ead.N. t li.ii.t.viii. A,B. u t.ii.Z. x t.ii.iiii.O. y l.ii.t.xiiii.o. z t.xiii.A. a t.i.r. b t.ii.P. c ead.Q. d t.ii.S.

Primi paris neruorum ceruicis distributio.

Secundi.

Tertij.

posteriori secundi paris neruorum ramo in capitis cutem & musculos ipsius mo- tores excurrenti sese applicans, [e] quarto commiscetur surculo; atque ambo [f] in musculos effunduntur, qui ex transuersis vertebrarum processibus enati, ceruicem in latera mouent, & [g] in eum, qui ex eisdemmet eductus processibus, scapulam sursum adducit. [h] Quarta neruorum coniugatio per foramen inter tertiam & quartam vertebram interiectum emergit, in duos quoque ramos discissa. Quorum [i] posterior versus posteriorem tertiæ ceruicis vertebræ processum, inter musculos occultatus, eisque ramulos in transitu porrigens contendit; indeque inter musculos vtriusque ceruicis lateris deorsum tendit, in latum tenuemq; musculum dispersus, quem malæ, atque inferiori maxillæ mouendæ opitulari diximus. [k] Anterior ramus, in tres partitur surculos; [l] vnũ quidem cui [m] alter tertij paris ramulus coniungitur, quiq; in musculos gulæ substratos, ac ceruicẽ flectentes digeritur: [n] alterum verò surculum in musculos spargit, vertebrarum ceruicis lateribus instratos, quorum impulsu ceruix in latera detorquetur, & in eum, qui à transuersis colli vertebrarum processibus eductus, scapulam attolit. [o] Tertius prædictis longè tenuior, deorsum tantisper irrepit, dum quinti paris [p] ramo, diaphragmatis [q] neruum, vti dicemus, constituenti applicetur. [r] Quinta cõiugatio per foramen quartæ & quintæ vertebrę prodiens, in duos ramos, quemadmodum & quarta scinditur. [s] Quorũ posterior ad colli vertebrarum spinam retorquetur, nec diuersimodè à posteriori quartæ coniugationis ramo disseminatur. [t] Anterior [u] surculum protinus de se in musculos ceruicem flectentes emittit, ac dein [x] alium depromit, cui [y] quarti paris ramus, alius item sexti, interdũ verò etiã septimi ramus attexitur, (cùm scilicet quarti ramus deest) quibus adauctus tantisper procurrit, dum se in mediũ [z] diaphragmatis inserat, longè latèq; in ipsum diffusus. Hìc summi rerũ opificis industriam non possum non magnoperè admirari, qui, cùm nerui omnes in musculos per ipsorum initia immittantur, ad septũ verò, quòd principiũ, vti secundo libro diximus, in medio habeat, neruus vllus à thoracis vertebris, licet ipsi proximioribus, emitti non posset; fecit, vt duo rami, ex quinto ceruicis neruorũ pari per mediã thoracis cauitatem deducerentur, & singuli à suo latere, intersepientibus thoracem membranis suffulti, tutiore progressu, in diaphragmatis principiũ insertionem molirentur. [a] Anterior quintæ huius coniugationis ramus, longè prædicto crassior, [b] surculos aliquot in [c] musculos scapulam attollentes deriuat; ac [d] vnus in primis ab externa rami huius regione depromitur, qui forás emergit in multas dissectus propagines, cutem qua musculus brachium attollens contegitur, implicantes. Reliquum verò ipsius, sub dicto musculo delitescens, protinus vt ad scapulæ ceruicem pertingit, in duos dispariles ramos diffinditur; quorũ [e] anterior idemq; tenuior, sub summi humeri ad clauiculã [f] connexu exporrigitur, & ramum in musculi brachium attollentis partem effundit, quæ à clauicula, & summo humero principium sumit, nullam interim propaginem cuti offerens, præter vnam impensè tenuem, quæ humerariæ [g] venæ aliquousq; comes accedit. [h] Posterior verò eius quinti huius paris, portionis, quam inter musculos latitantem deorsum ferri diximus, ramus, qui anteriori crassior est, postquam propaginem in [i] musculum exprompsit, qui à scapula ortus, in os hyoides desinit, per [l] sinum, quem semicirculi instar in elatiore scapulæ costa exculpi proditum est, vena atque arteria comitatus deducitur. Moxq; propaginem [m] musculo impertit sinum occupanti, qui inter scapulæ spinam, & elatiorem ipsius costam exculpitur, insuper & musculi brachiũ attollentis parti, à summo humero, & à clauicula pronatæ. Porrò ramus hic haud in præsentem musculum totus dissoluitur, sed [n] surculum in cutem externæ brachij sedi obductam exprompit, qui [o] per exteriorem insertionis partem transmittitur musculi brachium attollentis. Haud secus quoq; à succedentibus neruis brachium adeuntibus [p] surculi aliquot in musculos scapulæ motores emergunt, qui penitiùs semper in eos adiguntur. [q] Sexta cõiugatio sub quinta ceruicis vertebra excidit, [r] posteriorẽ ramũ, quẽadmodũ & cęteræ cõniugationes, in musculos deriuãs, capitis & colli motuũ opifices, & in [s] aliquos itẽ ex thoracis motoribus, quãuis hi neruos à septimo ceruicis neruorũ pari & ex primo thoracis potißimũ mutuentur. [t] Anterior sextæ huius cõiugationis portio,

Quarti. (margin)

Quinti. (margin)

Diaphragmatis neruus. (margin)

Anterior quinti paris ramus. (margin)

Posterior. (margin)

Sexti paris distributio. (margin)

Marginal references:
e ta.ii.iii.T.
f l.ii.t.viii.C t.xiii.H
g ta xiii.Q.
h t.ii.4
i t.ii.iii.V
k ead.X.
l ta.ii. Y.
m ead. r.
n ta.ii.a.
o ead. b.
p ead. e.
q t.ii.iii.n
r t.ii.s.
s t.iii.e.
t t.ii.iii.d.
u t.ii.a d. ad G.
x t.ii.e.
y tab.ii.u.fit ex b.e.m.
z li.ii.t.iiii. Δ.Z.
a t.ii.iii.t.
b t.iii.r.r.
c t.ix.r.
d t.ii.iii.g
e ead.h.
f li.i.t.i.a.
g li.vi.ta ii. a,a.
h t.ii.iii.i.
i t.v.R.S.
l lib.i.t.vi.fi. iiii.a.
m li.ii.t.xii. H.H
n t.ii.iii.æ
o lia.ii.ta.x. transit inter P,& d.
p ta.ii.iii.t.t. a.a.
q t.ii.b,
r t.iii.x.
s li.ii.t.xi.F.
t t.ii.I.

u ta.ii.l cum e & b ad cōstituendam n. portio, postquā [u] ramū eduxit, quē quinti & quartis paris propaginibus, diaphragmatis neruū efformantibus, cōmitti diximus, duobus quæ sequuntur paribus coalescit, quibuscū subinde [x] coit absceditque, in eum sanè modū, quo episcopalium galeorū
x t.ii.iii.q. funiculi à pictoribus delineari solent; & vnà cum ipsis neruos cōstituit, in brachium
y t.iii.p. excurrentes. Priuatim verò sexta hæc coniugatio [y] ramulum ad scapulæ cauum deor
z t.ii.7. sum profundit, & surculos aliquot musculis scapulam attollentibus impertit. [z] Septima coniugatio per commune sextæ, ac septimæ ceruicis vertebræ foramen emergens sibi proximis, vti diximus, implicatur & maxima ex parte in brachiū porrigitur; imò ex quinto, sexto, & septimo ceruicis, & ex primo ac secundo thoracis neruorum paribus, omnes in brachiū excurrentes nerui dependent, vt priuato capite docebimus. Id nunc intellexisse sufficiat, ex quinto hoc pari ramum nonnunquā expromi, qui sur-
a t.iii.r. culis diaphragmatis neruū constituentibus applicetur; vt plurimùm verò [a] ramū retrorsū effundit, qui præter surculos, quos musculis ceruicis posteriora occupantibus
b t.i.r. elargitur, [b] nonnullos etiā in latū tenuemq; musculū exerit, genarū motui suppetias ferentē, cui nerui omnes (primum duntaxat excipio) è ceruice prodeuntes, surculos aliquot communicant, qui omnes secundum musculi longitudinem exporriguntur.

Septimi paris distributio.

De Neruis è thoracis vertebris prodeuntibus. Cap. 10.

a t.ii.8. Prima [a] neruorum coniugatio è thoracis educta vertebris, per foramina inter septimam ceruicis, & primam thoracis vertebram occurrentia, instar quinque postremorum ceruicis parium excidit; Vterque igitur huiusce paris ramus, in duos ilicò
b t.iii.u. ramos dirimitur, [b] quorum prior, idemq; tenuior versus posteriores dictarum vertebrarum processus cōtendit, inter musculos posteriori ceruicis parti adnatos latitans,
c tab.viii.C. t.xiiii.N. & surculos aliquot eo tractu in [c] musculū deriuans, qui à prima costa enatus, in transuersos ceruicis processus inseritur, ceruiceq; in latus, quamuis in anteriora nonnihil, detorquet; ac in duos insuper alios, qui caput atque ceruicem retrorsum agunt. Reliquum ipsius, quod in septimæ ceruicis vertebræ spinam pertingit, obliquo ductu,
d t.ix.r.A. extrorsum paulisper excurrit, & à spina rursus abscedēs, in [d] secundum & [e] quartū
e t.x.r. scapulam mouentes musculos, ac denique in [f] tertium propagines aliquot de se pro-
f t.xi.F. fundit. Anterior ramus, qui posteriorem septimi paris ramum, non parum magnitudine superat, partim septimo ceruicis, partim secundo thoracis neruo, in eum quem
g t.ii.iii.x. diximus modum [g] copulatur, totusq; in brachium exhauritur; si vnicam exceperis
h t.ii.y. [h] propaginem, quæ ad ipsius principium enata, prædictis commiscetur, & in priora, secundum primæ costæ longitudinem adusque pectoris os concedit, surculos in via
i t.iiii.d. [i] musculo exporrigens, qui à clauicula eductus in primam costam inseritur. Præterea
k t.iii.F. rami huius caput sursum reflexum, in [k] septimum musculum capitis motuum opifi-
l ta.iiii.S.T. t.v.p. cem dissoluitur; & [l] in duos insuper alios, qui ex eodem pectoris osse producti, alter quidem in hyodes os, alter verò in scutiformem laryngis cartilaginem inseruntur,
m tab.i.fi.ii. K,K. licet in hos interdum musculos, [m] rami aliquot è sexto cerebri neruorum, ac tertio thoracis pari emittantur. Quod reliquum est præsentis coniugationis, in brachium
n t.iii.aa. vti dicemus, exhauritur, & in progressu vbi ex ala excesit, [n] surculos quosdam ex po
o t.ii.5. steriore sui regione in musculos scapulæ interiora occupātes deriuat. [o] Secunda coniugatio inter primam & secundam thoracis vertebram emergit, & perinde ac prima
p t.iii.β. [p] ramum retrorsum proijcit, cuius eadem est quæ illius distributio. Postmodum non minimam sui partem primæ coniugationi porrigit; adeo vt quintum, sextum, & septimum ceruicis, & primum ac secundum thoracis neruorum paria ita inuicē commisceantur, vt nerui alij ab alijs minimè internoscantur, & rete instar episcopalis galeri efforment, ex quo, vti dicemus, nerui omnes in brachia exhausti deducuntur.
q t.ii.Δ. [q] Reliquum ipsius inter primam & secundam costam adusque pectoris os exporri-
r ta.ii. à 10. ad 20. gitur, ramos eo tractu aliquos in proximos musculos effundens. [r] Reliquæ thoracis neruorum coniugationes, ad primam vsque lumborum vertebram, eundem ferè omnes in modum exoriuntur. Omnes quippe mox ab exortu, in duos partiuntur ramos; quorum alter tenuior retrorsum ad thoracis vertebrarum spinas de-

Primi paris neruorum thoracis propagatio.

Secundum par neruorum thoracis.

Vndecim neruorum thoracis parium distributio.

detorquetur, inter hosce latitans musculos, [s] quartum scilicet thoracis motorem, s t.xii.Δ.
& [t] sextum, [u] octauumque dorsi motuum auctores; inter [x] primum item & [y] secundum par musculorum caput mouentium, & [z] tertium [a] quartumque illorum par, t t.xiii.Γ. u t.xiiii.γ. x t.xii.Γ.
qui priuatim dorsi motibus præsunt. Etsi non solum in hosce musculos digeruntur, y t.xiiii.A,B, C,D,E,F.
verum etiam vbi ad spinarum apices pertingunt, inter vtriusque lateris musculos delabuntur; & se in musculos ab ipsis principium ducentes inserunt, in quorum numero (præter ex prædictis aliquot) sunt [b] quartus, & [c] secundus scapulam mouentes, [d] quintus thoracis motor, & [e] quartus brachij motus opifex. Ad hæc, exiles quædam propagines ab hisce ramis in cutem pullulant scapulis instratam iuxta ea, quæ perreptant loca, at minus interim frequentes quàm nerui thoracem, vel manus, aut collum adeuntes. z t.xiii.H. a t.xiiii.Θ. b t.x.Γ. c t.ix.Δ. d t.xi.Δ. e t.x.Θ.
Anterior præsentium neruorum pars [f] surculos aliquot sexti paris neruorum cerebri [g] ramo exhibet, per costarum radices sub membrana ipsas succingente porrecto; ac postmodum per costarum interualla vnà cum [h] vena, & [i] arteria exporrigitur, eandem cum ipsis viam conficiens. Ab hisce ramis, in progressu multiplex [k] propago manat in circumiecto musculos, [l] secundum videlicet thoracis motorem, [m] secundum item brachij motus auctorem, [n] primum scapulam mouentium, [o] quartum brachij motibus præfectum, & [p] secundum abdominis musculum, recto in omnibus fibrarum ductu seruato. Surculos præterea quosdam in thoracis, atque abdominis cutem incerta serie dispergit; licet qui mammillas adeunt, multos [q] ramulos è quinto neruorũ thoracis pari, quartum costarum interuallũ petente, sibi priuatim asciscant; ac sensum propterea exquisitiorẽ obtinent. Aliæ præterea vndecimo, ac duodecimo pari adsunt propagines, quæ se in [r] sexti musculi femur mouentis principium inserunt, quem hic è vertebrarum lateribus proferri diximus. f t.ii.ω. g ta.ii.fi.ii.h. h lib.vi.ta.ii. GG. i lib.vi.ta.iii. KK. k t.ii.δδδ. l t.vii.L. m t.iii.Δ. n t.v.Γ. o t.x.Θ. p t.iii.Θ. q t.ii.ν. r t.viii.Θ.

Nerui mammas petentes.

Nerui è lumborum vertebris prodeuntes. Cap. 11.

QVi [a] è lumborum vertebris nerui emergunt, id cum alijs commune habent, vt ilicò post egressum è dorso, [b] ramũ in musculos dorso instratos retrorsum deriuent, [c] quartum scilicet thoracem mouentium, ac [d] vndecimum, & [e] decimum tertium dorsi motores. Ast horum neruorum rami, à spinarũ apicibus procidentes inter vtriusque lateris musculos, in cutem potissimùm, & [f] quartum brachij motorem musculum exhauriuntur. Anteriores autẽ rami, in abdominis musculos, & in quartum etiam brachij motus auctorẽ, inque ipsius cutem, nec non in [g] nonum dorsum mouentium, & in [h] sextum denique femoris motus opificem digerũtur. Quinetiam è secundo lumborum pari, [i] surculus priuatim pullulat, qui seminali sui lateris arteriæ, comes nonnunquam accedit, tunc scilicet, cùm sexti paris neruorum cerebri ramus intestina petens, nullam testi propaginem exporrigit. Insuper tria hæc priora neruorum paria, [k] surculos aliquot expromunt, qui sexti paris ramis, quos costarum radicibus hærentes descendere prodidimus, applicantur ipsos adaugentes; ex tribus autem postremis paribus, propagines aliæ in femur vti dicemus euadunt. a t.ii.iii. 20. 21. 22. 23. 24. b t.iii.52.53. c t.xii.Δ. d t.xiii.Γ. e t.x.iii. Γ. f t.x.Θ. g t.viii.Ξ. h ead.Θ. i t.ii. 49. 49. k ead. ad latera 20. 21. 22.

De Neruis ab osse sacro excidentibus. Cap. 12.

Quot neruorũ paria ab osse sacro prodeant.

AB osse sacro [a] quini vt plurimùm nerui, nonnunquam verò seni prodeunt. Quorum [b] prima coniugatio inter postremam lumborum & primam sacri ossis vertebram procidit, eundem prorsus in modum, quo cæteras à lumborum vertebris exilire diximus; nisi quòd ex eo qui retrorsum agitur ramo, [c] surculus priuatim erumpit in musculos ab ilium osse pronatos, præsertimque in [d] primum femur mouentium, riuulis quibusdam in cutem inguina cõtegentem deriuatis. Anterioris huiusce propaginis pars neruis crus petentibus admiscetur, [e] pars ossis coxendicis interiora perreptat, propagines aliquot abdominis musculis, & [f] septimo femoris motori communicans. [g] Inferiores quinque propagines peculiarem sibi vendicẽt nascendi modum, priusquam enim ex osse procidant, in duos partiuntur ramos; alterum tenuiorem per foramẽ quod exteriori ossis huius parti exculpi diximus, excidentem, a lib.i.t.vi.fi. ii. b t.ii.iiii. 25. c t.iii.54. d t.ix.ii. e t.ii.53. f t.viii.Λ. g vide primã & secũdam tabulam simul.

crasiorem alterum, cui interius foramen egressum præbet. Qui per exterius foramen
elabitur, in musculos coxendicis osis posteriora occupantes potisimùm digeritur;
h t.xiii.r. i t.xiiii.T. in [h] vndecimum scilicet, & [i] decimum tertium dorsi motores; in [k] quarti brachium
k t.ix.Θ. mouentis caput; in quartum thoracis motorem; in [l] quatuor priores femur mouen-
l ta.ix.Π.t.x. xi.Σ,Φ. tes; & in cutem denique partes has atque inguina contegentem. Anteriores ampli-
tudine istis excellunt, ac diuersam obtinent propagationis rationem; tres etenim
priores in crus, vti diximus, iter habent, duo verò postremi in ani musculos, in vte-
m t.ii.iii.56. ri ac vesicæ ceruicem, & in penem quoque concedunt. Atque is est [m] medullæ spi-
nalis terminus, velut in caudam actæ, quæ in coccygis os ingrediens in ipso desinit.
Sed iam ad neruos, in brachia, & crura excurrentes orationem rursus conuertere
operæprecium erit, ducto ab his qui ad brachia prorepunt exordio.

De Neruorum in brachia propagatione. Cap. 13.

a t.ii.iii.uu. 5.6.7. IAm diximus [a] quintum, sextum, & septimum neruorum ceruicis, & [b] primum, se-
b t.ii.8.9. cundumque thoracis paria, in retis seu chordulæ galeri episcopalis imaginem ita
inuicem commisceri, vt difficili negotio internoscantur. Ex huiusmodi neruorum
implexu propagines in brachium concedentes enascuntur, incerto prorsus omnium
c t.ii.π,π,ta. iiii.R. exortu. In his tamen referendis, ordini & ipse à cæteris obseruato insistam. [c] Primus
d t.ii.iii.i. itaque in brachium irrepens neruus ex [d] quini paris neruorum ceruicis ramo exori-
e t.x.e. tur; & in [e] musculi brachium attollentis sedem à scapula pronatam spargitur, per bra-
chij exteriora, adusque longitudinis ipsius medium properans, & carnosæ inuectus
membranæ, tum ipse, tum reliqui omnes cutem adeuntes, surculos ipsi nonnullos
inter adipem exporrigunt, filamentorum instar tenues, incerta prorsus distributio-
nis serie. Reliqui omnes brachium petentes nerui, per axillam feruntur, in plurimos, *Secundi nerui brachium petentis distributio.*
f t.ii.iii.ρσ. eosque prægrandes dispertiti ramos. [f] Secundus enim ex eo implexu quem neruos
g t.iiii.ς. hos post exortum efformare monuimus educitur, & brachium petit, sub [g] musculo-
h t.vi.Θ. cubitum flectentium primo, vbi duo ipsius capita inuicem committuntur, ad [h] mu-
i t.i.Δ. sculi scilicet brachium pectori adducentis, & [i] eius qui brachium attollit insertionē;
& sub dicti musculi capite quod à scapulæ processu anchoram referente principium
k t.ii.ςς. sumit, occultatus, vtrisque musculi huius capitibus [k] surculum offert, qui deorsum
l t.ii.Υ. ductus in posteriorem istiusmet musculi sedem exporrigitur; ac [l] surculum inter-
dum tertio neruo offerens, deorsum ad anteriorem cubiti sedem contendit, sub mu-
m ta.ii.Γ.ta. iiii.Υ. sculo cubitum flectentium primo; & ab externo sui latere [m] surculum [n] musculo cō-
n t.xii.Θ. municans, qui radium deorsum agentium maior est; atque ad cubiti flexum pertin-
o t.vi.q. gens, secundum externum latus [o] tendinis musculi cubitum flectentium anterioris,
descendit, in cutem sese dispergens. Protinus nanque vt è musculis emergit, in duos
p t.ii.Δ.t.iiii. a. ramos discinditur; quorum [p] superior idemque tenuior vnà cum humerali [q] vena su-
q li.vi.t.i.ii. iii.1. pra radium ad medium vsque ipsius longitudinis defertur, ac dein versus vlnæ appen-
dicem retorquetur, vniuersam cutem radio incumbentem surculis implicans quam-
r t ii.Δ.infe- rius. plurimis; quorum [r] præcipuus inter cutem carnemque semper deductus, radij appen-
dicem superat, & ad secundum pollicis articulū pertingit. Surculis his, alij nonnun-
s t.ii.Θ.t.iiii. b. quam accedunt, ab [s] illius nerui propaginibus, quem manus volam adire audies, qui
humilior est, & crasior nerui huiusce partitionis iuxta cubitum factæ ramus, qui sta-
t li.vi.t.i.ii. h. tim in duas alias dirimitur propagines sub humeralis venæ [t] ramo procedentes, qui
u ead. alteri axillaris venæ ramo, ad [u] communis venæ cōstitutionem permiscetur. Harum
x t.ii.Λ. propaginum [x] altera, vbi sub dicta vena concedens ad communem appulit, relicta
vena inter cutem & carnē fertur, ac radium versus paulisper conscendens, secundum
y t.iii.a. internum latus inferioris [y] musculi brachiale flectentis, ad brachialis vsque radicem
z t.ii.z. perfertur. [z] Altera propago, obliquè magis quàm venæ communis principium con-
a li.vi.t.v.fi. x.m q. sistat, deorsum prorepit, ac postmodum [a] maiori venæ interioris cubiti sedis, cuti
potisimum oblatæ attensa, ad brachiale festinat, & priusquam cubiti longitudinis
b t.ii.Π. medium attingat desinens, in duos finditur ramos, quorum [b] alter radio, [c] alter vlnæ
c t.ii.Z. innitens deorsum tendit; ambo verò brachiale superant, surculos aliquot in manus
volam

volam dispergentes. Ab illis præterea surculis, qui carneam pollicis molem, Veneris montem appellatam conscendunt, propagines interdum in externam manus sedem excurrunt, & [d] neruis commiscētur cutem primi pollicis internodij externæ regioni obductam implicantibus; sicque propagari desinit. [e] Tertia in brachiū excurrens coniugatio ex eo, quem diximus, implexu paulò infra secūdam educitur; & brachiū attingens, [f] ramum expromit, qui inter [g] musculum, quo brachium pectori adducitur, & eum quo attollitur sub cute permeat. Simulatque vero tertius neruus in brachium pertingit, subtus [h] musculum cubitum flectentium primū sese indit, ac deorsum vnà cum secundo neruo illabens, [i] ramulum impartitur musculo cubitum flectentium posteriori, cui secundus etiam neruus propaginem interdum exporrigit. Deinceps à secundo vt plurimum neruo [k] ramus in tertium pertinet, cuius decessione is adaugetur; interdum verò nullus fit ipsorum congressus. Vtcunque autem se res habeat, [l] ramulum frequenter hic in cutem dispensat, anteriori brachij sedi sibi proximæ obductam, ac dein per brachij anteriora in cubiti flexum cōcedit, pari semper interuallo à secundo distans, & interiore humeri ossis [m] tubere inuectus, perque internum latus insertionis [n] musculi cubitum flectentium posterioris. Vbi musculi huius finem superauit, [o] surculos protinus complures musculis offert internam brachij regionem à cubito ad manum occupantibus, [p] ijs nimirum, qui secundos, ac [q] tertios quatuor digitorum flectunt articulos, & [r] ei, quo tertium pollicis internodium flectitur, atque [s] illi demum, qui ab interiore humeri ossis tuberculo eductus in postbrachialis os indicem suffulciēs inseritur. Postmostum [t] aliam expromit propaginem, quæ inter musculos, quibus secundi, ac tertij quatuor digitorum, & tertius pollicis articuli flectuntur, per radium vnà cum [u] vena, atque arteria ad brachiale vsque defertur, & sub [x] transuerso ligamento permeat, prætenues quosdam riuulos in [y] musculum deriuans, qui pollicem à cæteris digitis abducit; & in [z] duos primum istiusmet digiti articulum flectentes; ac in interiorem primū medij digiti os flectentium; verùm huic, vt & illi qui radium in supinum ducentium inferior est, neruos hos potius incumbere, quàm in ipsos inseri audies. Post hæc in vola tres educit propagines; quarum prima in duos ilico ramos diffinditur, qui à suo quisque latere internam pollicis sedem adeunt; Secunda binis quoque surculis internum indicis latus implicat; Tertia in nullos acta ramos, in internā medij digiti sedem versus indicem excurrit, omnibus interim ad summos vsque digitorū apices concedentibus. [a] Quartus neruus omnium in brachium excurrentium longè maximus, ex eodem commemorato implexu educitur; & per brachium vnà cum [b] axillari vena, & magna arteria deducitur; & [c] exiguis quibusdam surculis in [d] musculos cubiti extensores deriuatis, priusquam ad medium humeri ossis longitudinis pertingat, obliquè retrorsum ad os contorquetur, transuersum per dictos musculos deductus. Priusquam verò totus reflectatur, ab interno sui latere [e] ramum expromit, qui inter hosce [f] musculos, & posteriorem cubitum flectentium, in internam brachij sedem commeat, vbi multifariam diremptus, in cutem hic instratam exhauritur. Vbi hunc eduxit ramū, neruus retrorsum agitur, dum sensim, ac sensim ad externam brachij sedem perueniat; & ab externo sui latere [g] propaginem emittit, quæ in cutē emergit, inter [h] exteriorem cubitum extendentium musculum, & prolixioris musculi, radium deorsum agentis caput; statimque in cutem dispensatur, quæ brachij externam sedem ad cubitum vsque contegit. His peractis, neruus in externum humeri ossis tuberculum se proripit, [i] sinu inuectus posteriori ipsius sedi exculpto; quem locum vbi superauit, ramum profert, qui [k] extrorsum in cutem erumpit, & errabundo ductu ad brachiale vsque festinat, multos eo tractu surculos in cutem brachij exteriora conuestientem dispensans. Vlteriùs in [l] duos discinditur truncos, qui delitescentes brachiale adeunt. Alter quidem [m] iuxta radium, [n] inter superius quarti musculi brachiale extendentis latus, & inferiùs latus prolixi musculi radium in pronum agentis, nonnullos in via surculos musculis hisce communicans. Ad brachiale is vbi appulit, sub [o] transuerso ligamento externæ ipsius regioni obducto repit, quo etiam bifidū musculi brachiale extendentis tendinem transmitti diximus. Brachiali superato, in [p] duos ramos actu-

tum

Tertij paris distributio.

Quartus neruus in brachiū irrepens.

d lib. vi. t... iuxta q; .
e ta.ii.iii....
ta.iiii.T.
f t.ii.v.
g li.ii.t.i. ... ctà ab L ... Q.
h t.vii.r.
i t.ii.Φ.
k t.iiii.χ.
l t.ii.χ.
m li.i.t.vi.... vi.s.
n t.viii.r.
o t.ii.43. t... iiii.c.
p li.ii. t.v....
q li.ii.t.vi....
r ead.v.
s t iiii.χ.
t t.iii.44. t... iiii.d.
u li.vi.t.v.... x.g.
x lib.ii.t.iii... 6.
y li.ii.t.iii...
z t.vi.xx.
a ta.ii. iii.... t.iiii.e.
b li.vi.t.v.... x.Z.
c t.ii.Ψ.
d t.xi.Θ.d...
e ta.iii.n.t... iiii.f.
f ta.vii.int... P & N.
g tab.iii.3... ta.iiii.g.
h lib.ii. t.... inter S &...
i lib.i.t.vi.... vi.P.
k t.iii,33.... iiii.h.
l tab. iii. 3... t.iiii.i.
m ta.iii.3...
t.iiii.KK.
n lib.ii. t... inter Y X.
o li.ii.t.iii... 3.
p t.iii,36.

tùm scinditur; quorum alter bipartitò etiam dissectus in externum pollicis latus iter habet; alter in duas pariter soboles diremptus, vnam indici porrigit, in externam ipsius regionem duplici quoque surculo absumendam; alteram verò indiuisam interno lateri exterioris medij digiti sedis applicat.[q] Ramus nerui huius per vlnam porrectus,[r] propaginem ilicò in [s] musculum confert, quo index, medius & anularis extenduntur; aliam item [t] musculo paruum extendenti communicat; vt & [u] tertio brachialis extensori aliam; in ipso autem per vlnam progressu [x] singulis musculis ab eo ortum ducentibus ramulum elargitur, rectum semper fibrarum ductum obseruans. [y] Quod nerui huius reliquum est, ad brachialis finem desinit, surculis aliquot in articulum exhaustus.[z] Quintus brachij neruus à commemorato implexu inferiùs quàm prædictorum vllus enascitur; & quarto semper adhærens, per brachij interiora defertur, [a] inter externum cubiti extensorum musculum, & internum flexionis opificem occultatus, nullis omninò propaginibus, antequam ad internum ossis humeri [b] tuberculum pertingat, eductis; ad cuius postremam sedem reflectitur, [c] sinu in ea exculpo vectus; ac dein eadem ferè distributionis serie, in eosdem musculos cum tertio diuaricatur, [d] surculum etiam expromens, qui radio innitens, inter [e] musculos fertur, quorum vi secundi, ac tertii digitorum articuli flectuntur, [f] vena atque arteria hac reptantibus comitatus, sicque ad manus volam sub [g] transuerso ligamento se cōfert. Et propaginem in primis bipartitam internæ, parui digiti, sedi communicat; & anulari alteram duplici quoque sobole dispertitam; ac deinde in externam sedem interioris medii digiti lateris, alium emittit ramum, qui nullis discinditur propaginibus, nisi cùm nullus à tertio neruo surculus in internum medii huius digiti latus emanat; tunc enim ramus hic bipartitò scinditur, & in vtrunque digiti huius latus cōcedit. Porrò iuxta medium radii longitudinis ab externo nerui huius latere [h] ramus emergit, qui inter [i] musculum cubitum extendentium inferiorem, & inferiorem flectentium ad externā brachii sedem prorepit, ac tripartitò dissectus, in externā parui digiti sedem, in anularem item & medium, eodem prorsus modo, quo [k] quartus in cæteros digitos, propagatur, sentiendi vim ipsi impertiens; vt nobis cubito innitentibus conspicuum fit. Quarto enim neruo compresso, ita vt sentiendi vi aditus per ipsum intercipiatur, pollex ilico, & index, & medii pars obstupescunt; quinto autē compresso, cæteros digitos stupor inuadit.[l] Sextus neruus ab infima implexus regione prodit; & per axillam, sub cute, ad internum humeri ossis tuberculū, se prorripit, conterminis partibus eius, quam perreptat, cutis, surculos cōplures in progressu cōmunicans. Ad hoc tuberculum vbi appulit, in [m] plures actuum soboles diuaricatur, quarum pars sub venæ iecorariæ ramis, pars supra eosdem fertur; & vnà omnes secundum vlnæ longitudinem inter cutem, & carnosam membranam deducuntur, non procul à brachiali, vbi per inferiorem brachii sedem propagatæ, desinunt; atq; hunc in modum neruorum omnium in brachium distributio terminatur. Vnde perspicuum euadit, qua ratione fiat, vt partis cuiuspiam sensus, motu superstite, aboleri possit, & cōtrà. Primo enim neruo, qui per externam brachii sedem propagatur, discisso, cæteris interim qui per musculos disperguntur integris persistentibus, ea cutis pars, quàm neruus hic implicabat, sensu omnino destituitur, citra vllam motus in brachio iacturam.

Margin notes: q t.iii. 37. 1. — r t.iii.38. — s t.ix.Z. — t ead.Θ. — u ead.A. — x t.x. ΑΞ, Π. — y t.lii.42. — z t.ii.iii.*.ta. iiii.m. — *Quintus.* — a t.vii. inter P & N. — b li.i. t.vi. fi. vi.5. — c ead.V. — d ta.ii. iuxta 43.t.iiii. c.n — e ta.v.Θ.t.vi. Ξ. — f li. vi. t.v.fi. x.h g. — g li.ii. t.iiii.6 — h t.ii.46. ta. iiii.P. — i ta. ix. inter Ξ & A. — k t.iii.36.ta. iiii.q. — l ta.ii.48.48. — *Sextus.* — m li.vi. ta. i. ii.u,x. — *Qui posSit partis alicuius sensus deperdi, motu incolumi, & contrà.*

De Neruis in crus, & pedem excurrentibus. Cap. 14.

EX [a] neruis, qui ex tribus inferioribus lumborum vertebris excidunt, & ex nerui portione per primum sacri ossis foramen emergentis, itemque ex iis, qui ex inferioribus tribus elabuntur, implexus quidam illi similis consurgit, quem nerui brachium adeuntes efformant, quanuis magnitudine non parū excellat. Ex huiusmodi implexu nerui quatuor enascuntur, tam crassitie dispares, quàm distributionis ratione varii; ex ipsis nanque primus, ac tertius tenuiores existunt; secundus ambos crassitie superat, alioquin & ipse tenuis; quartus verò trium illorum vnà complexorum crassitiem euincit.[b] Primus ab editiore implexus parte procedit, vbi scilicet anterior

Margin notes: a t.ii.57.60. 66.71.t.iiii. 77.[illegible] — *Nerui quatuor in crus excurrunt.* — b ta.ii.57.ta. iiii.&.

tertij

tertij paris lumborum ramus, quarto eorundem pari commiscetur; & sub peritonęo
in femur procidit, [c] lumborum innixus musculis, & externo lateri tendinis, [d] sexti — c t.viii.σ. d t.viii.A.
femur mouentium musculi. Suo autem ad os appulsu, [e] ramum depromit, qui per — e ta.ii.58.ta. iiii.α.
cutem anterioris femoris partis paulisper extrorsum obductam, deorsum circa genu
regionem fertur, ac dein inter musculos reconditur; & surculum [f] musculo exporri- — f li.ii. t.iii.Σ.
gens crus mouentium primo, alium item [g] septimo, atque alium insuper [h] nono, se- — g t.v.A. h t.iiii.ϕ.
cundum priores duos trium horum crus mouentium musculos obliquè deorsum e-
labitur, dum non procul à genu desinat. [i] Secundus neruus principium sortitur pau — i tb.ii.60.ta. iiii.χ.
lò priore inferius, è regione scilicet connexus tertiæ, & quartæ lumborum vertebrę;
& sub posteriore peritonei regione deductus, in femur deinceps [k] vena, & arteria per — k lib.vi. t.v. fi.x.δ.
inguina delatis comitatus, illabitur, [l] ramulum, simulatque ad femur pertingit, ab — l ta.ii.61. ta. iiii.δ.δ.
interiore sui parte deriuans, qui ad pollicem vsque defertur, anteriori semper lateri
[m] venæ illius incumbeus, quam ab inguine per femoris crurisque interiora, sub cute — m lib.vi.t.v. fi.x. m.
ad [n] pedem vsque protendi monuimus. Quemadmodum autem vena varios cuti quã — n t.ii.62.
perreptat, ramos exporrigit, sic etiam & præsens neruus soboles in cutẽ spargit, qua-
rum [o] præcipua illa est, quæ anteriori genu regioni offertur, multis propagtnibus in — o ead.64.
ipsum exhausta. Vbi hanc exprompsit sobolem, [p] neruus vnà cum vena, & arteria in — p ead.t.iiii.ϵ.
femur reconditur, in musculos dispersus femoris interiora occupantes, præsertimq;
in [q] quintum femur mouentium, & [r] octauum cruris motorem, quocum interiori — q t.viii.Φ,C. r t.vi.Π.
[s] noni musculi crus mouentium lateri innixus deorsum fertur; & supra genu articu- — s t.iiii.φ.
lum perinde, ac primus desinens, surculos quosdam in via membranis offert, venas

Tertij distributio.

arteriasque deuincientibus. [t] Tertius neruus secundo succedit, nasciturque è regio- — t ta.ii.66.ta. iiii.ξ.
ne connexus quartæ, & quintæ lumborum vertebræ, sub peritonæo; & per [u] septi- — u t.viii.A.
mum femur mouentium musculum permeans, ad pubis osis [x] foramen properat, — x li.i.t.i.r.
per quod in femur defertur; sed priusquam permearit, propagines quasdam [y] nono, — y t.xv.fi.xvi
ac [z] decimo femur mouentibus musculis elargitur; mox verò & [a] illis, qui à pubis os- — z t.viii.Ψ. a ta.xvi.fig. xiiii.xv.K.L
se pronati genitale mouent. Post hæc inferiùs delabirur, moxque perinde, ac duo
nuper commemorati nerui, [b] musculum effundit in cutem femoris interiora conte- — b t.ii.68.ta. iiii.α.
gentem, [c] ramum dispensans [d] secundo crus mouentium musculo, atque [e] aliũ quin — c ta.ii.70.ta. iiii.θ.
ti femur mouentium [f] portioni à pubis osse promatæ. [g] Quartus cruris neruus tertio

Quartus distributio.

succedens, & sextuplo ipso crasior, ex postremo lumborum neruo, & ex anteriori- — d t.xv.fi.xvi. Δ.
bus trium subsequentium neruorum ramis cõflatur; inter omnes totius corporis ner- — e t.ii.65.
uos, non crassitie duntaxat, verum etiam duritie, ac robore præcipuus, quòd ab extre — f t.viii.φ,e.
mo nimirum dorso prodeat: sub peritonæo autẽ deorsum fertur [h] sinu eo inuectus, — g t.ii.iii.71. t.iiii.i.
quem huiusce usus gratia in posteriore coxendicis osis regione insculpi diximus; — h li.i.t.ii.15.
ac protinus [i] ramum ex posteriori sede diffundit, qui aliquandiu sub [k] primo femo- — i t.ii.72.
ris motore musculo delitescens prorepit, ac foras deinde prorumpit, [l] surculos quos- — k t.ix.Π. l t.ii.73.
dam cuti exporrigẽs in feriori clunium sedi obtensæ, & illã, pariter quę posteriorem
femoris sedem, nonnihil vltra ipsius longitudinis medium conuestit; alios insuper
tertio, quarto, & quinto crus mouentibus musculis, nec non & quinto femoris mo-
tori. Post hæc, neruus inter musculos posteriori femoris sedi instratos, deorsum iux
ta femur illabitur vltra longitudinis ipsius medium; ibique [m] ramum effundit in [n] — m t.ii.74.ta. iiii.ξ.
quarti crus mouentium musculi portionẽ ab ossis femoris medio, ac si peculiaris mu- — n t.xi.ρ.
sculus existeret, enatam; ab hoc autem ramo propagines nonnullæ pullulant, in cu-
tem posterifori emoris regioni infra medium ipsius longitudinis exhaustæ. Neruus
dein in poplitem inter inferiora duo femoris capita decliuis concedit; vbi [o] ramum — o t.ii.75.ta. iiii.o,o.
vtrinque in [p] musculos emittit ex hisce capitibus emanantes, tres videlicet pedem — p t.xii.ϖ,ρ,σ.
mouentium priores. Atque hac in parte [q] in duos vt plurimum inęquales ramos par — q t.ii.76.
titur, in crus dispersos, nonnunquam verò altiùs exporrectos; quinimo nerui omnes
in crus deorsum à genu procidentes, quarti huius nerui soboles existunt, si eum ex-
ceperis, [r] quem ex secundo cruris neruo enasci, & in femoris, crurisque interiora — r ead 61.

Quartus neruus ex plurimis veluti filamentis extruitur.

exporrigi commemorauimus. Cæterum quartus hic neruus, totus ad exortum vsque
diuisus conspicitur, cùm alioquin, quòd ex plurimis veluti filamẽtis vnica membra-
na conclusis extruatur, leui negotio, non in duos duntaxat, verũ etiam in quatuorde-

cim,

s ta.ii.77.ta. iiii. cim, & quindecim neruos dirimere ipsum possis. [s] Prior idemque tenuior nerui huius ramus, extrorsum, ad superiorem fibulæ cum tibia connexum festinat, [t] surculum eo tractu depromens, qui per cruris exteriora, & supra malleolum exteriorem sub cute ad externum vsque pedis latus porrigitur, propagines complures in cutem circumiectis partibus obductam, tuto incessu deriuans. Vbi hunc exprompsit surculum, [u] ilicò inter [x] septimum, & octauum pedis motores musculos [y] sexto innitens demergitur, ibique [z] alium de se profert ramum, in cutem cruris anteriora conuestientem incerta serie distributum. Quod reliquum est rami huius exterioris, inter musculos vti diximus anteriorem cruris sedem sibi vendicantes permeans, & ramusculos ipsis aliquot offerens, [a] ligamento incumbit, tibiam, fibulamque tota longitudine connectenti; & ad ipsius medium, [b] ramulum emittit, qui ipsum perforans tantisper progreditur, dum [c] alteri anterioris quarti huius nerui surculo copuletur, & vnà cum tendinibus digitos extendentibus, per [d] transuersum inibi occurrens ligamentum ad pedis superiora commeat, ac sub tendinibus altiùs delitescens, ad superioris digitorum sedis latera ramulos quosdam effundit; antequam verò in commemoratum pertingat ligamentum, [d] ramum in cutem emittit, qua ligamentum id conuestitur. [e] Interior quarti huius nerui ramus deorsum per cruris exteriora fertur, inter [f] quartum, quintumque pedis motores musculos, duosque illos, qui ex tibia enati digitos flectunt occultatus, & [g] surculum emittens cum exterioris rami propagine coeuntem, quam ligamentum quo tibia fibulaque colligantur perforare tradidimus. Post hæc, sub [h] transuerso ligamento deductus inter calcis os, atque interiorem malleolum in pedium concedit, vbi [i] musculis inibi repositis incumbit, prætenuem surculum singulis quibusque inferioris digitorum sedis lateribus offerens. Atque hunc sanè in modum quartus neruus, vt plurimùm propagatur; licet interdum [k] exterior ramus, antequam in pedem pertingat, desinere soleat; nonnunquam verò euenit, vt qui commemoratum ligamentum tibiam fibulamque colligans perforat surculus, neque ab exteriori ramo proferatur, neque interiori permisceatur. Imò verò vbi ramus hic interior posteriorem istius membranæ partem attingit, [l] ramulum profert, qui hanc perforans membranam, inter musculos cruris anteriora tenentes deorsum fertur; & sub transuerso tarsi ligamento deductus, singulis digitis binas exporrigit propagines. Atque in his, neruorum omnium propagationem absoluimus. Superest nunc pro historiæ absolutione, vt de olfactus, gustatus, tactusque instrumentis agamus.

Marginal notes: s ta.ii.77.ta.iiii. — t t.ii.78.78. t.iiii.ς. — u t.iiii.T. — x t.vii.inter Φ & Ψ. — y t.iii.Z. — z t.ii.79.ta.iiii.ψ. — a lib.ii.t.xv. fi.xv.T. — b t.ii.82. — c ead.80.ta.iiii.ψ. — d lib.ii.t.iii.Δ. — d t.ii.85. — e t.ii.81.82. t.iiii.φ. — f lib.ii.ta.xi.xii.xiii.xiiii. — g t.ii.82. — h li.ii.t.ii.ς. — i li.ii.t.xiiii.xv. — k t.iii.ωτ. — l t.iiii.Ψ.

De organis olfactus, gustatusq́ ac tactus. Cap. 15.

DE olfactus organo, variæ inter medicos, ac philosophos opiniones extiterunt, omnes ex humanæ structuræ imperitia inter ipsos obortæ, [a] ex cerebri ergo substantia, iuxta anteriorem [b] priorum ventriculorum sedem, non procul ab [c] opticorum neruorum exortu, duo processus emergunt, albi quidem illi, molles, tenuesque, ac eiusdem ferè tum substantiæ, tum figuræ cum cæteris neruis à cerebro prodeuntibus, licet paulò teneriores, minusque teretes. Hi recta in anteriora concedunt, cerebro in incessu, tenuis membranæ interuentu adhærentes, donec ad [d] sinus [e] octauo capitis ossi exculptos, elatiorique ipsius processu disiunctos perueniant; ad quorum posteriorem sedem, processus hi à cerebro abscedentes, in suum singuli sinum inseruntur, antrorsum adusque anteriorem ipsorum regionem exporrecti. Horum processuum, siue neruorum munus est, humorem exhalationem've, quę ab odoratis corporibus emanat, & per nares in frontis, & cuneiformis ossis cauitatē ingreditur excipere; qua in parte, aerem, qui per nares in cerebrum defertur, præparari monuimus, perinde, ac in pulmonibus aer in cor deducendus elaboratur; communicatur autem neruis hisce humor, siue odor rerum per nonnulla octaui capitis ossis foramina, ipsisque in cerebri ventriculos euehitur, non aliter profectò quàm rerum species siue imagines per visorios neruos deferri tradidimus. Gustatus organum linguam esse palati opera accedente, nemo ignorat; ipsius musculos secundus liber recensuit;

Marginal notes: *Sententiarum de olfactus organo varietas vnde.* — *Organi huius ortus.* — *Gustatus organum.* — a t.i.fi.i.E.fi.ii.F.t.iiii.E. lib.v.fi.xiii.L,L. — b li.v.fi.iiii.v.L,L.M,M. — c ta.i.fi.i.ii.H.lib.v.ta.xiii.N,O.li.v.t.xiii. — d DD. — e lib.i.t.v.fi.iii.A,B.

censuit; venas, & arterias vitam ipsi, ac nutrimentum elargientes sextus enarrauit; septimus neruos enumerauit ciborum gustatus opifices, maioris nimirum radicis tertiæ cerebri coniugationis germina, quæ in superiorem linguæ tunicam, impertita ipsi gustandi facultate diffundi retulimus; quemadmodum hinc liquidò constat, quòd si fortè fortuna neruus hic desideretur, vti nonnullis natura defuisse obseruatum est, nulla prorsus ciborum voluptate afficitur. De tactus instrumento nihil præterea dicendum superest, nam libri huius initio nullum omninò neruum sensus huius expertem esse prodidimus. Iam humanæ huius fabricæ basim, & propugnacula posuimus, ossa videlicet & cartilagines; tum vincula ipsius atque integumenta sermone prosequuti sumus, ligamenta nimirum, cuticulam, cutem, adipem membranam carnosam, musculos, ac membranam tandem ossa hæc omnia conuestientem, Periostion appellatam. Tria postmodum in huiusmodi compage principia locauimus, nutrimentum ipsi, ac vitam, & sensum largientia, nec non, & tria ductuum genera, quorum ope tria hæc principia toti corpori vim suam impertiunt. Postremò loco de sensibus exterioribus verba fecimus. Sicque quàm breuissimè fieri potuit, finem huic historiæ imposuimus.

Tertius operis Epilogus.





CHARACTERVM QVI LIBRO SEPTIMO INSCRIBVNTVR EXPLICATIO.

Tab. I. Figvr. I. II.

In *prima figura totius cerebri, & cerebelli à membranis ipsa inuoluentibus liberorũ basis exprimitur, vt neruorum cerebri exortus opportunè oculis subijceretur.*

Secvnda *figura neruorũ dextrũ latus integra proponit cerebri, ac cerebelli, et dictæ in priori figura dorsalis medullæ partis, dura interim tenuiq. hæc omnia inuestientibus membranis, nusquam apparentibus. Adhæc nudam septem cerebri neruorum parium seriem in dextro tantum latere commonstrat.*

Characteres *hoc Indice exprimendi partim vtrisque figuris cõmunes sunt, partim verò nunc huic, nunc illi peculiares, quemadmodum his notis 1.2, quas characteribus subijciemus, significabitur.*

AA 1.2. Cerebrum notatur.

BB 1.2. Cerebellum.

CC 1.2. Processus ac veluti substantię cerebri tubera, quę mamillares processus vulgò nuncupantur.

D 1. Dorsalis medullæ principiũ ex cerebri pendens basi.

E 1.2. Dorsalis medullę pars iam caluariæ amplitudinem egressura, & in vtrisque figuris inibi abtruncata, vbi hæc elatissimã subit vertebrã:

F 1.2. Olfactus organo subseruientes processus neruis similes.

G 1.2. Visorij nerui, ceu primum cerebri neruorum par. Cæterùm in prima figura sinistri nerui principium G insignitur, in altera autem dexrti nerui in oculorum sede ductus.

H 1. Visoriorum neruorum coitus.

I 1.2. Oculi tunica, in quam visorius neruus expanditur, & degenerat.

K 1.2. Secundũ neruorum cerebri par.

L 1.2. Tertij neruorum paris minor & gracilior duriorque radix.

M 1.2. Tertij paris maior crassior've radix.

N 2. Minoris radicis tertij paris propago, frontis musculosam cutem accedens.

O 2. Minoris radicis tertij paris propago ad superiorem maxillam procedens.

PP 2. Propago minoris tertij paris radicis in nariũ degenerãs tunicã, quæ humiliori P priuatim indicatur.

Q 2. Minoris radicis propago in temporalem musculum digesta.

R 2. Maioris tertij paris radicis ramus capreolis vitis instar conuolutus, qui in temporalem inseritur musculum.

S 2. Maioris tertij paris radicis ramus superiorum molarium dentiũ gingiuis, ipsisque adeò dentibus sobolem seriatim distribuens.

T 2. Maioris radicis tertij paris propago in maxillæ inferioris os prorepẽs.

V 2. Propaginis T insignitæ ramus inferiori labro multiplici sobole oblatus.

XX 2. Surculi à propagine T notata ordinatim in dentium inferiorũ radices diffusi.

YY 2. Maxima maioris tertij paris radicis portio in tunicam linguæ soluta.

Z 1.2. Quartum neruorum cerebri par. Verùm humilius Z in secunda figura palati tunicam exprimit.

a 1.2. Quintum neruorũ par auditui dicatum. Φ autem in vtraque figura priuatim huius paris portionem indicat, in cõcauitatem temporis ossis delatam.

b 1.2. Ramulus quinti paris ex ipsius anteriori parte enatus.

c 1.2. Quinti paris ramulus per cęcum repens foramen, ac tandem, vt & ramulus *b* insignitus cum tertij paris propagine capreoli modo intorta,

torta, ac cum ramo R in secunda figura notato, coiens.

d 1.2. Neruus non procul à quinti paris principio enatus, qui in musculos maxillam inferiorem mouentes exporrigitur.

e 1.2. Sextum neruorum cerebri par, cuius vtrorumque neruorũ series in secunda figura indicatur.

f 2. Sexti paris ramus musculos posteriorem ceruicis sedem occupantes accedens.

g 2. Sexti paris ramuli in quosdam laryngis musculos hic in descensu transuersim propagati.

h 2. Sexti paris ramus costarum dextri lateris radicibus exporrectus.

ii 2. Portiunculæ intercostaliũ neruorum, sexti paris ramũ hàc descendentem adaugentes.

κκ 2. Rami neruorum sexti paris in musculorum deprompti capita, quæ à superiori pectoris ossis sede, & clauiculis principiũ ducentia sursum feruntur.

l 2. Dextri nerui sexti paris ramuli, recurrentem dextri lateris neruum efficientes.

m 2. Dexter neruus recurrens, seu reuersiuus.

n 2. Soboles dextri recurrentis nerui, laryngis dispensatæ musculis.

o 2. Sinistri sexti paris nerui soboles, recurrentem sinistri lateris neruum constituentes.

p 2. Sinister neruus recurrens, qui perinde ac dexter, vocis neruus vulgò nuncupatur.

q 2. Sexti paris ramuli in pulmonum tunicam excurrentes.

r 2. Ramuli sexti paris, mẽbraneo cordis inuolucro impliciti. Ab illis verò sinistri nerui surculis, qui ijs quos r indicauimus, correspõdẽt cordis neruulus, principiũ ducit.

ſ 2. Septi paris neruorum portio, quæ stomacho cõmittit, & series quoq; qua vterq; neru⁹ bipartito scindit, ac dexter sinistrã superioris vẽtriculi oris sedem adit: sinister verò eius orificii dextrę parti implicat.

t 2. Series sexti paris neruorũ, in superius vẽtriculi orificium, & proximas ventriculi sedes disseminata.

u 2. Ramus sexti paris neruorũ, dextrã orificii vẽtriculi sedẽ adeũtiũ: qui secundũ elatiorẽ ventriculi regionẽ ductus, tandẽ in iecoris cauũ absumit, vbi x ascriptũ cõspicies.

x

y 2. Prima propago rami neruorũ sexti paris, qui dextri lateris costarũ radicibus exporrigitur.

z 2. Ramulus primæ illius propaginis y notatæ, qui in dextram sedẽ inferioris omenti membranæ, & colon intestinum hic digeritur.

α 2. Soboles primæ illius propaginis duodenum accedens intestinum, & ieiuni initium.

β 2. Soboles dextram fundi ventriculi sedem perreptans, ac frequentes surculos ventriculo, & superiori omenti membranæ dispergens. Vbi verò * ponitur, præsentis propaginis in iecur & bilis vesiculam series in conspectum venit.

γ 2. Propago dextrũ accedens renem.

δ 2. Propago in dextram mesenterij regionem, & huius sedis intestina frequenti ramulorũ serie diffusa.

ε 2. Neruorum series dextram vesicæ regionem implicans.

ζ 2. Prima propago nerui sexti paris, sinistri lateris costarum radicibus exporrecti.

ι 2. Duæ notantur soboles propaginis ζ insignitæ, quæ inferiori mẽbranæ omenti, & colo intestino, quà sub ventriculo repit, offeruntur.

η 2. Series neruorũ, qui lieni inserunt.

T. 2. Hac cruce ramum propaginis ζ notatæ insigniui, qui sinistram fundi ventriculi sedem perreptat, ventriculo, & superiori membranæ omenti surculos deriuans.

κ 2. Propago in sinistrũ mesenterii, & eiũs sedis intestina excurrens.

λ 2. Sinistrũ renem accedẽs propago.

μ 2. Series ramulorũ sinistrũ vesicæ latus admodũ obscurè implicantiũ.


ν 2. Septimum cerebri neruorum par.


ξ 2. Septimi paris ꝑpago musculis dispẽsata, à stylũ imitãte tẽporũ ossis processu principiũ ducentibus.


ο 2. Septimi paris cum sexto coitus.


π 2. Septimi paris series, compluribus

TABVLA · I · LIBRI · VII ·









linguæ ac ossis υ imaginē referentis, & laryngis musculis intertexta.

1.2. 3. Numeri characteres in priori figura ad dorsalis medullæ principiū conspicui, tria indicāt foramina, quorum duo lateralia, 1 & 3 insignita illa demum sunt, per quæ arteriarum soporalium rami ad dextrum & sinistrum cerebri accedūt ventriculos. Medium verò foramen 2 indicatū, illud est, quo pituita ex tertio cerebri ventriculo ad peluim ducitur, quæ pituitam excipit, ac dein instar infundibuli super glandem transmittit, quæ huic cerebri regioni subijcitur.

FIGVRA III.

QVAMVIS *nuda septem neruorum cerebri parium delineatio in prima ac secunda neruorum figura omnem sexti paris seriem ostendat, atque ita pariter neruos recurrentes exprimit, non abs re me facturum arbitror, si peculiarem eorum tabulam (quæ numero tertia est) vnà cum arteriæ magnæ, & asperæ partibus, quantum scilicet ad ipsorum seriei attinet ostensionem, huic tractatui interijciam: quum horum neruorū adeò frequens medicis sit mentio, & intuitus pariter ob summum Naturæ miraculum nulli non sit longè iucundissimus.*

A Arteriæ magnæ ex sinistro cordis vētriculo exortus, vbi hæc duas coronales arterias promit.

B Arteriæ magnæ truncus deorsum ad spinam reflexus.

C Arteriæ magnæ ramus obliquè sursū ad primam sinistri lateris costam tendens, ac in sinistrā postea manum excurrens.

D Arteriæ magnæ portio iugulū petēs.

E Arteria transuersim dextram in manum procedens.

Quas verò hæc, & illa quam D insigniuimus, soboles diffundant, ex nuda arteriæ magnæ figura, quæ tertia arteriarū est subiuncta, petas licebit.

FF Soporalis dextri lateris arteria.

GG Sinistra soporalis arteria.

H Asperæ arteriæ caudex.

IK Duo asperæ arteriæ trunci, in quos hæc primū ad pulmones finditur.

L Larynx.

MM Glandula laryngis radici vtrinq; ad latus connata.

N Dexter sexti neruorum cerebri paris caudex.

O Sinister sexti paris caudex.

P Dextri nerui ramuli ad arteriā, quæ dextræ exporrigitur axillæ, reuoluti, & in vnū coeuntes neruum, qui interdū vnico cōstat ramulo.

QQ Dexter neruus recurrens.

R Sinistri sexti paris caudicis surculi, qui ad arteriæ magnæ truncū versus spinam deorsum reflectuntur.

SS Sinister neruus recurrens, qui etiam nonnūquā vnico incipit surculo.

FIGVRA IIII.

PRÆSENS *quarta figura duabus modò consequentibus tabulis, quæ neruorum à dorsali medulla prodeuntium nudā seriem ostendunt potissimùm subseruit. Hac namque sola dorsalis medulla, quam vulgo nucham dicimus, ab ea sede, qua è cerebri basi principium sumit, ad extremum ipsius vsque finem, ex humiliori sacri ossis sede procedentē delineatur.*

A Dorsalis medullæ initium è cerebri basi pronatum.

B Hac regione dorsalis medulla, caluariæ amplitudinem egrediens, primam ceruicis subit vertebrā: adeo vt ipsius pars adhuc in caluaria cōsistens, ac quinque quodammodo neruorum cerebri posteriora educens paria, ab A ad B metiatur.

C Hac sede dorsalis medulla non amplius simplex deorsum ducitur, verùm imaginem refert multorū funiculorum, qui simul commissi rectà tenduntur.

3.4. 5. 6. 7. His characteribus neruorum radices notantur, à dorsali medulla, priusquam è caluaria labatur, prodeuntium. Sunt autem radices hæ eorū cerebri parium, quæ singulis characteribus indicātur.

D 7. A B ad D in sinistro latere, & ad 7. in dextro latere dorsalis medul-

læ pars

læ pars ceruicis vertebris contenta, & septem quoque eius partis parium radices insigniuntur.

E 19. A D ad E in sinistro latere, & à 7 ad 19. in dextro dorsalis medullæ pars ostenditur, thoracis vertebris complexa. Deinde eius quoque partis duodecim parium radices indicantur.

F 24. Ab E ad F in sinistro latere, & à 19. ad 24. in dextro vsque dorsalis medullę pars indicatur, lumborum occupans vertebras, à qua quinque parium radices principium ducunt.

G 30. Ab F ad G in sinistro latere, & à 24 ad 30, in dextro dorsalis medullę pars indicatur, senis sacri ossis ossibus contenta: & sex pariũ eius partis radices: adeò vt dorsalis medullę neruorum triginta paria proponantur.

Dorsalis medullæ extremum inconiugatũ ab ossis sacri fine procidẽs.

TABVLA II. ET III.

PRIOR *figura spinæ vertebras anteriori facie, altera vero posteriori oculis subijcit: quia vero vtique eadem ferè conuenit explicatio, vnã fecimus, his notis 1. 2. ad distinctionem vsi.*

A 1. 2. Dorsalis medullæ sedes, qua primum vertebras ingreditur.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 1. Septem ceruicis vertebræ. His quoq; characteribus dorsalis medullæ neruorum paria designantur, quæ ad elatiorem sedẽ eius, cui numerus inscribitur vertebræ spectant.

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 1. Duodecim thoracis vertebræ.

20. 21. 22. 23. 24. 1. Quinque lumborũ vertebræ.

25. 26. 27. 28. 29. 30. 1. Sex sacri ossis ossa.

B 2. Prima ceruicis vertebra.

C 2. Prima thoracis vertebra. atque ita à B ad C septem ceruicis notãtur vertebræ.

D 2. Prima lumborum vertebra. à C verò ad D duodecim thoracis vertebræ indicantur.

E 2. Principium ossis sacri. vnde etiam à D ad E quinque lumborũ vertebræ in conspectum veniunt.

F 2. Primi paris neruorum dorsalis medullæ iam in vertebris positæ posterior propago.

G 1: 2. Posterioris primi paris propaginis series. notatur autẽ præcipuè ramus ipsius transuersum primæ vertebrę processũ accedens, inibi in musculos aliquot caput mouẽtes digerendus.

H 1. Anterior primi paris propago.

I 2. Secundi paris posterior propago, atque hoc etiã charactere eius pro paginis minor ramus insignitur.

K 2. Posterioris secundi paris propaginis crassior ramus.

L 2. Commixtio coitus've tertij paris rami, S in prima figura notandi, cum secundi paris ramo K iam indicato.

MM 1. 2. Crassioris secundi paris series ad verticis, & occipitij cutem.

N 1. Anterior secundi paris propago.

3 1. Tertium par.

O 1. 2. Posterior tertij paris ramus retrorsum ad spinam secundę ceruicis vertebræ reflexus, ac inter musculos vertebris hac sede adnatos latitans. Quando verò spinã contingit, extrorsum fertur per mutuũ congressum dextri lateris musculorum ceruicis posteriora occupantium, cum musculis sinistri lateris, atque hinc rursus obliquè in latera ducitur. Hunc sanè ductum omnium parium à tertio hoc, ad vigesimum quartũ vsque, posteriores rami imitantur.

P 1. Anterior tertij paris ramus, qui in quatuor dirimitur propagines. ac

Q Q in priori figura primam indicat musculis ceruicem flectẽtibus insertam.

R R in vtraque secundam propaginem, quæ cum quarti paris propagine Y notanda congreditur.

S S in priori tertiam, quæ posterioris secundi paris propaginis grãdiori ramo K notato inibi cõmiscetur, vbi L in secunda figura scripsimus.

T T in vtrisque quartã anterioris tertij paris rami insi-

nuat propaginem musculis insertam, qui transuersis vertebrarum committuntur processibus.

41 Quartum par. Veritus ne characterũ copia præsentes neruorum tabulas obliteraret, quarti paris characteres in sinistrum latus reieci, vt dextrum latus alioquin pluribus oneratum characteribus hac saltẽ sede liberũ esset, ipsiq; quinti paris, & subsequẽtium parium indices opportuniùs accommodarentur.

V 1.2. Posterior quarti paris ramus.

X 1.2. Anterior quarti paris ramus in

Y ternas diremptus propagines. Y in priori figura indicatur prima propago, tertii paris propaginẽ R insignitam admittens. *a* in eadem,

a secunda propago, in musculos dispensata, transuersos vertebrarum

b processus occupãtes. *b* similiter in priori, tertia propago, quinti paris portionem *e* notandam, ad septi transuersi nerui constitutionem accedens.

5 1. Quintum par.

c 1.2. Quinti paris posterior ramus.

1.2. Quinti paris anterior ramus, ab ipsius interno latere ramulũ musculis ceruicem flectẽtibus exporrigens, qui inter *d* & characterẽ 6. est conspicuus.

e 1. Propago anterioris quinti paris rami, maximam cõstituens portionem septi transuersi nerui.

f 1.2. Anterioris quinti paris rami propago, quæ inter musculos occultata ad summum perreptat humerum.

ſſ Characteres illi in secũda hoc modo ſ, ſ conspicui, huius propaginis soboles notant, musculis scapulam attollentibus oblatas.

g 1.2. Propaginis *f* notatæ ramùs in cutem exporrectus, quæ summum integit humerum, & musculum quo brachium attollitur.

h 1.2. Propaginis *f* notatæ ramus, musculi brachium attollẽtis parti insertus, quæ à clauicula & summo humero, quà is clauiculæ articulatur, principium ducit.

ii 1.2. Propaginis, quã *f* insigniuimus ramus, brachium attollentis musculi parti insertus, quæ à scapulæ spina exorditur.

6. 1. Sextum par.

K 2. Posterior sexti paris ramus.

lm 1. Sexti paris anterior ramus. *m* verò surculus, qui à sexto pari versus *n*, hoc est, septi nerũ, deducitur.

nn 1.2. Septi transuersi neruus ex tribus surculis *b*, *e*, & *m* conflatus.

oo 1. Septi transuersi nerui in septum series.

p 2. Septi paris ramus cauam scapulæ sedem petens, & variis oblatus musculis.

q 1.2. Anterioris sexti paris rami cum proximorum pariũ ramis implexus, portioq; brachium accedens.

7 1. Septimum par.

r 2. Posterior septimi paris ramus, similiter atque alii huius sedis rami sparsus.

ſ 1. Congressus septimi paris cum proximis paribus, qui neruos in brachium deducit.

ttt 2. Propagines sunt septimi paris, seu potius nerui brachium petẽtis tertii, ac τ notandi, quę in huius sedis musculos scapulam, & brachium mouentes accedunt.

8 1.2. Octauum par, seu parium dorsalis medullæ in thoracis vertebris repositæ, primum.

u 2. Posterior octaui paris ramus.

x 1.2. Octaui paris congressus cum septimo pari, à quo in brachiũ aliqui exporriguntur nerui.

y 1. Octaui paris propago secundùm superiorem primæ thoracis costæ sedem ad pectoris vsq; summum prorepens.


αα 2. Surculi octaui paris, seu potius quarti brachium adeuntis nerui, qui in huius sedis musculos diffunduntur.

9 1. Nonum par.

β 2. Posterior noni paris ramus.

δ 1. Ne γ vicinum ipsi *y* offenderet, anteriorem noni paris ramum δ insigniuimus, hic quoque notantes eius rami propaginem primæ costæ exporrectam.

ζ 1. Pro-


TABVLA·II·
LIBRI·VII·

ζ 1. Propaginis δ insignitæ surculi, in musculos thoraci hic instratos protensi.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 1. Paria neruorũ à nono pari ad vigesimum vsque notantur, quibus eadem penè propaginum, & potissimum ad costarum interualla est series.

ηη 1. Surculi inrercostalium neruorum sexti paris neruorum cerebri ramum augentes, qui sub tunica costas succingente costarum radicibus exporrigitur.

θθθ 1. In sinistro prioris figuræ latere rami notãtur, ab intercostalibus neruis in musculos varia serie recurrentes, qui thoraci insternuntur. Verùm in dextro latere paulo expresiiùs eiusmodi ramos insigniui.

ιι 1. Nam & ramos indicant in elatiorem partem exporrectos musculi brachium pectori adducentis, cuius fibræ deorsum obliquè, vt & præsentes rami, porriguntur.

κκ κ verò & κ rami indicantur in humiliorem eius musculi sedem excurrentes, ac obliquè sursum reflexi.

λλ λ & λ rami ostenduntur, obliquè descendenti abdominis musculo exporrecti.

μμ μ & μ rami insinuantur in musculum propagati, cuius ope brachium versus dorsi humiliora ducitur. At eiusmodi varij spectatuque iucũdissimi ramulorum ductus, & iuflexus ex ipsa potius sectione, quàm hinc, vbi omnes delineari nequeunt, obseruandi veniunt.

ν 1. In sinistro latere ν ponitur, indicaturum nerui sobolem papillæ elargitam.

οο 1. Ramuli à decimooctauo pari, & decimonono, principiũ accedẽtis musculi femur mouentium sexti.

ππ 1. Primus neruus brachium accedẽs, qui in externæ brachij sedis cutẽ digeritur.

ρ 1. 2. Secundus brachiũ petẽs neruus.

ςς 1. Secundi nerui propagines, quæ capitibus anterioris cubitum flectẽtium musculi digeruntur.

τ 1. 2. Tertius brachium accedens neruus. Quòd verò secũdus & tertius neruus paulò magis quàm natura se habent, in brachij exteriora delineati sint, in hoc factum putato, vt nerui inuicem in pictura magis quàm natura distantes, omnia ad amussim oculis subijciant.

υ 1. Tertij nerui propago in cutem excidens, inter musculum pectoris brachium adducentem, & eũ qui brachium sursum ducit.

φ 1. Tertij nerui ramulus capiti oblatus musculi cubitum flectentium posterioris.

χ 1. Tertij nerui propago, in cutem anterioris brachij sedis diffusa.

ψ 1. Hic cõgressus tertij nerui portionis cum secundo notatur, verùm iam sæpius obseruauimus tertiũ neruum à secundo augeri.

ω 1. Secundus neruus post congressum ipsius portionis cũ tertio neruo deorsum prorepens.

Γ 1. Secũdi nerui surculus capiti exporrectus oblongi, & radium in pronum ducentis musculi.

ΔΔ 1. Neıui secundi ramus secũdùm radium ad brachiale vsque properans, ac externã prims pollicis internodii sedẽ sub cute inibi ascendens, vbi humilius Δ reponitur.

Θ 1. Nerui secundi ramus, iam dicto ac Δ insignito crassior: qui mox in duas propagines, Λ nimirum, & Ξ diuiditur.


Λ 1. Rami quẽ Θ insigniui elatior propago, sub cute secundùm internũ latus repens musculi oblongi, & radium in pronum ducentis.

Ξ 1. Rami Θ insigniti inferior ꝓpago.

ΠΣ 1. Inferioris illius propaginis Ξ notatæ duo præcipui rami secundùm internam cubiti sedem ad volam vsq; frequẽter exporrecti, quemadmodũ & in dextra delineatum est manu.

Φ 1. 2. Quartus brachium subiens neruus. Huius nerui propagines, etiãsi accuratè in vtraq; delineatæ sint figura, posteriori tamẽ duntaxat characteres adhibiturus sum, ne prior figura plus satis hic obfuscet.

Ψ 2. Quar-


M
G
A
B
C
D
E
32
33

Ψ 2. Quarti nerui propagines musculis interdum extendentibus diffusæ.

Ω 2. Quarti nerui ramus in cutem posterioris brachij, & cubiti articuli sedis exporrectus.

32. 2. Quarti nerui propago cutem accedens, humiliori sedi externi lateris brachij obductam.

33. 2. Quarti nerui soboles in exterioris cubiti regionis cutem ad brachiale vsque protensa.

34. 2. Diuisio quarti nerui, quà iam externo humeri tuberculo insidet.

35. 2. Elatior dictæ modo diuisionis ramus.

36. 2. Elatioris rami 35 notati in exteriorem pollicis, indicis & medij sedem propaginum series.

37. 2. Demissior ramus diuisionis 34. indicatæ, qui vlnæ exporrigitur.

38. 2. Propagines commonstrantur demissioris rami 37 insigniti, quæ musculis inserunt, ab externo humeri tuberculo initiũ ducẽtibus.

39. 40. 41. 2. His notis propagines notantur demissioris illius rami, qui vlnę exporrigitur, quas offert triũ musculorum initijs, ab externa vlnæ regione secundùm ipsius longitudinem pronatis.

42. 2. Rami illius vlnæ exporrecti, ac 37 insigniti finis, ac surculi, quos articulo brachialis cũ cubito prębet.

* 1. 2. Quintus brachium ingrediens neruus.

43. 1. Tertij & quinti brachium accedentium neruorũ series, in musculos internã cubiti sedem occupantes.

44. 1. Tertij nerui ramus radio exporrectus, ac postmodum in internam sedem pollicis, indicis & medij digestus.

45. 1. Quinti nerui ramus vlnæ attensus, & propagines deriuans internæ sedi minimi digiti, & annularis, & medij.

46. 1. Rami illius qui vlnæ attenditur, ac 45 insignitur, propago externæ sedi minimi digiti, & annularis, & medii oblata.

8 1. 2. Sextus in brachium pertinens neruus.

47. 1. Sexti nerui finis, nõ procul à brachialis cũ cubito cõnexu desinẽs.

48. 1. Surculi passim à sexto neruo in cutẽ, cuius exporrigitur, excurrẽtes.

20. 21. 22. 23. 24. 1. Quinque paria neruorum è lumborum vertebris egredientium.

49. 1. A vigesimo pari principiũ ducens ramus, cum seminali arteria ad testem exporrectus.

50. 1. Series neruorum per abdominis musculos.

51. 1. Rami à neruis qui abdominis musculis offerũtur, in musculum excurrentes, quo brachium versus dorsi humiliora ducitur.

52. 2. Posteriores rami neruorum è lumborum vertebris procedentium. Porrò ramuli qui in priori figura hos characteres 20. 21 22. spectãt, illi sunt, qui ramum augent sexti paris neruorum cerebri costarum radicibus exporrectum, ac etiam ramuli sunt digesti in principium sexti femur mouentium musculi. Ramuli autẽ 23, & 24 spectãtes, illi sunt qui musculis hanc dorsi partem flectentibus offeruntur.

25. 26. 27. 28. 29. 30. 1. Sex sacri ossis neruorum paria. Ramuli illi qui numero proximi sunt, illi censentur, qui vesicæ & vteri quoque ceruicibus implicantur, aniq; musculos pariter accedunt.

53. 1. Primi paris ossi sacri, seu vigesimiquinti paris propago, internę iliũ ossis sedi, ipsisq; adeò abdominis musculis hinc ab ilium osse prodeuntibus exporrecta.

54. 2. Vigesimiquinti paris propago, gibbum ossis iliũ accedens, & musculis inibi cluniumq; cuti ramos offerens. Huc & à subsequentibus paribus ramuli pertinent.

55. 2. Ramus est propaginis 54 insignitæ, qui hic musculis offertur.

56. 1. 2. Dorsalis medullæ terminus absque coniuge, indiuisusque procidens.

57. 1. Primus femur subiens neruus.

58. 1. Primi femoris cruris've nerui ramus cutem accedens.

59. 1. Primi cruris nerui portio musculis implicita,

60 1. Secundus in crus prorepẽs neruus.
61 1. Secundi cruris nerui ramus secundùm internam femoris, & tibiæ sedem ad summum vsque pedem sub cute prorepens.
62 1. Rami 61 insigniti in pedis summum distributio.
63 1. Rami 61 insigniti, notatu dignæ soboles, cuti anteriorem genu sedem ambienti digestæ.
64 1. Secundi crus petentis nerui portio, femoris profundiora subintrans.
65 1. Portionis illius quam 64 notauimus ramus facilè primarius, ac quinto femur mouenti insertus musculo.
66 1. Tertius in femur pertinẽs neruus.
67 1. Tertij crus petentis nerui soboles, in musculos digestæ, pubis ossis foramen occupantes.
68 1. Tertii femoris nerui ramus in cutem exporrectus.
69 1. Tertii femoris nerui portio in alto permanẽs, & musculis implicita.
70 1. Præcipua modo dictę portionis soboles, musculo distributa tibiam mouentium secundo.
71 1. 2. Quartus, idemque crassissimus in femur ptocedentium neruus.
72 1. 2. Quarti nerui propago in posterioris femoris sedis cutem magna ex parte diffusa.
73 1. Quarti nerui soboles in musculorum capita depromptæ, quorum origo à coxendicis ossis appendice pendet.
74 1. Quarti nerui ramus, primum quarti tibiam mouentis musculi portioni à femoris osse principium ducenti oblatus, ac mox in cutem excurrens, quæ inferiori sedi obducitur posterioris regionis femoris, & genu articuli.
75 1. Rami quarti crus petẽtis nerui, qui capitibus offerũtur musculorum, ab inferioribus femoris capitibus principium ducentium.
76 1. Quarti nerui in duos crassitie impares ramos diuisio, quã inter humiliora femoris molitur capita.
77 1. Gracilior ac exterior dictæ modò diuisionis truncus.
78 78. 1. Exterioris trunci propago, cutẽ subiens externæ tibiæ sedi obductam.
79 1. Exterioris trũci propago cuti subtensa, anteriorem tibiæ sedem ambienti.
80 1. Interior crassiorque trũcus magnę quarti nerui diuisionis.
81 81. 1. Interioris trunci propago cuti tibiam posteriùs integenti substrata.
82 1. Propago exterioris trunci, interiori trunco commixta.
83 1. Interioris trũci in pedis humiliori sede distributio.
84 1. Portio rami 78 notati, pedis superiora accedens.
85 1. Portio interioris trunci, quæ cuti exporrigitur, anteriori sedi articuli obductæ, quo talus tibiæ articulatur.
86 nterioris trunci ramus, pedis superiora accedens, sed interim in alto latitans.


TAB. IIII. FIGVR. I.

PRÆSENTI *figura cerebrum vnà cum cerebello, cerebriq́; exortibus eum in modum delineauimus, quasi à caluaria enudatum in ipsius basi ita conspiceretur, vt appareret, si quis erectus caput in posteriora quàm maximè flecteret, sursũ retrorsumq́; oculos acturus. Vt verò characterum index huic chartæ pulchrè adhiberi posset, figuram, ac si altero careret brachio ac crure delineauimus, præcipuè quum eadem vtrinque sit ratio.*

A B C. Cerebri ex altero latere basis notatur; ac A indicat partem ipsius ad narium summum prominulam, nonnullisque mammillarem processum nuncupatum. B verò cerebri partem insinuat amplum caluarię sinum subeuntem, qui ad latus sinus consistit, quo glans cerebri pituitam excipiẽs reponitur. C autem maximè posticam cerebri sedem notat.
D D Cerebellum.
E Dexter cerebri processus, organo olfactus subministrans.
F Nerui visorij dextri ortus.
G Neruorum visoriorum coitus.

H Tu-

H	Tunica, in quam visorius neruus exoluitur, degenerat've.	Y	Ramus secũdi caput adiens longioris radium in pronum mouentis musculi.
I	Secundum neruorum cerebri par.	Z	Secundi distributio in duos impares ramos.
KK	Minor radix tertij paris.	*a*	Minor ramus secundùm radium cuti ad pollicem vsque exporrectus.
L	Crassior radix tertij paris.	*b*	Crassior ramus mox in duas propagines diuisus, quarũ series in conspicuo est.
M	Quartum par.	*c*	Tertij nerui soboles in musculos, internam cubiti sedem occupantes digestæ.
N	Quinti paris gracilior radix.	*d*	Tertij ramus radio exporrectus, ac dein pollici, & indici, & medio surculos offerens.
O	Quinti paris insignior radix.	*ee*	Quartus brachij neruus, atque inferius *e* ramos notat musculis cubitum extendentibus depromptos.
P	Membrana, in quam quintum par in auditus organo prçcipuè exoluitur.	*f*	Quarti ramus internam brachij cutẽ adiens.
QR	Maioris quinti paris radicis propagines, quorum hçc per cçcum elabitur foramen, illa verò per aliud sibi proprium.	*g*	Quarti ramus externam & posteriorem brachij accedens cutem.
S	Sextum neruorum par.	*hh*	Quarti ramus cuti externæ cubiti digestus.
T	Septimum neruorũ cerebri par, atq; horum neruorum progressus hic non delineari potuere, vti elegantissimè proponuntur secũda neruorum figura.	*i*	Quarti præcipua distributio ad ingressum cubiti.
V	Dorsalis medullç ex cerebri basis medio initium.	KK	Quarti ramus radio exporrectus, & externæ sedi pollicis, indicis, & medij soboles deferens.
o	Dorsalis medullæ sedes qua caluariã egreditur.	*ll*	Quarti, ramus vlnæ exporrectus, & & musculis ab externa ipsius sede initium ducentibus ramulos exhibens, ac ante brachiale cessans.
1.2.	&c. Numeri characteres septem ceruicis, duodecim thoracis, quinq; lumborùm, & sex sacri ossis indicant vertebras, atque adeò triginta neruorum à dorsali medulla prosilientium paria, quorum seriem quã potui accuratissimè expressi.	*m*	Quintus brachij neruus.
P	Septi transuersi dexter neruus, quem citra aliam characterum operam ex quarti, quinti & sexti parium propaginibus efformari conspicis.	*n*	Quinti nerui series in musculos ab interno brachii ossis tubere pronatos.
Q	Neruus à quinto pari cuti summum humerum inuestiẽti, & dein musculo brachium mouẽti præcipuè distributus.	*oo*	Quinti nerui ramus vlnæ exporrectus, & internæ sedi parui digiti, & annularis, aliquando & medii ramusculos dispergens.
R	Primus brachij neruus, ipsiusq; propagines hic in cutem excurrẽtes.	*p*	Dicti modò rami soboles in externã manus sedem reflexç, ac externç parui digiti sedi, & annularis, & medii surculos dispensans.
S	Secundus brachij neruus, ipsiusq; in anteriorem cubitum flectentium musculum soboles.	*qq*	Sextus brachii neruus, ipsiusque sub cute tantùm ducta series. Quis verò brachii neruorum sit exortus, principiorumque plexus, absque notis promptè dignoscitur.
T	Tertius brachij neruus, ipsiusq; propago cuti anteriorem brachij sedem intuenti oblata.		
V	Tertij nerui propago ad posteriorẽ musculum cubitum flectentium.		
X	Secundi nerui portio tertium accedens.		


FIG · II
A
B
C
D
E
F
G
5
6
7
8
9

rrr Nerui sunt intercostales, illic præcisi, quà cum costis antrorsum reflectuntur.

ſſ Rami in posteriora deducti, hic etiã nudi atque obuij.

tt Huiusmodi serie nerui musculos adeunt thoracis osſibus instratos.

uu Propagines indicãtur sexti paris neruorum cerebri, ramum costarum radicibus exporrectum augentes.

xx Propagines neruorum ex lumborũ vertebris exilientium, quæ abdominis, & huius sedis musculis, & cuti dispensantur.

y Neruulus testem frequenter petens, hicque resectus.

z Propagines sextũ femur mouẽtium adeuntes musculum.

& Primus femur petens neruus.

α Primi nerui propago cuti oblata.

β Primi nerui propago altiùs inter musculos absumpta.

γ Secundus femur petens neruus.

δδ Secundi nerui soboles per internam femoris, & tibiæ sedem ad pedis vsq; superiora sub cute excurrẽs.

ε Secundi nerui propago musculis anteriorem femoris sedem occupantibus deprompta.

ζ Tertius femoris neruus.

η Tertij propago, internam femoris cutem implicans.

θ Tertij propago musculos adiens.

ιι Quartus femoris neruus, cuius exortus æquè, atque trium superiorũ est conspicuus.

κκ Series anteriorum propaginum inferiorum parium è sacro osse prodeuntium.

λ Dorsalis medullæ extremum.

μ Quarti femur petentis nerui propagines, ad capita musculorum à coxendicis osſis appendice prodeuntium sparsæ.

ν Quarti nerui soboles in posteriorem femoris cutem ad medium vsque longitudinis femoris excurrens.

ξ Propago præcipuè in quartum tibiã mouentium musculum, ac dein in reliquam posteriorem femoris cutem iuxta genu digesta.

ο Soboles in musculos ab inferioribus femoris capitibus pronatos.

π ρ Quarti nerui in duos truncos distributio. ac π quidem minorem, ρ verò insigniorem notat.

ς Minoris trunci propago, externæ tibiæ cuti ad parui digiti vsque extremum diffusa.

τ Propago fibulæ inter musculos exporrecta.

υ Ramulus anteriorem tibię cutem implicans.

φφ Grandioris trunci ramus, internæ cuti tibiæ ad pollicem vsque digestus.

χ Grandioris trunci ramus, posteriori tibiæ, seu suræ cuti exporrectus.

ψ Grandioris trunci ramus, ligamentũ penetrans fibulam tibiæ, quà hæc ossa inuicem dehiscunt, committens, ac dein ad digitorum vsque superiora excurrens.

ω Præcipua grandioris trunci portio, inter tibiæ os, & calcem pedis inferiora petens, singulisque digitis surculos offerens.

FIGVRA II.

PRÆSENTI *figura plexum, qui supra primam thoracis costam anteriori facie consistit, exprimere ita conatus sum, quemadmodũ frequentius occurrit. Vt verò delineatio esset conspectior, omnes ramos à quinto, sexto, septimo, octauo & nono paribus, aliò quàm in brachium deductos, resectos finxi. Non est tamen, cur quis in omnibus hominibus huiusmodi prorsus plexum se obseruaturum arbitretur, quum is mihi admodum varius inter secandum occurrerit.*

5. 6. 7. 8. 9. Radices sunt parium neruos constituentium, qui brachium subeunt, illic resectæ, quà à vertebris iam procidere. Nerui verò brachij illic sunt abtruncati, vbi iam in brachium prolabuntur.

A Portio est quinti paris, à qua tandem neruus deducitur, qui brachium subeuntium primus numeratur.

B Secundus neruus.

C Tertius neruus.

DD Quar-

DD Quartus neruus, qui hic ex posteriori sede prodit congressus quinti paris & sexti, portionemque assumit ex posteriori sede congressus septimi paris, ac deinde sub octaui paris nonique congressu prorepens, etiam ramum E
E insignitum ab illo progressu, ita atque hic expresſimus, assumit. A quibus verò cómixtionibus, congressibus've reliqui nerui prodeant, etiam absque characterum opera notum est, modò illis, quà brachium petunt, vnum adhibeam characterem.

F Quintus brachium petens neruus.

G Sextus brachium petens neruus. Verùm vt hunc plexum adhuc accuratiùs obserues, non pigeat septimam neruorum figuram intueri.

LIBRI SEPTIMI ET VLTIMI FINIS.

Registrum.

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt terni præter c, & E e quaterni.





VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXXVIII.